




**Silij Italici clarissimi poetae de bello punico libri septemdecim.
: Cum argumentis Hermanni Buschij, & scholijs in margine
adiectis, quae vice vberis commentarij esse possunt.**

<https://hdl.handle.net/1874/456060>

2
SILII ITALICI CLA-
RISSIMI POETAE DE BELLO
punico libri septemdecim.

CVM ARGVMENTIS HERMAN-
ni Buschij, & scholijs in margine adiectis, quæ vice
vberis commentarij esse possunt.




PARISIIS
Apud Simonem Colinæum

I 5 3 I

INSTITUTIONES
REPUBLICAE TURCAE DE BELLO
PUBLICO

AVGVSTVS SEPTIMVS SEPTIMVS
AVGVSTVS SEPTIMVS SEPTIMVS
AVGVSTVS SEPTIMVS SEPTIMVS



AVGVSTVS SEPTIMVS SEPTIMVS
AVGVSTVS SEPTIMVS SEPTIMVS

2

HERMANNVS BVSCHIVS PASI
philus Lectori.

Concilio vatam, Musis, & Apolline dignum
Vis opus, & dignam Palladis aure lyram?
Grandia facundi mirare poemata Sili,
Bella quibus Tyrij prodidit ille ducis,
Sciapiadaeque manum, quam non Hispania tota
Sustinuit, claris leta potensque viris.
Cuius & Herculeae victricia signa columna,
Littoraque Hesperij pertinuere freti.
Plurima quae rigido consumpsit millia ferro
Vno delenuit, binaque castra, rogo.
Hasdrubalem fudit, Nomadum quoque vincla Tyranno
Addidit, & Libycis intra ingumque dedit.
Nec tu, prolixus quia sit, moneare, poeta:
Pondus inest magnis, vtilitasque libris.
De magno sic plus impartit amicus acerno,
Sic plus quam rivi, fluminis vnda sapit.

VITA SILII ITALICI PER EVN-
dem Hermannum Buschium Pafiphilum breuiter
collecta.

s Ilium Italicum sunt qui fuisse Hispanum as-
firmēt, ex Italica vrbe Hispanie. Sunt alij
qui per suos maiores Romanū fuisse dicāt,
sed generis initium traxisse ab Hispanis. In primis
annis Ciceronem Romanæ ducem eloquentiæ miratus
est: & quasi perfectam absolutamque eloquentiæ ima-
ginem, sibi elegit imitandum. Causas in foro multas,
nec sine prospero successu egit. Inter Centumuiros in-
dex sedit. Ter Consul fuit. Et in primum eius consu-
latum (quod letissimum fuit faustissimūque populo
Romano) senissimi teterrimique Neronis mors aspici-
catissime incidit. Et ex crudelissima tyrannide, orbis
in libertatem vindicatus est. Hoc consulatu admini-
strato, & sublato è vita Nerone, cæpit iam Helicon
virentem, hoc est, amœnissima Musarum diuersoria ce-
lebrare, otioque poëtico, fori colluctationes strepitū-
que mutare. In quo sicut ante Ciceronem in soluto il-
lo dicēdi genere quasi optimum exemplar secutus est,
eminētissimum poëtam Vergilium sibi emulandum ad-
scinuit more maiorum, qui (vt Plinij verbis utar)
stultissimum indicabant ad imitandum sibi non opti-
ma quæq; proponere. Hæc omnia quæ hæctenus de vi-
ta Silij poëte memorauimus, Martialis vno Epigram-
mate elegāter cōprehendit: quod hic libuit subnectere.
Est autem ex eius septimo Epigrammatum libro tale.

Perpetui nunquam moritura volumina Sili
 Qui legis, & Latia carmina digna toga,
 Pierios tantum vati placuisse recessus
 Credis? & Aonia Bacchica ferta come?
 Sacra cotburnati non attigit ante Maronis,
 Implevit magni quàm Ciceronis opus.
 Hunc miratur adhuc centum gravis hasta virorum,
 Hunc loquitur grato plurimus ore cliens.
 Postquam bisseis ingentem fascibus annum
 Rexerat, asserto qui sacer vrbe fuit,
 Emeritos Musis, & Phœbo reddidit annos,
 Pròque suo celebrat nunc Heliconæ foro.
 Quemadmodum vtrunque, Ciceronem scilicet ac Ver
 gilium, coluit & imitatus est in foro & otio, ita & Ver
 giliij prædium in Neapolitano habuit. Cuius tumulum
 etiam, teste Plinio, sanctissime veneratus est. Et Ci
 ceronis villam possedit, quam ipse Cicero Academiam,
 & libros Academicorum, sicut à villa Tusculana, li
 bros Questionum Tusculanarum inscripsit. Meminit
 etiam huius Martialis Epigrammatum volumine vii
 decimo, hoc Tetraastico.
 Silius hæc magni celebrat monumenta Maronis,
 Iugera facundi qui Ciceronis habet.
 Heredem, dominumque sui tumulique, larisque
 Non alium mallet, nec Maro, nec Cicero.
 Duos habuit filios, quorum alterum, Senerum nomi
 ne, amisit in adolescentia adhuc constitutum, eiusque
 mortem celebrat idem Martialis libro nono Epi

grammatum, qui versus ipsos legere voluerit, ex il-
lo, quem iam citauimus libro, eos requirat. Alterum
filium, & natu maiorem reliquit auctum opibus, &
etate florentem. Scripsit bellum Punicum secundum
his decem & septem libris, qui in manibus nunc ver-
santur. Eorum etiam Martialis quarto Epigramma-
tum meminit, non sine honorifica Silij appellatione
bis hendecasyllabis,

Sili Castalidum decus sororum,
Qui periuria barbari furoris
Ingenti premis ore, perfidosque
Fastus Hannibalis, leuesque Pœnos
Magnis cedere cogis Africanis.

Reliqua ibi legantur. In Neapolitano suo (de quo su-
pra diximus) cum aduersa valitudine insanabilis cla-
ui laboraret, inedia vitam finivit. Annos quinque &
septuaginta natus, corpore (vt inquit Plinius) iunior
& delicato magis quam infirmo. Hæc de vita Silij.

4

AMBROSII NICANDRI TOLETA
ni in singulos libros catalepses.

Catalepsis primi.

Bellorum hic causæ, Pœnôq; obsessa Sagunthos
Est duce, legatos Latias quæ mittit ad oras.

2

Romanam prohibet nauem contingere portus
Hannibal, huic clypeus datur, & ruit alta Sagunthos.

3

Gadeis Pœnus adit, sortes petit æquore Bostar,
Dux alpes superat, Taurinis qui sedet arnis.

4

Ticini clades canitur, Trebiæq; ruina,
Hic Appenninum transit cum milite Pœnus.

5

Insidias Tyrius ductor struit, hinc Thrasimenus
Romanam indoluit stragem, tremit Itala tellus.

6

Romam quisq; petit, prima audit Punica bella
Seranus referente Maro, & mouet agmina Pœnus.

7

Obuius Hannibali Fabius venit, isq; cadentem
Collegam eripuit nato, cui reddit honores.

8

Conueniunt Varrone duræ ad fera bella cohortes,
Italiae & cladis signa infelicia surgunt.

9

Collega inuito Cannarum praelia Varro

Stultus init, portenta vetant, fugitq; cruentus.

10

Cannis occumbit Paulus, quem Pœnus honorat,
Spes Italas Fabius renouat Varrone recepto.

11

Ad Tyrios socij desciscunt, peſtine Tentras
Gesta virum canit, & Mago Carthagine certat.

12

Parthenopen dux Pœnus adit, Nolamq; refedit
Ad Capuam, trepida tenditq; ad mœnia Romæ.

13

Pœnus ab vrbe redit Capuam, tellure & Ibera
Sciapiade occumbunt, natus descendit Avernium.

14

Arte Syracosiam expugnat terraq; mariq;
Vrbem Marcellus, fœdat late omnia peſtis.

15

Scipio ad Hispanas iuuenis tunc nauigat oras,
Marcellusq; cedit, cedit Asdrubal ense Neronis.

16

Hispanos vicit dux Scipio, tecta Syphacis
Hospes adit, patrio celebratq; in funere ludos.

17

Aduehitur Romam Cybeles, hinc Scipio Pœnum
Deicit Asdrubalem, prostratoq; hoste triumphat.

5

SILII ITALICI PVNICOꝝ
RV M BELL. LIBER PRIMVS.

Rdior arma, quibus celo se gloria
tollit

Eneadum, patiturqꝫ ferox Oeno-
tria iura

Carthago. da musa decus memora-
re laborum

Antique Hesperiae, quantosqꝫ ad bella creavit,

Et quot Roma viros, sacri cum perfida pacti

Gens Cadmea super regno certamina mouit:

Quesitumqꝫ diu qua tandem poneret arce

Terrarum fortuna caput. ter Marte sinistro

Iuratumqꝫ Ioui fœdus, conuentaqꝫ patrum

Sidonij fregere duces: atqꝫ impius ensis

Ter placidam suavitatem rumpere pacem.

Sed medio finem bello, excidiumqꝫ vicissim

Molite gentes: propiusqꝫ fuere periclo

Queis superare datum. reseravit Dardanus arces

Ductor Agenoreas: obsessa palatia vallo

Pœnorum, ac muris defendit Roma salutem.

Tantarum causas irarum, odiūqꝫ perenni

Seruatum studio, & mandata nepotibus arma

Fas aperire mihi, superasqꝫ recludere mentes.

Iamqꝫ adeo magni repetam primordia motus.

Pygmaleoneis quondam per cœrula terris

Pollicitum fugiens fraterno crimine regnum

Terfœdifra
giCarthagi
nenses.

Narratio
initium.

SIL. ITAL.

Fatali Dido Libyes appellitur oræ:
 Tum pretio mercata solum, noua mœnia ponit
 Cingere quâ selecto permissum littora tauro.
 Hic Iuno ante Argos (sic credidit alta vetustas)
 Ante Agamemnoniam gratissima tecta Mycenem
 Optauit profugis æternam condere sedem.
 Verum vbi magnanimis Romam caput vrbibus alte
 Exerere, ac missas etiam trans æquora classes
 Totum signa videt victricia ferre per orbem,
 Iam propius metuens, bellandi corda furore
 Pœnicum extimulat: sed enim conamine primæ
 Contuso pugne, fractisq; in gurgite cæptis
 Sicanio libycis, iterum instaurata capeffens
 Arma remolitur: dux agmina sufficit vnus
 Turbanti terras, pontumq; mouere paranti.
 Iamq; deæ cunctas sibi belliger induit iras
 Hannibal: hunc audet solum componere fatis.
 Sanguineo cum leta viro, atq; in regna Latini
 Turbine mox seuo venientum hand inscia cladum
 Intulerit Latio, spreta me Troius, inquit,
 Exul Dardaniam? & bis numina capta penates?
 Sceptraq; fundarit victor Laninia Tencris,
 Dum Romana tuæ Ticine cadavera ripe
 Non capiant? similisq; mihi per Celtica rura
 Sanguine pergameo Trebia, & stipantibus armis,
 Corporibusq; virum retro fluat, ac sua largo
 Stagna reformidet Thrasimenus turbida tabo?
 Dum Cannas tumulum Hesperie, campumq; cruore
 Ausonio mersum, sublimis Iapyga cernam?

Verba Iuno
 nis per sto-
 machationē
 insultantis
 secundis Ro-
 manorū res
 bus presā-
 gio cladum
 illis ab Hæ-
 nibale immi-
 sentium.

Tēp vadi dubium coeuntibus aufide ripis
 Per clypeos, galeasq; virum, casosq; per artus
 Vix iter Adriaci rumpentem ad littora ponti?
 Hac ait: ac iuuenem facta ad Mauortia flammam.
 Ingenio motus avidus, fideiq; sinister
 Is fuit, exuberans astu: sed denius equi.
 Armato nullus diuinū pudor: improba virtus,
 Et pacis despectus honos: penitusq; medullis
 Sanguinis humani flagrat sitis: insuper enī
 Flore virens, auct Egates abolere parentum
 Dedecus, ac Siculo demergere fœdera ponto.
 Dat mentem Iuno, ac laudum spe corda fatigat.
 Iamq; aut nocturno penetrat Capitolia visu,
 Aut rapidis fertur per summas passibus Alpes.
 Sæpe etiam famuli turbato ad lumina somno
 Expauere truce per vasta silentia vocem,
 Ac largo sudore virum inuenere futuras
 Miscentem pugnas, & inania bella gerentem.
 Hanc rabiem in fines Italūm, Saturniaq; arua
 Ad diderat quondam puero patrius furor, ortus
 Sarrana prisca Barcæ de gente: vetustos
 A Belo numerabat auos, namq; orba marito
 Cum fugeret Dido famulam Tyron, impia diri
 Belidæ iuuenis vitauerat arma tyranni,
 Et se participem casus sociarat in omnes.
 Nobilis hoc ortu, & dextra spectatus Amilcar,
 Vt fari, primamq; datum distinguere lingua
 Hannibali vocem, solers nutrire furores,
 Romanum sensit puerili in pectore bellum.

Virtutes, de
 vitia Han-
 nibalis.

Genus Amil-
 caris patr-
 Hannibalis

SILITAL.

Descriptio V rbe fuit media sacrum genitricis Elise
 tēpli, in quo M anibus, & patria Tyrijs formidine cultum,
 Hannibal Quod taxi circum, & piceæ squalentibus vmbrijs
 tactis saꝛ Quæ bdiiderant, cæliqꝫ arcebant lumine templum.
 cris adhuc A bdiiderant, cæliqꝫ arcebant lumine templum.
 pueri iuravit Hoc sese (vt perhibent) curis mortalibus olim
 patri bellū Exuerat regina loco. stant marmore meste
 Romanum. E ffigies, Belusqꝫ parens, omnisqꝫ nepotum
 A Belo series: stat gloria gentis Agenor,
 E t qui longa dedit terris cognomina Phœnix:
 I psa sedet tandem æternum coniuncta Sycæo:
 A nte pedes ensis Phrygius iacet: ordine centum
 S tant aræ cæliqꝫ deis, Herebōqꝫ potenti.
 H ic crine effuso, atqꝫ Ennææ numina diuæ,
 A tqꝫ Acheronta vocat stygia cum veste sacerdos.
 I mmugit tellus, rumpitqꝫ horrenda per vmbra
 S ibila, in accensis flagrant altaribus ignes.
 T um magico volitant cantu per inania manes
 E xciti, vultusqꝫ in marmore sudat Elise.
 H annibal hæc patrio iussu ad penetralia fertur.
 I ngressiqꝫ habitus, atqꝫ ora explorat Amilcar.
 N on ille euantis Massilæ palluit iras,
 N on diros templi ritus, aspersaqꝫ tabo
 N ica sanguine humano L imina, & audito surgentes cardine flammas.
 ne humano Olli permuscens genitor caput, oscula libat,
 placabatur Attollitqꝫ animos hortando, & talibus implet.
 G ens rediuiua Phrygum Cadmææ stirpis alumnos
 F æderibus non equa premit: si fata negarint
 D edecus id patriæ nostra depellere dextra,
 H æc tua sit laus nate velis: age concipe bella

Latura exitium Laurentibus: horreat ortus
 Iam pubes tyrrhena tuos, partusq; recusent
 Te surgente puer Latiae producere matres.
 His acuit stimulis, subicitq; hand mollia dictu:
 Romanos terra, atq; undis, vbi competet etas,
 Ferro, igniq; sequar, Rhœtæaq; fata renoluam.
 Non Superi mihi, non Martem cohibentia pacta,
 Non celsæ obstiterint alpes, Tarpeiâq; saxa.
 Hanc mentem iuro nostri per numina Martis,
 Per manes regina tuos. tum nigra triformi
 Hostia mactatur diuæ, raptimq; recludit
 Spirantes artus poscens responsa sacerdos,
 Ac fugientem animam properatis consulit extis.
 Ast vbi quesitas artis de more vetusto
 Intrauit mentes superum, sic deinde profatur.
 Et tolos late consterni milite campos,
 Ideoq; lacus flagrantes sanguine cerno:
 Quanta procul moles scopulis ad sidera tendit,
 Cuius in aërio pendent tua vertice castra:
 Iamq; iugis agmen rapitur, trepidantia fumant
 Mœnia, & Hesperio tellus porrecta sub axe
 Sidonij lucet flammis, fluit ecce cruentus
 Eridanus, iacet ore truci super arma, virôsq;
 Tertia qui tulerit sublimis opima tonanti.
 Hec quænam subitis horrescit turbida nimbis
 Tempestat, ruptoq; polo micat igneus æther:
 Magna parant superi, tonat alti regia cæli,
 Bellantemq; Iouem cerno. venientia fata
 Scire vltra vetuit Inno. fibræq; repente

Verba Hæ-
 nibalis iur-
 rantis bella
 contra Ro-
 manos.

Verba aru-
 spicis futu-
 ras Romas
 nis clades
 denuntiatis.

S I L I T A L .

Conticuere: latent casus, longiq; labores.
 Sic clausum linquens arcano pectore bellum,
 Atq; hominum finem Gades, Calpémq; secutus,
 Dum fert Herculeis Garamantica signa columnis
 Occumbit sæno Tyrius certamine ductor.
 Interea rerum Hasdrubali traduntur habenæ:
 Occidui qui solis opes, & vulgus Iberum,
 Beticolâsq; viros spatij agitabat iniquis.
 Tristia corda ducis, simul immedicabilis ira,
 Et fructus regni feritas, erat asper amore
 Sanguinis, & metui demens credebatur honorem:
 Nec nota docilis pœna satiare furores.

Amilcar in
 acie cæso,
 Hasdrubal
 gener suc-
 cessit in Hi-
 spania, no-
 no anno
 postq; eod ex
 ercitu traie-
 cerat Amil-
 car.

Tag^o regus
 lus Hispa-
 nie cæsus in
 iuria ab
 Hasdrubale

Antiqua de stirpe Tagum, superúmque, hominúmque
 Immemor, erecto suffixum robore mæstis
 Ostentabat ouans populis sine funere regem.
 Auriferi Tagus adscito cognomine fontis,
 Pérq; antra, & ripas Nymphis vlulatus Iberis.
 Mæonium non ille vadum, non Lydia mallet
 Stagna sibi, nec qui riguo perfunditur auro
 Campum, atq; illatis Hermi flauescit arenis.
 Primus inire manu, postremus ponere Martem.
 Cum rapidum effusis ageret sublimis habenis
 Quadrupedem, non ense virum, non eminns hasta
 Sistere erat: volitabat ouans, aciesq; per ambas

Tagi famus
 lus in vltios
 nem domini
 sui obruns-
 cat Hasdrub-
 alem.

Iam Tagus auratis agnoscebatur in armis.
 Quem postquam diro suspensum robore vidit
 Deformem, lateri famulus clam corripit enssem
 Dilectum domino, pernix irrupit in aulam,

Atq; in mite ferit geminato vulnere pectus.
 At Pœni succensi ira, turbatâq; luctu,
 Et senis gens leta ruunt, tormentâq; portant.
 Non ignes, candensq; calybs, non verbera passim
 Ictibus innumeris lacerum scindentia corpus,
 Carnificesve manus, penitusve infusa medullis
 Pestis, & in medio lucentes vulnere flammæ
 Cessauere: ferum visu, dictâq; per artem
 Senitæ, extenti quantum tormenta inebant
 Creuerunt artus, atq; omni sanguine rupto
 Ossa liquefactis fumarunt feruida membris.
 Mens intacta manet, superat, ridetq; dolores,
 Spectanti similis, fessosq; labore ministros
 Increpitat, dominiq; crucem clamore reposcit.
 Hæc inter sprete miseranda piacula pœnæ,
 E repto trepidus ductore exercitus, vna
 Hannibalem voce, atq; alacri certamine poscit.
 Hinc studia accendit patriæ virtutis imago,
 Hinc fama in populos iurati dedita belli,
 Hinc virides ausis animi, feruorq; decorus,
 Atq; armata dolis mens, & vis insita fandi.
 Primi ductorem Libyci clamore salutant:
 Mox & Pyrenes populi, & bellator Iberus.
 Continuâq; ferox oritur fiducia menti
 Cessisse imperio tantum terræq; marisq;
 & olijs candens austris, & lampade Phœbi
 & stifero Libye torquetur subdita Cancro,
 Aut ingens Asiæ latus, aut pars tertia terris.
 Terminus huic rosens amnis Lagens ad ortus

Mirâda in
tormētis ser
ni patiētia.

Exercitus
cæso Hæso
drubale Hæ
nibalē ducē
sibi deposcit

Descriptio
Libyæ, quæ
ab Asia Nil
lo fluuio, ab
Europa fies
to Gaditas
no diuiditur

S I L I T A L .

Septeno impellens tumefactum gurgite pontum.
 At qua diuersas clementior aspicit Arctos
 Herculeo dirimente freto, diducta propinquis
 Europes videt arua iugis: ultra obsidet æquor:

Atlantis
 Mauritanie
 montis
 descriptio.

Nec patitur nomen proferri longius Atlas.
 Atlas subducto tracturus vertice celum.
 Sidera nubiferum fulcit caput, ætheriâsq;
 E rigid æternum compages ardua cernix:
 Canet barba gelu, frontemq; immanibus umbris
 Pineæ sylua premit, vastant cana tempora venti,
 Nimbosq; ruunt spumantia flumina rictu.
 Tum geminæ laterum fauces maria alta fatigant:
 Atq; vbi fessus equos Titan immerisit anhelos,
 Flammi ferum condunt fumanti gurgite currum.

pars Africa
 ad torridâ
 spectâs Ro-
 nâ sterilis
 est, altera
 ad Hispani-
 am & se-
 piétrionem
 versa, fru-
 gifera.

Sed quâ se campis squalentibus Africa tendit
 Serpentum largo coquitur fœcunda veneno.
 Felix quâ pingues mitis plaga temperat agros,
 Nec Cerere Ennea, Phario nec victa colono.
 Hic passim exultant Numidæ, gens inscia frenis:
 Queis inter geminas per ludum mobilis aures
 Quadrupedem flectit non cedens virga lupatis:
 Altrix bellorum, bellatorumq; virorum
 Tellus, nec fidens nudo sine fraudibus ensi.
 Altera complebant Hispanæ castra cohortes

Laus Hispaniæ
 à præ-
 stantia viro-
 rum atque
 equorum om-
 nisq; gene-
 ris metalli
 copia.

Auxilia Europæ genitoris parta trophæis.
 Martius huic sonipes campos biunitibus implet,
 Huic inga cornipedes erecti bellica raptant:
 Non Eleus eat campo feruentior axis.
 Prodiga gens animæ, & properare facillima mortem.

Namq; ubi transcendit florentes viribus annos,
 Impatiens cui spernit nonisse senectam,
 Et fati modus in dextra est. hic omne metallum:
 Electri gemino pallent de semine venæ,
 Atq; atros calybis fœtus humus horrida nutrit.
 Sed scelerum causas operit deus. Astur auarus
 Visceribus lacera telluris mergitur imis,
 Et redit infelix effosso concolor auro.
 Hinc certant Pactole tibi Duriusq; Tagusq;
 Quisq; super Granios lucentes voluit arenas
 Infernæ populis referens obliuia Lethes.
 Nec Cereri terra indocilis, nec inhospita Baccho,
 Nullaq; Palladia sese magis arbore tollit.
 Hæ postquam Tyrio gentes cessere tyranno,
 Vtq; dati rerum freni nunc arte paterna
 Conciliare viros, armis consulta Senatus
 Vertere nunc donis: primus sumpsisse laborem,
 Primus iter carpsisse pedes, partemq; subire
 Si valli festinet opus, nec cetera segnis
 Quæcumq; ad laudem stimulant, somnūmq; negabat
 Nature, noctemq; vigil ducebat in armis:
 Interdum proiectus humi, turbæq; Libyssæ
 Insignis sagulo duris certare manipulis:
 Celsus & in magno præcedens agmine ductor
 Imperium perferre suum: tum vertice undo
 Excipere insanos imbres, caliq; ruinas.
 Spectarunt Pæni, tremuitq; exercitus Astur,
 Torquentum cum tela Iouem, permixtq; nimbis
 Fulmina, & excussos ventorum ex flatibus ignes.

Laus Hæ-
 nibalis ab
 industria, &
 fortitudine
 circa labor
 restoleran-
 dos.

SIL. ITAL.

Turbato transfiret equo: nec puluere fessum
 Agminis ardenti labefecit Sirius astro.
 Flammiiferis tellus radijs cum exusta debiscit,
 Candentiq; globo medius coquit æthera feruor,
 Fœminenum putat inuenta iacuisse sub vmbra:
 Exercetq; sitim, & spectato fonte recedit.
 Idem correptis sternacem ad prælia frenis
 Frangere equum, & famam lethalis amare lacertis:
 Ignotiq; amnis tranare sonantia saxa,
 Gaudet & aduersa populos arcessere ripa.
 Idem expugnati primus stetit aggere muri:
 Et quoties campo rapidus fera prælia miscet
 Quâ sparsit ferrum, latus rubet equore limes.
 Ergo instat fatis, & rumpere fœdera certus.
 Quâ datur interea Romam comprehendere bello
 Gaudet, & extremis pulsat Capitolia terris.
 Prima Sagunthinas turbarunt classica portas,
 Bellâq; sumpta viro belli maioris amore.
 Haud procul Herculei tollunt se littore muri
 Clementer crescente ingo, queis nobile nomen
 Conditus excelso sacrauit colle Zazynthus.
 Hic comes Alcideæ remeabat in agmine Thebas
 Geryone extincto, calôq; ea fata ferebat.
 Treis animas nanq; id môstrû, treis corpore dextris
 Armarat, ternâq; caput ceruice gerebat.
 Haud alium vidit tellus cui ponere finem
 Non posset mors vna viro, durâq; sorores
 Tertia bis rupto torquerent stamina filo.
 Hic spolia ostentabat ouans, captinâq; victor

Sagunthus
 ciuitas His
 panie olim
 nobilissima
 Opus Her
 culis vt poe
 ta canit &
 à Za Zyn
 tho eius Cos
 mite denos
 minata.

Armenta ad fontes medio feruore vocabat,
 Cum tumidas fauces accensis sole venenis
 Calcatus rupit lethali vulnere serpens:
 Inachiūmq; virum terris prostravit Iberis.
 Mox profugi ducente Notho aduertere coloni,
 Insula quos genuit Graio circumflua ponto.
 Atq; auxit quondam Laertia regna Zazynthus.
 Firmanit tenues ortus mox Dannaia pubes
 Sedis inops, misit largo quam diues alumno
 Magnanimis regnata viris nunc Ardea nomen.
 Libertas populis pacto seruata, decusq;
 Maiorum, & Pœnis postquam imperitare negatum
 Admonet abrupto flagrantia fœdere ductor
 Sidonius castra, & letas quatit agmine causas.
 Ipse caput quassans circumlustravit anbelo
 Muros scelus equo, mensusq; parentia tecta
 Pandere iandudum portas, & cedere vallo
 Imperat, & longe clausis sua fœdera, longe
 Ausoniam fore, nec veniæ spem Marte subactis:
 Scita patrum, & leges, & iura, fidemq;, deosq;
 In dextra nunc esse sua: verba ocys acer
 Intorto sancit iaculo, figitq; per arma
 Stantem pro muro, & motantem membra Vaicum.
 Concidit iniecto medius per viscera telo:
 Effususq; simul prærupto ex aggere membris
 Victori moriens tepesactam rettulit hastam.
 At multo ducis exemplum clamore sequenti
 Innolunt atra telorum mœnia nube.
 Clara nec in numero virtus latet: obuia quisq;

sagittam
 ex fœdere
 liberam ob-
 sidet Hanni-
 bal, maioris
 belli in Ros-
 manos cano-
 sam quærēs

S I L I T A L .

O ra duci portans, cen solus bella capeſſat.
 H ic crebram fundit baleari verberere glandem,
 T érq; leni duēta circum caput altus habena
 P ermiſſum ventis abſcondit in aère telum.
 H ic valido librat ſtridentia ſaxa lacerto,
 H uic impulſa leni torquetur lancea nodo.
 A nte omneis ductor patrijs inſignis in armis
 N unc picea iactat fumantem lampada flamma,
 N unc Jude, nunc iaculo, nunc ſaxis impiger inſtat.
 A ut hydro imbutas bis noxia tela ſagittas
 C ontendit nerno, atq; inſultat fraude pharetre.
 D acus vt armiferis Geticæ telluris in oris
 S picula quæ patrio gaudens acuiſſe veneno
 F undit apud ripas inopina binominis Iſtri.
 C ura ſubit collem turrita cingere fronte,
 C aſtellóq; urbem circumvallare frequenti.
 H en priſcis numen populis, ac nomine ſolo
 I n terris iam nota fides. ſtat dura inuentus,
 E reptámq; fugam, & claudi videt aggere muros.
 S ed dignam Anſonia mortem putat eſſe, Saguntum
 S ervata cecidiſſe fide. iamq; acrius omnes
 I ntendunt vires: adductis ſtridula nervis
 P hocais effundit vaſtos baliſta molares:
 A tq; eadem ingentis mutato pondere teli
 F erratam excutiens ornum media agmina rumpit.
 A lternus reſonat clangor. certamine tanto
 C onſervere acies, veluti circumdata vallo
 R oma foret: clamátq; ſuper tot millia, gentes
 I nter tela ſatæ, iam capto ſtamus in hoſte.
 oppugnans

Balista mas
 china bellis
 ta ſunibus
 & nervis
 intenta, ma
 gno impetu
 baſtas & ſa
 xa emittes
 bat.
 Verba hæc
 nibalis ſes
 gnitiæ milis
 tum ſuorū i
 oppugnans

A n'ne pudet cepti? pudet omneis. en bona virtus,
 P rimitiæq; ducis. taline implere paramus
 I talias fama? tales præmittere pugnas?
 A ccense exultant mentes, haustusq; medullis
 H annibal exagitat, stimulatq; sequentia bella.
 I mādunt manibus vallum, cesāsq; relinquunt
 D eiecti muris dextras: subit arduus agger,
 I mponitq; globos pignantum desuper vrbi.
 A rmanit clausos, ac portis arcuit hostem
 L ibrari multa consueta phalarica dextra.
 H orrendum visu, robur, celsisq; ninose
 P yrenes trabs lecta ingis, cui plurima cuspis
 V ix muris toleranda lucis, sed cætera pingui
 V ncta pice, atq; atro circumlita sulfure fumant.
 F ulminis hæc ritu summis è mœnibus arcis
 I ncita, sulcatum tremula secat aëra flamma.
 Q ualis sanguineo præstringit lumina crine
 A d terram celo decurrens ignea lampas.
 H ec ic̄tu rapido pignantum sepe per auras
 A ttonito ductore tulit fumantia membra.
 H ec vaste lateri turris cum turbine fixa,
 D um penitus pluteis Vulcanum exercet adesis,
 A rma, virōsq; simul pressit flagrante ruina.
 T andem condensis aëte testudinis armis
 S ubducto Pœni vallo, cæcāq; latebra,
 P andunt prolapsam suffossis mœnibus urbem.
 T erribilem in sonitum procumbens aggere victo
 H erculeus labor, atq; immania saxa reuoluens,
 M igitum ingentem celo dedit Alpibus altis

da sagunt
 tho castigã
 tis.

Phalarica
 telum erat
 missile, ob
 longum, ac
 teres, in ex
 tremo ferrū
 tripedale ha
 bens, quod
 stappa pice
 oblita circum
 uolutum, pu
 gnātes cum
 armis trās
 nerberabat.

S I L I T A L.

Aëriæ rupes scopulorum mole reuulsa
 Haud aliter scindunt resonanti fragmine montem.
 Surgebat cumulo certantum prorutus agger,
 Obstabatq; iacens vallum, ne protinus instent
 Hinc atq; hinc acies media pugnare ruina.
 E micat ante omneis primæuo flore iuuenta
 Insignis Rutulo Murrus de sanguine: at idem
 Matre Sagunthina Graius, geminôq; parente
 Dulichios Italis miscebat prole nepotes.
 Hic magno socios Vaidum clamore vocantem
 Quà corpus lorica inter, galeamq; patescit
 Conantis motus speculatus cuspide sistit,
 Prostratûmq; premens telo, voce insuper vrget:
 Fallax Pæne iaces: certe Capitolia primus
 Scandebas victor: quæ tanta licentia voti?
 Nunc stygio fer bella Ioui. tum feruidus hastam
 A duersi torquens defigit in inguine Iberi,
 Oraq; dum calcat iam singultantia letho,
 Hac iter est, inquit, vobis ad mœnia Rome.
 O metuenda manus, sic quo properatis eundum.
 Mox instaurantis pugnam circumfilit arma,
 Et raptò nudum clypeo latus haurit Iberi.
 Dives agri, dives pecoris, fameq; negatus
 Bella feris arcu, iaculoq; agitabat Iberus.
 Felix heu nemorum, & vitæ laudandus opacæ,
 Si sua per patrios tenuisset spicula saltus.
 Hunc miseratus adest infesto vulnere Ladmus.
 Cui senum arridens, narrabis Amilcaris umbris
 Hanc, inquit, dextram, quæ iam post vulnera vulgi

Murri sas
 gūthini for
 titudo præ
 ripua in des
 fendēda pa
 tria.

Hannibalem vobis comitem dabit: & ferit alte
 Insurgens gladio cristatæ cassidis æra,
 Përq̃ ipsum tegmen crepitantia dissipat ossa.
 Tum frontem Chremes intonsam vibrante capillo
 Septus, & horrentes effingens crine galeros:
 Tum Masulus, crudâq̃ virens ad bella senecta
 Harcalo, non pavidus fœtas mulcere leenas,
 Flumineâq̃ vrna celatus Bragada parmam,
 Et vastæ Nasomon Syrtis populator Hyempsal
 Audax in fluctu laceras raptare carinas,
 Vna omnes dextrâq̃ cadunt, irâq̃ perempti.
 Necnon serpentes diro exarmare veneno
 Doctus Atyr, tactûq̃ graues sopire chelydros,
 Ac dubiam admoto sobolem explorare ceraste.
 Tu quoq̃ fatidicis Garamanticus accola lucis
 Insignis flexo galeam per tempora cornu,
 Heu frustra reditum sortes tibi sepe loquutas.
 Mentitûmq̃ Ionem increpitans occumbis Hyarba.
 Et iam corporibus cumulatâ creuerat agger,
 Perfusâq̃ atra fumabat cæde ruina.
 Tum ductorem auido clamore in prælia poscit.
 Fulminens ceu Spartanis latratibus actus,
 Cum syluam occursum venantum perdidit, hirtâ
 Horrescit senus dorso, & postrema capeffit
 Prælia, candentem mandens aper ore cruorem:
 Iamq̃ gemens geminum contra venabula torquet.
 At parte ex alia, qua se insperata iuuentus
 Extulerat portis, ceu spicula nulla, manûsq̃
 Quam ferre, exitium ve queant, permixtus utrisq̃

S I L I T A L.

Hannibal agminibus passim furit, & quatit enses,
 Cantato nuper senior quem fecerat igni
 Littore ab Hesperidum missus: qui carmine pollens
 Fidebat magica ferrum crudescere lingua:

Hannibal
 cædibus ar
 dēs, Marti
 cōparatur.

Quantus Bistonijs late Gradivus in oris
 Belligero rapitur curru, telumq; coruscans
 Titanum quo pulsa cohors, flagrantia bella
 Cornipedum, afflatu domat, & stridoribus axis.
 Iamq; Hoscum, Rutilumq; Pholū, ingētēq; Metiscū,
 Iam Lygdum, Dyriumq; simul, flauūq; Galesum,
 Et geminos Chronum atq; Gyam demiserat umbris.
 Daunum etiam, grata quo non spectatior alter
 Voce mouere fora, atq; orando fingere mentes,
 Nec legum custos solertior, aspera telis

Dauniver
 ba Hanniba
 lē conuitijs
 incessentis.

Dicta admiscentem: quo nam te Pæne paternæ
 Huc adigunt furie? non hæc Sidonia tecta
 Fœminea fabricata manu, pretiōve parata,
 Exulibusve datum dimensis littus arenis.
 Fundamenta deum, Romanāq; fœdera cernis.
 Ast illum toto iactantem talia campo

Ingenti raptum nisu, mediōq; virorum
 Auulsum inter tela globo, & post terga reuinctum
 Hannibal ad pœnam lente mandauerat ire,
 Increpitansq; suos inferri signa iubebat:
 Pêr q; ipsos cedis cumulos, stragēmq; iacentum
 Monstrabat furibundus iter, cunctōsq; ciebat
 Nomine, & in prædas stantē dabat improbus vibem.

Natiata se
 cūda pugna
 Marti, Hæ?

Sed postquam à trepidis allatum, feruere partem
 Diversam Marte infausto, Murrōq; secundos

Hunc superos tribuisse diem, ruit ocyus amens
 Lymphato cursu, atq; ingentes deserit actus:
 Lethiferumq; micant fulgentes vertice crista.
 Crine ut flammifero terret fera regna cometes
 Sanguineum spargens ignem, vomit atra rubentes
 Fax celo radios, & senu luce coruscum
 Scintillat sidus, terrisq; extrema minatur.
 Precipiti dant tela viam, dant signa, viriq;
 Atq; amba trepidant acies: iacit igneus hastæ
 Dirum lumen apex, ac late fulgurat umbo.
 Qualis ubi Egeo surgente ad sidera ponto
 Per longum vasto Cori cum murmure fluctus
 Suspensum in terras portat mare, frigida nautis
 Corda tremunt: sonat ille procul, flatuq; tumescens
 Curuatis pauidas transmittit Cycladas undis.
 Non cuncta è muris unum incessentia tela,
 Fumantesq; ante ora faces, non saxa per artem
 Tormentis excussa tenent: ut tegmina primum
 Fulgentis galeæ conspexit, & arma cruento
 Inter solem auro rutilantia, turbidus in fit:
 En, qui res libycas, inceptaq; tanta retardet
 Romani Murrus belli mora, fœdera faxo
 Iam noscas quid vana queant, & vester Iberus.
 Ferto equum, castamq; fidem, seruatq; iura.
 Deceptos mihi lingue deos. cui talia Murrus:
 Exoptatus ades. mens olim prælia poscit,
 Spesq; tui flagrat capitis: fer debita fraudum
 Præmia, & Italiam tellure inquire sub ima:
 Longum in Dardaniis fines iter, atq; niuaem

nival i eius
 cædem rapi
 tur.

Cōparatio.

Cōparatio.

SIL. ITAL.

Pyrenen, Alpésq; tibi mea dextera donat.
 Hæc inter cernens subeuntē comminus hostem,
 Præruptúmq; loci, fidum sibi corripit ingens
 Aggere conuulso saxum, & nitentis in ora
 Denoluit, pronóq; silex ruit incitus ictu.
 Subsedit duro concussus fragmine muri.
 Tum pudor accendit mentem, nec conscia fallit
 Virtus pressa loco, frendens luctatur, & agro
 Scandit in aduersum per saxa minantia nixu.
 Sed postquam propius vicino lumine fulsit,
 Et tota se mole tulit, velut incita clausum
 Agmina Pænorum cingant, & cuncta pauentem
 Castra premant, lato Murrus caligat in hoste.
 Mille simul dextra, densúsq; micare videtur
 Ensis, & innumera nutare in casside crista.
 Conclamant vtrinq; acies, cen tota Sagunthos
 Igne micet: trahit instanti languentia letho
 Membra pauēs Murrus, supremáq; vota capeffit.
 Conditor Alcide, cuius vestigia sacra
 Incolimus, terræ minitantem auerte procellam
 Si tua non segni defenso mœnia dextra.
 Dúm q; orat, celóq; attollit lumina supplex,
 Cerne, ait, an nostris longe Tirynthius ausis
 Iustus affuerit, ni displicet emula virtus,
 Haud me dissimilem Alcide primoribus annis
 Agnosces inuicte tuis: fer numen amicum,
 Et Troiæ quondam primis memorate ruinis.
 Dexter ades Phrygiæ delenti stirpis alumnos.
 Sic Pænus, pressúm q; ira simul exigit ensem

Oratio Mur-
 ri ad Her-
 culem sagu-
 thi condito-
 rem.

Quà capuli statuere moræ: telòq; relato
 Horrida labenti perfunditur arma cruore.
 Illicet ingenti casu turbata inuentus
 Procurrit: nota arma viri, corpùsq; superbo
 Victori spoliare negant: coit aucta vicissim
 Hortando manus, & glomerata mole feruntur.
 Hinc saxis galea: hinc clypeus sonat æreus hastis,
 Incessunt sudibus, libratàq; pondera plumbi
 Certatim iaciunt: decise in vertice crista,
 Direptumq; decus nutantum in cæde inbarum.
 Lamq; agitur largus per membra fluentia sudor,
 Et stant lorice squamis, horrentia tela:
 Nec requies, tegmèn ve datur mutare sub ictu:
 Genua labant, fessiq; humeri gestamina laxant.
 Tum creber, penitùsq; trahens suspiria, sicco
 Fumat ab ore vapor, nisiq; elisus anhelò.
 Auditur gemitus, fractumq; in casside murmur.
 Mente aduersa domat, suadetq; nitescere duris
 Virtutem, & decoris pretio discrimina pensat.
 Hic subitus scisso densa inter nubila celo
 Erupit quatiens terram fragor: & super ipsas
 Bis pater intonuit geminato fulmine pugnas.
 Inde inter nubes ventorum turbine cæco
 Vltrix iniusti vibravit lancea belli,
 Ac femore aduerso librata cuspide sedit.
 Tarpeie rupes, superisq; habitabile saxum,
 Et vos virginea lucentes semper in ara
 Laomedontæ Troiana altaria flammæ,
 Heu quantum vobis fallacis imagine telè

Cædes Mur
 ri, & pug
 na pro
 pter interè
 pti corpus.

Hæribal in
 certo autha
 re tragula
 femur gras
 uiter pere
 cussus.

S I L. I T A L.

P romisere dei: propius si pressa furenti
 H asta foret, clausæ starent mortalibus Alpes.
 N ec Thrasimene tuis nunc Allia cederet undis.
 S ed Inno aspectans Pyrenes vertice celsæ
 V ana rudimenta: & primos in Marte calores,
 I nvalidam duris euellit ab ossibus hastam.
 I lle tegit clypeo fusum per membra cruorem,
 T ardâq; paulatim, & dubio vestigia nisu
 A sternata trahens, anersus ab aggere cedit.
 N ox tandem optatis terras, pontumq; tenebris
 C ondidit, & pugnas erepta luce diremit.
 A t duræ inuigilant mentes, molémq; reponunt
 N octis opus. clausos acuunt extrema pericli,
 E t fractis rebus violentior vltima virtus.
 H inc pueri, inuvalidiq; senes, hinc fœmina ferre
 C ertat opem, in dubijs miserando vana labori,
 S axâq; mananti subuectat vulnere miles.
 I am patribus, clarisq; senum sua munia cure.
 C oncurrunt, lectôsq; viros hortantur, & orant
 D efessis subeant rebus, renocentq; Saguntho
 S idonias flammæ: nunc ite, impellite puppim,
 S auicia dum castris clausa est fera: tempore Martis
 V tendum est rapto, & grassandum ad clara periclis.
 I te citi, deflete fidem, murosq; ruenteis,
 A ntiquâq; domo meliora accersite fata.
 M andati summa est: dum stat remeate Sagunthos.
 A st illi celerant qua proxima littora gressum,
 E t fugiunt tumido per spumea cœrula velo.
 P ellebat somnos Tithoni roscida coniux,

Missi Ro-
 mam lega-
 ti pro auxi-
 lio contra
 Hannibalē
 petendo.

Ac rutilus primis sonipes hinnitibus altos
 Afflarat monteis, roseasq; monebat habenas.
 Iam celsa è muris extructa mole inuentus
 Clausam nocturnis ostentat turribus urbem.
 Rerum omnes pendent aëtus, & milite mæsto
 Laxata obsidio, ac pugnandi substitit ardor,
 Inq; ducem versa tanto in discrimine curæ.
 Interea Rutilus longinqua per æquora vectis
 Herculei ponto cepere existere colles,
 Et nebuloſa ingis attollere saxa Meneci.
 Thracius hos Boreas scopulos immitia regna
 Solus habet, semperq; rigens nunc littora pulsat,
 Nunc ipsas alis frangit stridentibus Alpes:
 Atque ubi se terris glaciali fundit ab Arcto,
 Hand vlli contra fiducia surgere vento.
 Vorticibus torquet rapidis mare, fractaq; anhelant
 & quora, & iniecto conduntur gurgite montes:
 Iamq; volans Rhennū, Rhodanūq; in nubila tollit.
 Hunc postquam Boreæ dirum euasere furorem,
 Asternos mæsti casus belliq; marisq;
 Et dubium rerum euentum sermone volutant.
 O patria, ò fidei domus inclyta: quo tua nunc sunt
 Fata loco: sacræ ne manent in collibus arces?
 An cinis, heu Superi, tanto de nomine restat?
 Ferte leues auras, flatūsq; ciete secundos,
 Si nondum insultat templorum protinus ignis
 Culminibus, Latiæq; valent succurrere classes.
 Talibus illachrymant noctemq; diemq; querelis,
 Donec Laurentes puppis defertur ad oras:

Portus Her
 culis Menec
 i iter Mas
 siliæ & Ge
 nuam.

Quà pater acceptis Anienis ditior undis
 In pontum flauo descendit gurgite Tybris.
 Hinc consanguinea subeunt iam mœnia Romæ.
 Concilium vocat Augustum, castaq; beatos
 Paupertate patres, ac nomina parta triumphis
 Consuli: & æquantem superos virtute Senatum:
 Facta animosa viros, & recti sacra cupido
 Attollunt, hirtæq; comæ, neglectaq; mensa,
 Dexterâq; à curuis capulo non segnis aratris,
 Exiguo faciles, & opum non indiga corda,
 Ad paruos curru remeabant sæpe penates.
 In foribus sacris, primôq; in limine templi
 Captiui currus, belli decus, armâq; rapta
 Pugnatum ducibus, seu æq; in Marte secures,
 Perfossi clypei, & seruantia tela cruorem,
 Claustrâq; portarum pendent, hic punica bella
 Egathis cernas, fusaq; per equora classe
 Exactam ponto Libyen testantia rostra:
 Hic galeæ Senonum, pensatiq; improbus auri
 Arbitrifer ensis inest, gallisq; ex arce fugatis
 Arma reuertentis pompa gestata Camilli:
 Hic spolia Læcidæ, hic Epyrotica signa,
 Et Ligurum horrentesq; comæ, parmæq; relata
 Hispana de gente rudes, alpinâq; gesa.
 Sed postquam clades patefecit, & horrida bella
 Orantum squalor, præsensq; astare Saguntibi
 Ante oculos visa est extrema precantis imago:
 Tum senior mœsto Sycoris sic incipit ore.
 Sacrata gens clara fide, quam rite fatentur.

Saguntinis
 senatus da-
 tus est in tē-
 plo, cuius in
 limine (vt
 canit poe-
 ta) omnes
 Romanorū
 vsq; ad se-
 cundum bel-
 lum Punicū
 res gestæ ex
 spolijs hosti-
 um cognos-
 cebantur.

Marte satam populi ferro parere coacti:
 Ne crede emensos lenia ob discrimina pontum.
 Vidimus obsessam patriam, murosque trementes:
 Et quem insana freta, aut coetus genuere ferarum
 Vidimus Hannibalem: procul his à moenibus oro
 Arcete ò Superi, nostrorum in Marte tenete
 Fatifera iuuenem dextra: qua mole sonantes
 Coniicit ille trabes? & quantus crescit in armis
 Trans inga Pyrenes? medium indignatus Iberum
 Excivit Calpen, & mersos Syrtis arenis
 Molitur populos, maioraque moenia querit.
 Spumens hic medio qui surgit ab equore fluctus
 Si prohibere piget, vestras effringet in vrbes.
 An tanti pretium motus, ruptique per enses
 Fœderis, hoc iuveni iurata in bella ruenti
 Creditis, vt statuat superata iura Saguntho?
 Ocyssite viri, & nascentem extinguite flammam:
 Ne seræ redeant post aucta pericula cura.
 Quanquam ò si nullus terror, non obruta iam nunc
 Semina fumarent belli: vestra ne Saguntho
 Spemendum consanguineâ protendere dextram?
 Omnis Iber rapidis, omnis fera Gallia turmis,
 Omnis ab aestifero sitiens Libys imminet axe.
 Vos per culta diu Rutulæ primordia gentis,
 Laurentemque larem, & genitricis pignora Troiæ
 Conseruate pios, qui permutare coacti
 A crysioneis Tirynthia culmina muris.
 Vos etiam tandem Siculi contra arma tyranni
 Luisse egregium; vos & Campana tueri

Oratio lega-
 torum, qua
 ab vtili, pio
 iusto, & ha-
 nesto nituntur
 tur persuas-
 dere mittē-
 dum laborā-
 tibus subsi-
 dium.

SIL. ITAL.

Mœnia, depulso Samnitum robore, dignum
 Sygeis duxistis anis: vetus incola Daunii
 Testor vos fontes, & stagna arcana Numici.
 Cum felix nimium dimitteret Ardea pubem
 Sacra, domumq; ferens, & ani penetralia Turni
 Vltra Pyrenem Laurentia numina vexit.
 Cur vt decisa, atq; auulsa è corpore membra
 Despiciar, vesterq; luat cur fœdera sanguis?
 Tandem vt finitæ voces (miserabile visu)
 A ffigunt proni squalentia corpora terre.
 Inde agitant consulta patres: curasq; fatigant.
 Lentulus vt cernens accense teeta Saguntibi,
 Poscendum pœnæ iuuenem, celeriq; negantis
 Exuri bello Carthaginis arua inebat.
 Ast Fabius canta speculator mente futuri,
 Nec letus dubijs, parnisq; laceffere Martem,
 Et melior clauso bellum producere ferro,
 Prima super tantis rebus pensanda: ducisq; ne
 Cœperit arma furor, patres an signa moueri
 Censuerint: mittiq; viros qui exacta reportent.
 Prouidus hæc, ritu vatis, fundebat ab alto
 Pectore præmeditans Fabius surgentia bella.
 Vt sepe è celsa grandænis puppe magister
 Prospiciens signis venturum in carbasa Corum,
 Summo iam dudum substringit lintea malo.
 Sed lachrymæ, atq; ira mixtus dolor impulit omnis
 Præcipitare latens fatum: lectiq; senatu,
 Qui ductorem adeant: si perstet surdus in armis
 Paetorum, vertant inde ad Carthaginis arces;
 Nec diuinum oblitis indicere bella morentur.

Finita ora:
 tione. Ictus
 lus Hanni
 balæ ad pœ
 nam rupti
 fœderis des
 poscendū au
 thor fuit, cō
 tra Fabius
 suasit, pri
 mum mittē
 dos legatos
 Carthagi
 nē, vt illū
 sui à sagū
 tho renoca
 rēt, recusā
 tibus bellū
 indiceretur
 Cōparatio.

HERMANNI BVSCHII PASIPHILI
 li argumentum in secundum librum.

Annibal vt cernit Latiam per cœrula velis
 Aduentare ratem, & mandata afferre Senatus,
 Obstrepere Ausonijs lituos inbet: ocyus illi
 Ad muros vertunt iter infelicis Elise.
 A diuina arma Libys, Garamantum prædita sceptro
 Hasbyte: hanc Teron claua deturbat ab alto
 Bellantem curru: Tyrius quem ductor ouantem
 Virginis extinctæ spolijs, præ turbidus ira
 Occupat, & letho damnat mittitq; vicissim,
 Interea libycis indicit bella prophanis
 Cum socio Fabius. clypeum fuluo ære micantem
 Callaici donant Regi: delapsa Sagunthum
 Alma fides, populi penetrando pectora firmat.
 Qui se mox sæuo per flammam eximit hoste.

SILII ITALICI PVNICORVM
 Liber secundus.

Oeruleis pronecta vadis iam Dar-
 dana puppis
 Tristia magnanimi portabat inssa
 Senatus,
 Primoresq; patrum. Fabius Tiryn-
 thia proles

Tercentum memorabat anos, quos turbine Martis
 Abstulit vna dies, cum fors non equa labori.
 Patrio Cremeræ maculauit sanguine ripas.

Fabius Ma-
 xi. & Vale-
 rius Publi-
 cola, mada-
 to Senatus
 iussi adire
 Hannibalē,

ab eo strepi
tu armorū,
& clangore
re tubarum
litore pro
hibiti, iter
Carthagis
nem verte
runt, ibi in
Senatu clas
moribus a
Eti, ut man
datū erat,
perfidis ex
more bellū
indixerunt.

Prohibetur
litore legas
ti ab Hanni
bale.

Huic comes equato sociavit munere curas
Publicola, ingentis Volesi spartana propago.
Is cultam referens insigni nomine plebem,
Ansonios atano ducebat consule fasces.
Hos ut depositis portum contingere velis
Alatum Hannibali, consultaq; ferre Senatus;
Iam medio seram bello poscentia pacem,
Ductorisq; simul conceptas fœdere pœnas,
Ocyus armatas passim per littora turmas
Ostentare iubet minitancia signa, recensq;
Perfusus clypeos, & tela rubentia cæde.
Haud dictis nunc esse locum, strepere omnia clamat
Tyrrhenæ clangore tubæ, gemitūq; cadentum.
Dum detur, relegant pontum, neu se addere clausis
Festinent: notum quid cæde calentibus armis,
Quantum iræ liceat, motūve quid audeat ensis.
Sic ducis affatu per inhospita littora pulsi,
Conuerso Tyrios petierunt remige patres.
Hic alto Pœnus fundentem vela carinam
Insequitur, verbis acuens trepidantia castra.
Nostrum ferre caput parat illa per æquora puppis?
Hen cæca mentes, tumefactaq; corda secundis.
Armatum Hannibalem pœnæ petit impia tellus.
Ne deposce, adero: dabitur tibi copia nostri
Ante expectatum: portisq; focisq; timebis
Quæ nunc externos defendis Roma penates.
Tarpeios iterum scopulos, præruptaq; saxa
Scandatis licet, & celsam migretis in arcem,
Nullo iam capti vitam pensabitis auro.

Incensi dictis animi, & furor additus armis.
 Conditur extemplo telorum nubibus æther,
 Et densa resonant saxorum grandine turres.
 Ardor agit proiecta queat dum cernere muros,
 Inq; oculis profuge Martem exercere carina.
 Ipse autem incensas promissa piacula turmas
 Flagitat insignis nudato vulnere ductor:
 Ac repetens quæstus furibundo personat ore.
 Poscitur o socij, Fabiusq; è puppe catenas
 Ostentat, dominiq; vocat nos ira Senatus.
 Si tædet cæpti, culpanda ve mouimus arma,
 Ansoniam ponto prope reuocate carinam.
 Nil moror: en vinceta lacerandum tradite dextra.
 Nam cur Eoi deductus origine Belæ
 Tot Libyæ populis, tot circumfusus Iberis
 Seruitium perferre negem? Rhæteius imò
 Imperet æternum, & populis, sedisq; propaget
 Signa ferox: nos iussa virum, nutusq; tremamus.
 Effundunt gemitus, atq; omnia tristia vertunt
 In stirpem Cneadum, ac stimulant clamoribus iras.
 Discinctos inter Libycos, populosq; bilingues
 Marmaricis audax in bella Oenotria signis
 Venerat Hasbyte proles Garamantis Hyarbæ.
 Ammonæ hic genitus phorcynidos antra Medusæ
 Cinyphiumq; Macen, & iniquo è sole calenteis
 Battiadæ, late imperio, sceptrisq; regebat:
 Cui patris Nasamon, æternumq; arida Barce,
 Cui nemora Antololum, atq; infide littora Syrtis
 Parebant, nullaq; lenis Getulus habena.

c.ij.

Hæmibal ois
 bus copys
 Sagittarum
 oppugnat i
 oculis abeu
 tum legas
 torum.

Rei indigni
 tate Roma
 nos in inuis
 dia trahit.

De Hasby
 te regina
 Marmaris
 dū, quæ poe
 ta fingit ex
 emplo Vera
 gil. ligo vir
 ginæ agnis
 ne stipatā
 venisse Hæ
 nibali, vt il
 le penthesia
 leam Troia
 nis cecinit.

SILITAL.

Atque is fundarat thalamos Trytonide nymphæ:
 Unde genus, proauumq; Iouem regina ferebat,
 Et sua fatidico repetebat nomina luco.

Hæc ignara viri, vacuôq; assueta cubili,
 Venatu, & syluis primos assueuerat annos:
 Non calathis mollita manus, operatâ ve fuso,
 Dietynnam, & saltus, & anhelum impellere planta
 Cornipedem, ac strauisse feras immitis amabat.

Côparatio. Quales Threiciæ Rhodopen, Pangeâq; lustrant
 Saxosis nemora alta iugis, cursuq; fatigant
 Hebrû, innupta manus, spreti Ciconesq; Getæq;
 Et Rhæsi domus, & lunatis Bistones armis.

*Habitus ac
 status Hæ-
 sbytes.* Ergo habitu insignis patrio, religata fluentem
 Esperidum crinem dono, dextrumq; feroci
 Nuda latus Marti, ac fulgenti tegmine leuum
 Thermodoontiaca munita in prælia pelta,
 Fumantem rapidis quatiebat cursibus axem.
 Pars comitum biingo curru, pars cætera dorso
 Fertur equi, necnon Veneris iam fœdera passe
 Reginam cingunt: sed virgine densior ala est.
 Ipsa autem gregibus per longa mapalia lectos
 Ante aciem ostentabat equos: tumuloq; propinquo
 Dum sequitur gyris campum, vibrata per auras
 Spicula contorquens summa ponebat in arce.
 Hanc hasta toties intrantem mœnia, Mopsus
 Non tulit, & celsis senior Gortynia muris
 Tela sonante fugat neruo, liquidasq; per auras
 Dirigit aligero lethalia vulnera ferro.
 Cres erat arisonis Curetum aduectus ab antris

Dilatos agitare puer senioribus annis
 Pennata saltus assuetus arundine Mopsus.
 Ille vagam caelo demisit sepe volucrem,
 Ille procul campo linquentem retia cernum
 Vulnere sistebat, rueretq; inopina sub ictu
 Ante fera incauto, quam sibilis poneret arcus.
 Nec se tum pharetra iactavit iustius vlla,
 Eois quanquam certet Gortyna sagittis.
 Verum vt opum senior, venatu extendere vitam
 Abnuat, atque arctæ res exegere per equor,
 Coniuge cum Meroe, natisq; inglorius hospes
 Intrarat miseram fato ducente Sagunthum.
 Corythi fratrum ex humeris, calamiq; paterni
 Pendebant, volucérq; chalybs Minoia tela.
 Hic medius inuennum, Massylæ gentis in agmen
 Crebra Cydonæo fundebat spicula cornu.
 Tam Grauium, audacémq; Tyrû, paritérq; ruentis
 Giskonem, leuémq; Bagam, indignúmq; sagittæ
 Impubem malas tam certæ occurrere Lixum
 Fuderat, & plena tractabat bella pharetra.
 Tum vultum intendens, telúmq; in virginis dra,
 Desertum non grata Ionem per vota vocabat.
 Namq; vt fatiferos conuerti prospicit arcus,
 O pposito procul insidijs Nasomonia Sarpe
 Corpore, præripuit lethum, calamúmq; volantem
 Dum clamat, patulo excipiens transmisit hiatu,
 Et primæ ferrum à tergo videre sorores.
 At comitis casum frendens labentia virgo
 Membra leuat, paruaq; oculos iam luce natantes

Mopsi crad
 tensis peris
 tia in iacua
 lando, pau
 loante belu
 lum hoc fac
 to parû pra
 spero sagi
 thum adue
 sti.

Sarpe Naso
 monia pro
 spicies pers
 cussurum sa
 gitta regis
 nam clamo
 re illam ad
 monitura
 telum ora
 excepit.

S I L I T A L.

Errorat lachrymis, totisq; adnixa doloris
 Viribus, intorquet lethalem in mœnia cornum.
 Illa volans humerum rapido transuerberat ictu
 Conantis Dorile: iunctis iam cornibus arcus,
 Et ducti spatium nerui complente sagitta,
 Excutere in ventos resoluta pollice ferrum.
 Tum subitum in vulnus præceps deuoluitur altis
 Aggeribus muri: inxtaq; cadentia membra
 Effusi versa calami fulsere pharetra.
 Exclamat paribus frater vicinus in armis
 Icarus, vlcisciq; parat lachrymabile fatum:
 Atq; illum raptim promentem in prælia telum
 Hannibal excussi præuertit turbine saxi.
 Labuntur gelido torpentia frigore membra,
 Deficiensq; manus pharetræ sua tela remisit.
 At pater è gemino natorum funere Mopsus
 Correptos arcus ter mœsta mouit ab ira:
 Ter cecidit dextra: & notas dolor abstulit artes.
 Pœnitet heu sero dulcis liquisse penates,
 Arreptoq; auide quo concidis Icare saxo,
 Postquam ænum senior, percussaq; pectora frustra
 Sentit, & vt tantos compescat morte dolores
 Nil opis in dextra, vastæ se culmine turris
 Præcipitem iacit, & delapsus pondere pronò
 Membra super nati moribundos explicat artus.
 Dum cadit externo Gortynius aduena bello,
 Iam noua molitus stimulado milite Teron
 Alcide templi custos, aræq; sacerdos,
 Non expectatum Tyrijs effuderat agmen,

Dorilas &
 Icarus Mo-
 psi filij i vl-
 tionem sar-
 pes interfes-
 Et Dorilas
 à regia, ab
 Hannibale
 Icarus.

Mopsus as-
 missorum fi-
 liorum dolo-
 re, è turri
 semet præci-
 piè dedit.

Teron Sas-
 gūthinus ri-
 tu Hercolis,
 cuius erat

Et fera miscebat referata praelia porta.
 Atque illi non hasta manu, non vertice cassis,
 Sed fissus latis humeris, & mole iuventa
 Agmina vastabat clava: nihil indignus ensis.
 Exuvie capiti impositae, tegmenque leonis,
 Terribilem attollunt excelso vertice rictum.
 Centum angues idem celatum insigne gerebat
 In clypeo, & sectis geminae serpentibus hydram.
 Ille Iubam, Tapsimumque patrem, clarumque Micipsam
 Nomine ani, maurumque Sacen, a moenibus actos,
 Palantesque fuga, praecipit ad littora cursu
 Egerat, atque una spumabant equora dextra.
 Nec contentus Idi letho, lethoque Cothonis
 Marmaride, nec cede Rothi, nec cede Ingurthe,
 Hasbytes currum, & radiantes tegmina lenae
 Poscebat votis, gemmatamque lumina peste,
 Atque in belligera versabat virgine mentem.
 Quem ruere ut telo vidit regina cruento,
 Obliquos detorquet equos, senumque per orbem
 Fallaci gyro campum secat, ac velut ales
 Averso rapitur sinuata per equora currum.
 Dumque ea se ex oculis aufert, atque ocyus euro
 Incita pulveream campo trahit vngula nubem,
 Adversum late stridens rota proterit agmen,
 Ingerit, & crebras virgo trepidantibus hastas.
 Hic cecidere Lycus, Thamyrisque, & nobile nomen
 Eurydamas, clari deductum stirpe parentis:
 Qui thalamos ausus quondam sperare superbos,
 (Hic demens) Ithacique thorum: sed enim arte pudica

sacerdos clava pugnans, magna edit cede hastam, in quibus etiam Hasbytes cecidit.

Nomina Caesarum a Terrene.

Casi ab Hasbyte.

SILITAL.

Fallacis toties reuoluto stamine tela
 Deceptus, mersum pelago iactarat Vlysses.
 Ast Ithacus vero ficta pro morte loquacem
 Affecit letho, tedæq; ad funera versa.
 Gens extrema viri campis deletur Iberis,
 Eurydamas Nomados dextra: super instrepit acer,
 Et seruat cursum per fractis ossibus axis.
 Iamq; aderat remeans virgo, inter prælia, postquam
 Distringi Terona videt, senamq; bipennem
 Perlibrans mediæ fronti, spoliū inde superbū,
 Herculeasq; tibi exunias Dictynna vonebat.
 Nec segnis Teron tantæ spe laudis, in ipsos
 Aduersus consurgit equos, villosaq; fului
 Ingerit obiectans trepidantibus ora leonis.
 Attoniti terrore nouo, rictuq; minaci
 Quadrupedes, iactant resupino pondere currum.
 Tum saltu Hasbyten conantem linquere pugnas,
 Occupat, incussa gemina inter tempora claua,
 Feruenteisq; rotas, turbataq; frena pauore
 Dissiecto sparsit collisa per ossa cerebro.
 At rapta properans cædem ostentare bipenni,
 Amputat è curru reuolutæ virginis ora.
 Nec dum iræ posita, celsa nam figitur hasta
 Spectandum caput, id gestent ante agmina Penam
 Imperat, & propere currus ad mœnia vertant.
 Hæc cæcus fati, diuūmq; abeunte fauore
 Vicino Teron edebat prælia letho.
 Nanq; aderat toto ore ferens irasq; minasq;
 Hannibal, & cæsam Hasbyten, fixiq; trophæum

Cædes Has
 bytes.

Caput Has
 bytes telo
 suffixū spe
 standū pæ
 nis circum
 fertur.

Infandum capitis, furiata mente dolebat.
 At simul exati radianit luminis umbo,
 Et concussa procul membris velocibus arma
 Lethiferum intonnuere, fugam percussa repente
 Ad muros trepido conuertunt agmina cursu.
 Sicut agit lenibus per sera crepuscula pennis
 Et postu volucres ad nota cubilia Vesper.
 Aut ubi Cecropius formidine nubis aquosæ
 Sparsa super flores examina tollit Hymettos,
 Ad dulcæ ceras, & odori corticis antra
 Mellis apes grauidæ properant, densosq; volatu
 Rancum connexæ glomerant ad limina murmur.
 Precipitat metus attonitos, cæciq; feruntur.
 Heu blandum cæli lumen, tantone cauetur
 Mors reditura metu? nascentiq; addita fata?
 Auxilium clamant, portis, atq; aggere tuto
 Erupisse gemunt: retinet vix agmina Teron:
 Interdumq; manu, interdum clamore, minisq;
 State viri: mens ille hostis: mihi gloria magnæ,
 State, venit, pugna. muro, tectisq; Saguntibi
 Hac abigam Pænos dextra, spectacula tantum
 Este viri, vel si cunctos metus acer in urbem
 (Heu deforme) rapit, soli mihi clandestite portas.
 At Pænus rapido præceps ad mœnia cursu,
 Dum pauitant trepidi rerum, fessiq; salutis,
 Tendebat: stat primum urbem, murosq; patenteis
 Postposita cæde, & dilata inuadere pugna.
 Id postquam Herculeæ custos videt impiger aræ,
 E micat, & velox formidine præuenit hostem.

Cōparatio.

Teronis ver-
 ba suos ex-
 hortatis ad
 decorū ser-
 uandum.

SIL. ITAL.

G liscit Eliseo violentior ira tyranno,
 T u solue interea nobis bone ianitor vrbis
 Supplicium, vt pandas, inquit, tua mœnia letho.
 N ec plura effari sinit ira: rotâtq; cornuscum
 M ucronem: sed contortum prior impete vasto
 D aunius huic robur iuuenis iacit: arma fragore
 I Eta grani rancum genuere, altèq; resultant
 & re illisa cauo nodosæ pondere clauæ.
 A t viduus teli, frustrato proditus ictu;
 P ernici velox cursu rapit incita membra,
 E t celeri fugiens perlustrat mœnia planta.
 I nstat atrox terga increpitans fugientia victor:
 C onclamant matres, celsòq; è culmine muri
 L amentis vox mixta sonat: nunc nomine noto
 A ppellant, seras fesso nunc pandere portas
 P offe volunt, quatit hortantum præcordia terror
 N e simul accipiant ingentem mœnibus hostem.
 I ncutit umbonem fesso, assaultâtq; ruenti
 P œnus, & obtestans spectantem è mœnibus urbem
 I miseram Hasbyten letho solare propinquo.
 H æc dicens, iugulo optantis dimittere vitam
 I nfestum condit mucronem, ac regia letus
 Q uadrupedes spolia abreptos à mœnibus ipsis,
 Q ueis aditum portæ trepidantum se pserat agmen,
 V ictor agit, currûq; volat per ouantia castra.
 A t Nomadum furibunda cohors miserabile humani
 D eproperat munus, tumuliq; adiungit honorem,
 E t raptò cineres ter circum corpore lustrat.
 H inc lethale viri robur, tegmènq; tremendum

Terò in vrbem
 tem contra
 Hannibalē
 clauam con-
 iecit, qua as-
 missa, iners
 mis ad por-
 tas refuges
 re coactus
 est, sed frus-
 tra: nā ex-
 elusus à suis
 ab Hāniba-
 le est inter-
 fectus.

Describit ro-
 gum & sus-
 nus Hasby-
 tes.

In flammis iaciunt: ambustoque ore, genisque
 Deforme alitibus liquere cadaver Iberis.
 Paenorum interea, queis rerum summa potestas,
 Consultant bello super, & que dicta ferantur
 A Isoniæ populis, oratorumque minaci
 Adventu trepidant. monet hinc fœdusque, fidesque,
 Et testes superi, iurataque pacta parentum:
 Hinc popularis amor captantis magna iuventa:
 Et sperare iuvat belli meliora. sed olim
 Ductorem infestans odijs gentilibus Hanno,
 Sic adeo increpitat studia, incantumque favorem.
 Cuncta quidem patres (neque enim cohibere minantum
 Ira se valere) premunt formidine vocem.
 Haud tamen abstiterim, mortem licet arma propinquet
 Testabor Superos, & cælo vota relinquam,
 Que postrema salus rerum, patrieque reposcit.
 Nec nunc obsessa demum, & fumante Saguntibus
 Hæc serus vates Hanno canit, anxia rupi
 Pectora, ne castris innutiretur, & armis
 Exitiale caput monui, & dum vita monebo,
 Ingenitum noscens virus, flatumque paternos.
 Ut qui stelligero speculantur sidera cælo
 Venturam pelagi rabiem, Caurique futura
 Predicit miseris haud vanus flamina nautis.
 Confedit folio, rerumque invasit habenas.
 Ergo armis fœdus, fœsusque omne abrupitur armis:
 Oppida quassantur, longæque in mœnia nostra
 & neadum arreptæ mentes, disiectaque pax est.
 Exagitant manes iuvenem, furieque paternæ,

Redit nunc
 poeta ad Ra-
 manos lega-
 tos, quorum
 adventu ter-
 ritos Car-
 thaginenses
 scribit.

Oratio Hæ-
 nonis in ge-
 nere delibe-
 ratio, qua
 suadet bella
 contra fœ-
 dus impie
 suscepto ab-
 stinendum,
 Hæribalem
 perfidiam au-
 thorem Ro-
 manis dede-
 dum, eius in-
 tam super-
 bia aliquan-
 do exitio or-
 nibus futu-
 ram denun-
 tias, & Ra-
 manos non
 esse lacessen-
 dos monet
 vel eventum
 primi bellæ
 punici im-
 prospero.

SIL. ITAL.

A c funesta sacra, & conuersi fœdere rupto
 I n caput infidum superi, Massillâq; vates
 A nnuuit. ille noui cæcus caligine regni
 E xternas arces quatit vt Tiryntia tecta,
 S ic propria luat hæc pœna, nec misceat vrbis
 F ata suis: inquam, hoc inquam nunc tempore mirros
 O ppugnat Carthago tuos, tēq; obsidet armis.
 L auimus Etneas animoso sanguine valles,
 E t vix conducto produximus arma Lacone.
 N os ratibus laceris Scyllæa repleuimus antra,
 C lassibus & refluo spectauimus equore raptis
 C ontortæ fundo reuomentem transtra Charybdis.
 R espice proh demens, proh pectus inane deorum
 E gathes, Libyæq; procul fluitantia membra.
 Q uo ruis? & patriæ exitio tibi nomina queris?
 S ubsident Alpes, subsidet mole niuali
 A spibus equatum attollens caput Apenninus.
 S ed campos fac vane dari: num gentibus istis
 M ortales animi? aut ferro, flammâq; fatiscunt?
 H aud tibi Neritia cernes cum prole laborem.
 P ubescit castris miles, galeâq; teruntur
 N ondum signatæ flaua lanugine malæ.
 N ec requies eni nota, exanguēsq; merendo
 S tant prima inter signa senes, lethūmq; lacescunt.
 I pse ego Romanas, perfosso corpore, turmas
 T ela intorquenteis correpta è vulnere vidi,
 V idi animos, mortēsq; virūm, decorisq; furorem.
 S i bello absistis, nec te victoribus offers
 Q uantum heu Carthago donat tibi sanguinis Hannæ?

Xantippus
 Lacedæmo-
 nius à Cars-
 thaginensibus
 mercede
 cōductus, M.
 Regulū du-
 cem Roma-
 norum astu
 magis q̄vir
 tute cepit
 primo bello
 punico.
 Romane
 fortitudinis
 laus egres-
 sia.

Gestar ad hæc: nanq; impatiens, aspérq; coquebat
 Iamdudum immites iras, mediámq; loquentis
 Bis conatus erat turbando abrumpere vocem:
 Concilióne, inquit, Libyæ, Tyrióq; Senatu
 Prob Superi Ansonius miles sedet: armáq; tantum
 Haud dum sumpta viro: nam cætera (nó latet) hostis.
 Nunc geminas Alpes, Appenninúm q; minatur:
 Nunc freta Sicaniæ, & Scyllæi littoris vndas:
 Nec procul est quin iam manes, vmbra; q; pauescat
 Dardaniæ: tanta accumulât præconia letho,
 Vulnerib; q; virum, tollitq; ad sidera gentem
 Mortalem: mihi crede, licet formidine turpi
 Frigida corda tremant, mortalem sumimus hostem.
 Vidi ego cum geminas, arctis post terga catenis
 Succinctus palmas, vulgo traheretur ouante
 Carceris in tenebras, spes, & fiducia gentis
 Regulus Hectoreæ: vidi cum robore pendens
 Hesperiam cruce sublimis spectaret ab alta.
 Nec vero terrent puerilia protinus ora
 Sub galea, & pressæ properata casside male.
 Indole non adeo segni sumus: aspice turmæ
 Quot Libycæ certant annos anteire labore.
 Et nudis bellantur equis. ipse aspice, ductor
 Cum primam tenero vocem proferret ab ore,
 Iam bella, & lituos, ac flammis vrere gentem
 Iurabat Phrygiam, atq; animo patria arma mouebat.
 Vltor erit cædis, iam te spectante, propinquæ.
 Proinde paulo crescant Alpes, altúsq; cornuscos
 Appenninus agat scopulos, per saxa, niuésq;

Gestaris ad
 uerse factio
 nis viri res
 sponso, qua
 ab Hånone
 dicta consu
 tat & bellū
 pro liberta
 te gerendū,
 omnino as
 firmat, idq;
 quo facilius
 persuadeat
 beneuolens
 tiam ab ad
 uersarij per
 sona quam
 in odiū ad
 ducit nó ses
 natorē Car
 tha. sed mis
 litem Anso
 niū inuidio
 se cōpellans
 do cōciliat.

Vnus HERS
 cules alpes
 transgressus
 dicitur áte
 Hånibalē,
 vnde hic illi

SIL. ITAL.

domitarum
alpium laus
secunda ato
tribuitur.

(Dicam etenim, vt stimulent atrā vel inania mentē)
 Per cælum est qui pandat iter, pudet Hercule tritar
 Desperare vias, laudémq; timere secundam.
 Sed Libyæ clades, & primi incendia belli
 Aggerat, atq; iterum pro libertate labores
 Hanno ferre vetat. ponat formidinis æstus,
 Parietibusq; domus imbellis fœmina seruet
 Singultantem animam. nos nos contra ibimus hostes
 Queis procul à Tyria dominos depellere Byrsa
 Vel Ioue non æquo fixum est: sin fata repugnent,
 Et iam damnata cessit Carthagine Mauors,
 Occumbam potius, nec te patria inclyta dudum
 & ternum famulam, libérq; Acheronta videbo.
 Nam quæ (proh superi) Fabius iubet, ocyus arma
 Exuite, & capta descendite ab arce Saguntih.
 Tum delecta manus scutorum incendat acernos:
 Vranturq; rates, ac toto absistite ponto.
 Dij procul ò (merita est si nunquam talia plecti
 Carthago) prohibete nefas, nostriq; solutas
 Ductoris seruate manus. tum deinde resedita
 Factaq; censendi patrum de more potestas:
 Hic Hanno, reddi propere certamine rapta
 Instat, & authorem violati fœderis addit.
 Tum vero attoniti, ceu templo irrumperet hostis,
 Exiluerē patres, latiq; id verteret omen.
 Orauere deum. At postquam discordia sentit
 Pectora, & infidas ad Martem vergere mentes,
 Non ultra patiens Fabius texisse dolorem,
 Concilium exposcit propere, patribusq; vocatis

Iussis sena-
toribus sine
gulis senten-
tiam dicere,
Hanno suæ
tenax cœsuis
ablata sa-
guth. prope
reddēda,
& authore
violati pæ-
cti dedēdū.

Bellum se gestare sinu, pacemq; profatus,
 Quid sedeat legere, ambiguis neu fallere dictis
 Imperat, ac seuo neutrum rennente senatu,
 Cen clausas acies, gremioq; effunderet arma,
 Accipite infanctum Libyæ, eventūq; priori
 Par, inquit, bellum: & laxos effudit amictus.
 Tum patrias repetit pugnandi nuntius arces.
 Atq; ea dum profuga regnis agitantur Elise,
 Accitis velox populis, queis ægra lababat
 Ambiguo sub Marte fides, prædāq; granatus
 Ad muros pænis renocauerat arma Sagunthi.
 Ecce autem clypeum seuo fulgore micantem
 Oceani gentes ductori dona ferebant,
 Callaicæ telluris opus, galeamq; coruscis
 Subnixam cristis, vibrant cui vertice coni
 Assentes niuæ tremulo nutamine pennæ.
 Ensem vnum, ac multis fatalem millibus hastam.
 Præterea textam nodis, aurōq; trilicen
 Loricam, & nulli tegmen penetrabile telo.
 Hæc ære, & duri chalybis perfecta metallo,
 Atq; opibus perfusa Tagi, per singula lætis
 Lustrat onans oculis, gaudetq; in origine regni.
 Condebat primæ Dido Carthaginis arces,
 Instabatq; operi subducta classe inuentus:
 Mobilibus hi claudunt portus: his tecta, domūq;
 Partiris in ste Bitia venerande senecta.
 Ostant caput effossa tellure repertum
 Bellatoris equi, atq; omen clamore salutant.
 Has inter species orbatum classe, suisq;

Fabius cum
 in senatu
 Cartha. dis
 xisset bellū
 se, & pacē
 afferre, sus
 meret virū
 mallet: &
 illi ferociter
 succlamas
 rent, daret
 ipse vtrum
 vellet. excus
 sa cum fres
 mitu toga,
 bellū igitur
 inquit, acci
 pite. Sequit
 ur quorum
 dam hic ars
 morum des
 scriptio, à
 Callaicis po
 pulis ad oc
 ceanum his
 spanū habi
 tātibus, mu
 neri ad Hā
 nibalē mis
 sorum.

SIL. ITAL.

E neam pulsum pelago, dextrâq; precantem
 Cernere erat. fronte hunc anide Regina serena
 Infelix, ac iam vultu spectabat amico.
 Hinc & speluncam, furtinâq; fœdera amantum
 Callaice fecere manus: it clamor ad auras,
 Latratûsq; canum, subitôq; exterrita nimbo
 Occulant aë venantum corpora sylvis.
 Nec procul Eneadum vacuo iam littore classis
 Equora nequicquam renocante petebat Elisa.
 Ipsa pyram super ingentem stans faucibus Dido,
 Mandabat Tyrijs ultricia bella futuris:
 Ardentemq; rogam media spectabat ab unda
 Dardanus, & magnis pandebat carbasa fatis.
 Parte alia supplex infernis Hannibal aris
 Arcanum stygia libat cum vate cruorem,
 Et primo bella Eneadum iurabat ab æno.
 At senior Siculis exultat Amilcar in arnis.
 Spirantem credas certamina anabela mouere.
 Ardor inest oculis, toruûmq; minatur imago.
 Necnon & lenum clypei latus aspera signis
 Implebat Spartana cohors: hanc ducit onantem
 Ledæis veniens victor Xantippus Amyclis.
 Iuxta triste decus pendet sub imagine pœne
 Regulus, & fidei dat magna exempla Saguntis.
 Letior at circa facies, agitata ferarum
 Agmina venatu, & cælata mapalia fulgent.
 Nec procul, vsta cutem nigri soror horrida Mauri
 Per sorore Mauri Ge- A ssetas patrio mulcet sermone leænas.
 tuliâ accipe It liber campis pastor, cui sine sine vlllo

Inuetitum saltus penetrat pecus: omnia Pænum
 Armenti vigilem patrio de more sequuntur.
 Gesaq; satratórq; Cydon, teétúm q; fociq;
 In silicis venis, & fistula nota inmentis.
 Eminent excelso consurgens colle Sagunthos,
 Quam circum immensi populi, condensaq; cingunt
 Agmina certantum, pulsántq; trementibus hastis:
 Extrema clypei stagnabat Iberus in ora,
 Curuatis claudens ingentem flexibus orbem.
 Hannibal abrupto transgressus fœdere ripas,
 Pænorum populos Romana in bella vocabat.
 Tali sublimis dono, noua tegmina latis
 Aptat concutiens humeris, celsusq; profatur.
 Heu quantum Ausonio sudabitis arma cruore.
 Quas belli vindex pœnas mihi curia pendes.
 Iamq; senescebat vallatis mœnibus hostis,
 Carpebatq; dies urbem, dum signa, manusq;
 Expectant fessi socias, tandem equore vano
 Auertunt oculos, frustratq; littora ponunt,
 Et propius suprema vident, sedet acta medullis
 Iamdudum, atq; inopes penitus coquit intima pestis.
 Est furtim lento miseris durantia tabo
 Viscera, & exurit siccitas sanguine venas
 Per longum celata fames, iam lumina retro
 Exesis fugere genis, iam lurida sola
 Tecta cute, & venis male iuncta trementibus ossa
 Extant, consumptis visu deformia nervis.
 Humentis rores noctis, terramq; madentem,
 Solamen fecere mali, cassiq; labore

Verba Hæ-
 nibalis spes
 Etaculo era-
 moru gau-
 detis. Ro-
 manis feroc-
 iter minis-
 tantis.

Describit fa-
 mem Sagun-
 thi.

SIL. ITAL.

Esicco frustra presserunt robore succos.
 Nil temerare piget. rabidi ieiunia ventris
 Insolitis adigunt vesci: resolutaq; nudos
 Linqentes clypeos, armorum tegmina mandunt.
 Desuper hæc cælo spectans Tirynthius alto
 Illachrymat fractæ nequicquam casibus vrbis.
 Nanq; metus, magniq; tenent præcepta parentis,
 Ne sæuæ tendat contra decreta nouercæ.
 Sic igitur cœpta occultans, ad limina sanctæ
 Contendit Fidei, secretaq; pectora tentat.
 Arcanis dea lata, polo tum forte remoto,
 Cælicolum magnas voluebat conscia curas.

Herculis cõ-
 ditoris. Sa-
 gũthi verba
 ad Fidẽ, ostẽ
 dentis quã
 ta cõ eius
 cultũ patias
 tur, tum vt
 ab imminẽs
 ti cam clas
 de eripiat
 rogantis.

Quam tamen alloquitur veniæ pacator honore.
 Ante Iouem generata, decus diuũmq; hominũq;
 Qua sine non tellus pacem, non æquora norunt,
 Iustitiæ consors, tacitũmq; in pectore numen.
 Exitiũmne tuæ dirum spectare sagunthi,
 Et tot pendentem pro te dea cernere pœnas
 Urbem lenta potes? moritur tibi vulgus, & vniã
 Te matres, vincente fame, te mœsta virorum
 Ora vocant: primaq; sonant te voce minores.
 Fer cælo auxilium, & fessis da surgere rebus.

Fides respõ
 dens morta
 liũ perfidiã
 detestatur,
 Hannibalẽ
 pœnas das
 turum affir
 mat, sagun
 thioob serua
 tam tã egre

Hæc satus Alcmena. contra cui talia virgo.
 Cerno equidem, nec pro nihilo est mihi fœdera rumpi
 S tãtq; dies ausis olim tam tristibus vltor.
 Sed me pollutas properantem linquere terras,
 Sedibus his, te etisq; Iouis succedere adegit
 Fœcundum in fraudes hominum genus: impia liqui
 Et quantum terrent, tantum metuentia regna;

Et furias auri, nec vilia præmia fraudum,
 Et super hæc, ritu horrificos, ac more ferarum
 Viuentis raptis populos, luxuriamq; solutum
 Omne decus, multaq; oppressum nocte pudorem.
 Vis colitur, iurisq; locum sibi vendicat ensis:
 Et probis cessit virtus. en aspice gentes:
 Nemo insons: pacem seruant commercia culpa.
 Sed secreta tua fundata ut mœnia dextra,
 Dignum te seruent, memorando fine, vigorem:
 Dedita nec fessi transmittant corpora Pæno:
 (Quod solum nunc fata sinunt) seriesq; futuri,
 Extendam lethi decus, atq; in secula mittam:
 Ipsaq; laudatas ad manes prosequar umbras.
 Inde seuera Ioui decurrens æthere virgo
 Luctantem fatis petit inflammata Sagunthum:
 Inuadit mentes, & pectora nota pererrat,
 Immittitq; animis numen: tum fusa medullis,
 Implicat, atq; sui flagrantem inspirat amorem.
 Arma volunt, tentantq; egros ad prælia nisus.
 Insuperatus adest vigor, interiusq; recursat
 Dulcis honos diuæ, & sacrum pro virgine lethum:
 Et tacitus fessis perouantia pectora sensus
 Vel letho grauiora pati, senasq; ferarum
 Attentare dapes, & mensis addere crimen.
 Sed prohibet culpa pollutam extendere lucem
 Casta fides, paribusq; famem compescere membris.
 Quam simul inuisæ gentis prospexit in arce,
 Forte ferens sese Libycis saturnia castris,
 Virgineum increpitat miscentem bella furorem,
 d. ij.

gie fidẽ Ro
 ma. æteruũ
 decus pollic
 setar.

Fides delas
 pfa Sagunthũ,
 animos
 omniũ inua
 dit, & sui
 amorem ino
 spirat labo
 rantibus.

uno cõspes
 Et a fide, Ti
 siphonẽ euo

S I L I T A L .

eat ab inferis in perniciem saguntinorum. A tq; ita turbata gradum, ciet ocyus atram
 T isiphonen, imos agitantem verberare manes:
 E t palmas tendens, hos, inquit, noctis alumna,
 H os muros impelle manu, populūmq; ferocem
 Dextris sterne tuis, Inno iubet, ipsa propinqua
 E ffectus: studiūmq; tuum quo comprimit ora
 Cerberus, ac mixto quæ spumant felle venena,
 E t quicquid scelerum, pœnarum quicquid & ire
 P ectore fœcundo coquitur tibi, congere præceps
 I n Rutulos, totāmq; Erebo demitte Saguntinum:
 H ac mercede fides constet delapsa per auras.
 S ic voce instimulans, dextra dea concita senam
 Eumenida incussit muris, tremuitq; repente
 M ons circum, & grauior sonuit per littora fluctus.
 Furie describitio. S ibilat insurgens capiti, & turgentia circum
 M ultus colla micat squalenti pectore serpens.
 M ors graditur vasto pandens cana guttura rictu.
 P ectora circumdant planctus, mœrorq; dolorq;
 A tq; omnes adsunt pœnæ, formāq; trifauci
 P ersonat insonnis lachrymosæ ianitor aule.
 Tisiphone i formam se conuertit Tyburnæ vxoris Murri, mortemque persuadet saguntinis P rotinus assumulat faciem mutabile monstrum
 Tyburnæ, gressūmq; simul, sonitūmq; loquentis
 H æc bello vacuos, & sœni turbine Martis
 Lugebat thalamos Murro spoliata marito.
 Clara genus, clarūmq; trahens à sanguine nomen.
 Cui vultus induta pares, disiectaq; crinem
 Eumenis, in medios irrumpit turbida cœtus.
 E t mœstas lacerata genas: quis terminus, inquit,
 S tat fidei, proanisq; datus? vidi ipsa cruentum,

Ipsa meum vidi lacerato vulnere nostras
 Terrentem Murrum noctes, & dira sonantem.
 Eripe te coniux miserandæ casibus vr̄bis,
 Et fuge, si terras adimit victoria Pœni,
 Admanes Tyburna meos: cecidere penates,
 Occidimus Rutuli, tenet omnia punicus ensis.
 Mens horret, nec adhuc oculis absistit imago.
 Nullane iam posthac tua tecta Sagunthe videbo?
 Felix Murre necis, patriâq; superstite felix.
 At nos Sidonijs famulatum matribus ætas,
 Post belli casus, vastiq; pericula ponti,
 Carthago aspiciet victrix: tandemq; supremum
 Morte obita, Libyæ gremio captiua iacebo.
 Sed vos ô inuenes, vetuit quos conscia virtus
 Possè capi, queis telû ingens contra aspera mors est,
 Vestris seruitio manibus subducite matres:
 Ardua virtutem profert via, pergite primi,
 Nec facilem, populis nec notam inuadere laudem.
 His ubi turbatas hortatibus impulit aures,
 Inde petit tumulum, summo quem vertice montis
 Amphitryoniades spectandum ex equore nautis
 Struxerat, & grato cineres decorarat honore.
 Excitus, sede horrendum prorupit ab ima
 Cœruleus maculis auro squalentibus anguis.
 Ignea sanguinea radiabant lumina flamma,
 Orâq; vibranti stridebant sibila lingua:
 Isp̄ inter trepidos cœtus, mediâq; per vr̄bem
 Voluitur, & muris propere delabatur altis,
 Ac similis profugo vicina ad littora tendit,
 d. iij.

Nouo hic
 monstro ani
 mi sagûchi
 norû terren
 tur, ingens
 anguis è tu
 mulo Za
 Zynthi pro
 gressus, mes
 diâmq; per

S I L I T A L.

vrbe[m] pro
fugo similis
prolapsus
mari vicino
immergitur

Saguntini
extructo in
media vrbe
rogo, eo om
nibus publi
sis & pris
uatis opib[us]
ante conge
stis secūcti
vōcremarūt

S pumantisq[ue] freti præcep[er]t immergitur vndis.
T um vero excussi amentes, ceu prodita tecta.
E xpulsi fugiant manes, vmbra[rum]q[ue] recusent
C aptino latuisse solo, sperare saluti
P ertesum, damnant cibos, agit abdita Erinny[s].
H and grauior duris diuūm inclementia rebus,
Q uam lethi proferre moras: abrumpere vitam
O cys attoniti quærunt, lucemq[ue] granantur.
C ertatim struētus surrecte molis ad astra
I n media stetit vrbe rogos, portantq[ue], trahuntq[ue]
L ongas pacis opes, quas itaq[ue] præmia dextris,
C allaico vesteis distinctas matribus auro,
A rmāq[ue] dulichia proanis portata Zazyntho,
E t prisca aduectos Rutulorum ex vrbe penates,
H uc quicquid superest captis, chypeosq[ue], simulq[ue]
I nfanstos iaciunt enses, & condita bello
E ffodiunt penitus terræ: gaudentq[ue] superbi
V ictoris prædam flammis donare supremis.
Q uæ postquam congesta videt feralis Erinny[s],
L ampada flammiferis tractā Phlegethōtis ab vndis
Q uassat, & inferna superos caligine condit.
I nde opus aggressi toto quod nobile mundo
& ternum inniētis infelix gloria seruat.
P rinceps Tisiphone lentum indignata parentum
P ressit ouans capulum, contantemq[ue] impulit enses,
E t dirum insonuit stygio bis, tēraq[ue] flagello.
I nuitas maculant cognato sanguine dextras,
M iranturq[ue] nefas aduersa mente peractum,
E t factō scelere illachrymant. hic turbidus ira,

Et rabie cladum, perpeſſeſq; vltima vite,
 Obliquos verſat materna per vbera viſus:
 Hic raptam librans dilectæ in colla ſecurim
 Coniugis increpitat ſeſe, mediũmq; furorem
 Proiecta damnat ſtupefactus membra bipenni.
 Nec tamen euafiſſe datur. nam verbera Erinnyſ
 Incutit, atq; atros inſibilat ore timores.
 Sic thalami fugit omnis amor: dulcẽſq; marito
 Effluxere tori, & ſubiẽre obliuia tedæ.
 Ille iacit totis connixum viribus egrum
 In flammas corpus, denſum quã turbine nigro
 Exundat fumans piceus caligine vertex.
 At medios inter cœtus pietate ſiniſtra
 Infelix Tymbrene furis, Pœnõq; parentis
 Dum properas auferre necem, redolentia formam
 Ora tuam laceras, temerãſq; ſimillima membra.
 Vos etiam primo gemini cecidiſtis in æuo
 Eurymedon fratrem, & fratrem mentite Lycormas:
 Cuncta pares, dulciſq; labor ſua nomina natis
 Reddere, & in vultu genitrici herere ſuorum.
 Iam fixus ingulo culpa te ſoluerat enſis
 Eurymedon, inter miſeræ lamenta ſenectæ:
 Dũmq; malis turbata parens, deceptaq; viſis
 Quò ruis? huc ferrum clamat conuerte Lycormas,
 Ecce ſimul ingulum perfoderat enſe Lycormas.
 Sed magno, quò nam Eurymidon furor iſte? ſonabat
 Cum planctu, geminæq; notis decepta figura,
 Nomine mutato reuocabat funera mater,
 Donec tranſacto tremebunda per vbera ferro
 d.iiij.

Eurymedon
 & Lycor-
 mas gemini
 tanta ſimilitu-
 tudie, vt ma-
 ter etiam di-
 ſcernere alio-
 terum non
 poſſet ab al-
 tero.

SILITAL.

Cessit, & ambiguos cecidit super inscia natos.
 Quis auros urbis casus, laudandaq; monstra,
 Et fidei pœnas, & tristia facta piorum
 Temperet evoluens lachrymis? vix punica fletu
 Cessassent castra, ac miserescere nescius hostis.
 Urbs habitata diu fidei, celôq; parentem
 M urorum repetens, ruit inter perfida gentis
 Sidonia tela, atq; immania facta suorum,
 Iniustis neglecta deis, furit ensis, & ignis.
 Quiq; caret flamma scelerum est locus, erigit atro
 Nigrantem fumo rogius alta ad sidera nubem.
 Ardet in excelso proceri vertice montis
 Arx intacta prius bellis: hinc punica castra,
 Littoraq; & totam soliti spectare Saguntum
 Ardent tecta deum, respondet imagine flammæ
 & quor, & in tremulo vibrant incendia ponto.
 Ecce inter medios cœdum Tyburna furores,
 Fulgenti dextram mucrone armata mariti,
 Et lena infelix ardentem lampada quassans,
 Squalentemq; erecta comam, ac liuentia planctum
 Pectora nudatis ostendens seuâ lacertis,
 Ad tumulum Murri super ipsa cadavera fertur.
 Qualis ubi inferni dirum tonat aula parentis,
 I rãq; turbatos exercet regia manes
 A lectò solium ante dei, sedemq; tremendam
 Tartareo est operata Ioni, pœnasq; ministrat.
 Arma viri multo nuper defensa cruore
 Imponit tumulo illachrymans: manesq; precata
 Acciperent sese, flagrantem lampada subdit.

comparat
 verã hie Ty
 burnam ex
 ternata mē
 te discurrē
 tem furia,
 inferorū pœ
 nis operatē

Tunc rapiēs lethum, tibi ego hæc, ait, optime coniux
 Ad manes en ipsa fero: sic ense recepto
 Arma super ruit, & flammæ inuadit hiatu.
 Semiambusta iacet nullo discrimine passim,
 Infelix obitus, permixto funere, turba.
 Ceu stimulante fame, cum victor onilia tandem
 Faucibus inuadit siccis leo, mandit hianti
 Ore fremens imbelle pecus, patuloq; redundat
 Gutturè ructatus large cruor, incubat atris
 Semeæ stragis cumulis, aut murmure anhelò
 Infrensens, laceros inter spatiatur acervos.
 Late fusa iacent, pecudes, custosq; molossus,
 Pastorūq; cohors, stabulūq; gregisq; magister,
 Totāq; vastatis disiecta mapalia tectis.
 Irrumpunt vacuam Pœni tot cladibus arcem.
 Tum demum ad manes perfectò munere Erinnyis
 Innomi laudata redit, magnāq; superba
 Exultat rapiens secum sub tartara turbam.
 At vos sidereæ, quas nulla equauerit ætas,
 Ite decus terrarum animæ, venerabile vulgus
 Elysiū, & castas sedes decorate piorum.
 Quis vero non aqua dedit victoria nomen,
 Audite ò gentes, neu rumpite fœdera pacis,
 Nec regnis postferte fidem: vagus exul in orbe
 Errabit toto patrijs proiectus ab oris,
 Tergāq; vertentem trepidans Carthago videbit.
 Sæpe Sagunthinis somnos exterritus umbris
 Optabit cecidisse manu, ferroq; negato.

Comparatio.

Omnibus Sagunthinis
 mutuis cædibus absque
 ptis, Pœni
 vacuā urbē
 irrumpunt.

SIL. ITAL.

Inniētus quondam stygias bellator ad undas,
Deformata feret liuenti membra veneno.

HERMANNI BVSCHII PASTORIS
philii argumentum in Librum tertium.

P Ostquā clara fide, Pæno sub marte, Sagittibus
Arsit, ad Ammonis scitatum oracula Bostar
Mittitur, vt superis quæ nam sit fixa voluntas
Imperio super, & rerum nouitate reportet,
Ipe ad vicinos ductor, cum coniuge, Gades
Naugat, & spolijs onerat feralibus Aras
Herculeas: posthæc charam seponit ab armis
Cum puero, nondum bis seni mensis, Imilceme
Et noua mox petitur Carthago classe per undas,
Atq; hic nocturna specie, mirabile monstrum
Vidit, in Italicam stimulans fera pectora gentem,
Quocirca innumeris Romana in prælia turmis
Collectis, propere trans Alpes signa ferebat,
Latâq; Taurinis statuit tentoria campis.

SILII ITALICI PVNICORVM

Liber Tertius.

Ostquam rupta fides Tyrijs, & moe-
nia castæ,

Non equo Superum genitore, euersa
Sagunthi,

Extemplo positos finiti cardine
mundi

P
Victor adit populos, cognatâq; limina Gades.

Nec vatium menteis agitare, & præscia corda

Cessatum super imperio: citus æquore Bostar

Vela dare, & rerum prænoscere fata iubetur.

Prisca fides adytis longo seruatur ab æno,

Quæ sublime sedens Cyrrheis æmulus antris

Inter anhelanteis Garamantas corniger Hammon

Fatidico pandit venientia secula luco.

Hinc omen cœptis, & casus scire futuros

Ante diem, belliq; vices nouisse petebat.

Exin clauigeri veneratus numinis aras

Captiuus onerat donis, quæ nuper ab arce

Victor fumantis rapuit seminata Sagunthi.

Vulgatum, nec cassa fides, ab origine fani

Impositas durare trabes, solâsq; per æuum

Condentum nouisse manus, hic credere gaudent

Consedisse deum, seniûmq; repellere templis.

Tum queis fas, & honos adyti penetralia nosse

Famineos prohibent gressus, ac limine curant

Setigeros arcere sues, nec discolor vlli

Hannibal
euerfa sa
guntho, Ga
des profici
scitur, solu
turus vota
Herculi, &
nouis pro se
cundo euen
tu destinati
in Romanos
belli se obli
gaturus.
Bostar sup
euentu im
perij explos
râdo ad am
monis ora
culum mis
titur.

In templo
Herculis ga
ditani ab
origine eius
ligna duras
se incorrup
pta ad Hæ
nibalē vsq;
Ritus tem
pli Hercula
ni apud Ga
ditanos.

SIL. ITAL.

Ante aras cultus, velantur corpora lino,
 Ex Pelusiaco præfulget stamine vertex.
 Discinētis mos thura dare, atq; è lege parentum
 Sacrificam lato vestem distinguere clauo.
 Pes nudus, tonsæq; comæ, castumq; cubile,
 In restincta focis seruant altaria flammæ.
 Sed nulla effigies, simulacrâ ve nota deorum:
 Maiestate locum, & sacro implevere timore.
 In foribus labor Alcide Lernæa recisis
 Anguibus Hydra iacet, nexuq; elisa leonis
 Ora Cleonei patulo celantur hiati.
 Ast stygius senis terrens latratibus umbras
 Ianitor, æterno tum primum tractus ab antro,
 Vincula indignatur, metuitq; Megera catenas.
 Iuxta Thraces equi, pestisq; Erymanthia, & altos
 & ripedis ramos superantia cornua ceruæ.
 Nec lenior vinci Libycæ telluris alumnus
 Matre super, stratiq; genus deforme bimembres
 Centauri, frontemq; timet minor omnis Acarnan:
 Inter quæ fulget sacratis ignibus Oethe,
 Ingentemq; animam rapiunt ad sidera flammæ.
 Postquam oculos varia implevit virtutis imago,
 Mira dehinc cernit surgentis mole profundi
 Iniectum terris subitum mare, nullaq; circa
 Littora, & infuso stagnanteis equore campos.
 Nam quâ cæruleis Nereus euoluitur antris,
 Atq; imo freta contorquet Neptunia fundo,
 Præruptum exundat pelagus, cecôsq; relaxans
 Oceani fonteis, torrentibus ingruit undis.

Nullum sio
 mulacrum
 dedicatum i
 templo Her
 culis.
 Labores
 Herculis in
 foribus tem
 pli Gaditas
 ni.

De æstu Os
 ceani &
 quomodo eū
 Hannibal
 magna ad
 miratione
 Spectauerit.
 Causa æstus
 fabulosa.

Tum vada, censuæno pœnitus permota tridenti
 Luctantur, terris tumefactum imponere pontum.
 Mox remeat gurges, tractoq; relabitur æstu,
 Acratis erepto campis deserta profundo.
 Effusi transtris expectant æquora nante:
 Cymothoes ea regna vagæ, pelagiq; labores
 Luna mouet. Luna immissis per cœrula bigis,
 Fertq; refertq; fretum, sequiturq; reciproca Thetis.
 Hæc prope spectata duci. nam multa fatigant,
 Pondera curarum primum subducere bello.
 Consortem thalami, paruumq; sub vberè natum,
 Virgineis inuenem tedis, primòq; hymenæo
 Inbuerat coniux, memoriq; tenebat amore.
 At puer obsessæ generatus ad ora Sagunthi,
 Bissenos lunæ nondum compleuerat orbes.
 Quos vt seponi stetit, & secernere ab armis,
 Affatur ductor: spes ò Carthaginis altæ
 Nate, nec Eneadum lenior metus, amplior oro
 Si patrio decore, & factis tibi nomina condas,
 Qui superes bellator auum, iamq; ægra timoris
 Roma tuos numeret lachrymandos matribus annos.
 Ni præsaga meos ludunt præcordia sensus,
 Ingens hic terris crescit labor: ora parentis
 Agnosco, toruâq; oculos sub fronte minaces,
 Vagitumq; grauem, atq; irarum elementa mearum.
 Si quis forte deum tantos inciderit actus,
 Vt nostro abrumpat letho primordia rerum,
 Hoc pignus belli coniux seruare labora.
 Cùmq; datum fari, duc per cunabula nostra,

Causa æstus
 altera
 vera, quoni
 am luna hu
 midis domi
 natur, eius s
 que virtute
 mouetur O
 ceani æstus.

Hannibal
 Imilcè vxor
 rem cū pue
 ro nodū an
 niculo, à bel
 lo sepositus
 rus, primū
 orat vt pue
 er se cū auū
 factis super
 ret, cūque
 primū fari
 datū: iuret
 etiā ipse bel
 lum Romas
 sum, postea
 blandissime
 iubet discer
 dere pericu

SIL. ITAL.

lis incerti
Martis, qd
rupiat si qd
forte sibi i
manius ac
viderit, eam
saliē longa
superesse se
necta.

Imilces Hā
nib. vxoris
genus à Mi
lico ex saty
ro Bacchi
comite, &
nympha
Myrice ge
nito, patria
Castulo, à
Castalio
phocensi cō
ditore suo,
de Castalie
matris no
mine appel
lata.

Responsio
Imilces pu
dicissimis of

T angat Eliseas palmis puerilibus aras,
E t cineri iuret patrio Laurentia bella.
I nde vbi flore nouo pubescet firmior etas,
E micet in Martem, & calcato fœdere victor
I n capitolina tumulum mihi vendicet arce.
T u vero, tanti felix quam gloria partus
E xpectat, veneranda fide discede periclis
I ncerti Martis, durôsq; relinque labores:
N os clausæ niuibus rupes, suppositaq; celo
S axa manent, nos Alcide mirante nouerca
S udatus labor, & bellis labor acrior, Alpes.
Q uod si promissum vertat fortuna fauorem,
L enaq; sit cœptis, te longa stare senectâ,
E nuūq; extendisse velim: tua iustior etas,
V ltra me impropere ducant cui fila sorores.
S ic ille. At contra Cyrrbei sanguis Imilce
C astalij, cui materno de nomine dicta
C astulo phœbei seruat cognomina vatis,
A tque ex sacrata repetebat stirpe parentes
T empore quo Bacchus populos domitabat Iberos:
C oncutiens Thyrsos, atq; armata Menade Calpens
L asciuo genitus Satyro, nymphâq; Myrice
M ilicus indigenis late regnarat in oris,
C ornigeram attollens genitoris imagine frontem.
H inc patriam, clarūmq; genus referebat Imilce
B arbarica paulum vitiato nomine lingua.
Q ue tunc sic lachrymis sensim manantibus in fit.
M éne oblite tua nostram pendere salutem
A bnuis inceptis comitem? sic fœdera nota

Primitiæq; tori? gelidósne scandere tecum
 Deficiam monteis coniux tua? crede vigori
 Famineo. castum hand superat labor vllus amorem.
 Sin solo aspiciamur sexu, sexúm q; relinquis,
 Cedo equidem, nec fata moror, deus annuat oro.
 I felix, si numinibus, votisq; secundis:
 Atque acies inter, flagrantiaq; arma relicte
 Coniugis, & nati curam seruare memento.
 Quippe nec Ansonios tantum, nec tela: nec igneis
 Quantum te metuo, ruis ipsos acer in enses,
 Obiectasq; caput telis, nec te vlla secundo
 Euentu satiat virtus: tibi gloria soli
 Fine caret, credisq; viris ignobile lethum.
 Belligeris in pace mori: tremor implicat artus:
 Nec quenquam horresco, qui se tibi conferat vnus:
 Sed tu bellorum genitor miserere, nefasq;
 Averte, & serua caput inuiolabile Teucris.
 Iamq; adeo egressi steterant in littore primo,
 Et promota ratis pendentibus arbore nantis
 A ptabat sensim pulsanti carbasa vento,
 Cum lenire metus properans, egrámq; leuare
 Attonitis mentem curis, sic Hannibal orsus:
 Ominibus parce, & lachrymis fidissima coniux,
 Et pace, & bello cunctis stat terminus eui,
 Extremúm q; diem primus tulit: ire per ora
 Nomen in æternum paucis mens ignea donat,
 Quos pater ætherijs caelestum destinat oris.
 An Romana iuga, & famulas Carthagini arces
 Perpetiar? stimulant manes, noctisq; per vmbra

felibus ple
 na, qua om
 nium peris
 culorū sociā
 se futuram
 promittit,
 cedēs tamē
 mariti volū
 tati, eū mo
 net cautius
 obiectet cas
 put periculis,
 memine
 ritque vxor
 is & filij
 salutem à
 sua vnus sa
 lute pēdere.

Hannibal
 nauem cono
 scensurus la
 chrymantē
 imilcem ro
 gat sinistris
 ominibus tē
 peret, suum
 cuiq; exitū
 certū impē
 dere dicens,

Et propter
 ea nō bello
 solū, sed pa
 ce etiā mo
 riendū, quā
 docunq; ho
 ra illa fata
 lis adfuerit.

Increpitans genitor: stant aræ, atq; horrida sacra
 Ante oculos, breuitasq; vetat mutabilis horæ
 Pro latere diem: sede amne, vt nouerit vna
 Me tantum Carthago? & qui sim nesciat omnis
 Gens hominum? lethiq; metu decora alta relinquant?
 Quantum etenim distant à morte silentia vite?
 Ne tamen incautos laudum exhorresce furores:
 Et nobis est lucis honos, gaudetq; senecta
 Gloria, cum longo titulis celebratur in æuo.
 Te quoq; magna manent suscepti præmia belli,
 Dent modo se superi, Tybris tibi seruiet omnis,
 Iliacæq; nurus, & diues Dardanus auri.
 Dumq; ea permixtis inter se fletibus orant,
 Confusus pelago celsa de puppe magister
 Cunctantem ciet, abripitur diuisa marito.
 Herent intenti vultus, & littora seruant.
 Donec iter liquidum volucris rapiente carina
 Consumpsit visus, tellus, pontusq; recessit.

Nonā Car
 thaginem
 quæ erat in
 Hispaniæ
 greditur
 Hanni. vno
 de Gades
 fuerat pro
 fectus.

At Pænus belli curis auertere amorem
 Apparat, & repetit properato mœnia gressu.
 Quæ dum perlustrat, crebroq; obit omnia visus,
 Tandem sollicito cessit vis dura labori,
 Belligeramq; datur somno componere mentem.
 Tum pater omnipotens gentem exercere periculis
 Dardaniam, & fama senorum tollere ad astra
 Bellorum meditans, priscosq; referre labores
 Precipitat, consulta viri, segnemq; quietem
 Terret, & immissa rumpit formidine somnos.
 Iamq; per humentem noctis Cylleni vmbra

Aligero lapsu portabat inssa parentis.
 Nec mora. mulcentem securo membra sopore
 Aggreditur inuenem, monitisq; incessit amaris.
 Turpe duci totam somno consumere noctem
 Orektor Libyæ, vigili stant bella magistro.
 Iam maria effusas cernes turbare carinas,
 Et Latiam toto pubem volitare profundo,
 Dum lentus cœpti terra cunctaris Ibera.
 Scilicet id satis est decoris, memorandâq; virtus,
 Quod tanto cecidit molimine Graia Sagunthos?
 En age, si quid inest animo, par fortibus ausis:
 Fer gressus agiles mecum, & comitare vocantem:
 Respexisse veto, monet hoc pater ille deorum:
 Victorem ante altæ statuam te mœnia Romæ.
 Iamq; videbatur dextram iniectare, gradûq;
 Letantem trahere in Saturnia regna citato,
 Cum subitus circâ fragor, & vibrata per auras
 Exterrent senis à tergo sibila linguis,
 Ingentiq; metu diuinum præcepta pauenti
 Effluxere viro, & turbatus lumina flectit.
 Ecce iugis rapiens sylvas, ac robora vasto
 Contorta amplexu, tractâsq; per innia rupes
 A ter lethifero stridebat turbine serpens.
 Quantus non equas perlustrat flexibus Arctos,
 Et geminum lapsu sidus circumligat anguis,
 Immani tantus fauces diducit hiatu,
 At tollensq; caput nimbofis montibus equat,
 Congeminat sonitus rapti violentia celi,
 Imbriferamq; hyemē permixtam grandine torquet.

Mercurij ad
 Ioue missi
 verba ad
 Hannibalē.

Attende hinc
 monstrum
 per quietem
 Hannibali
 visum, cuius
 ius etiâ Va-
 le. Max. &
 Cicero me-
 minerūt sed
 aliter.
 Cōparatio.

SIL. ITAL.

Hoc trepidus monstro (neq; enim sopor ille, nec alta
 Vis aderat noctis, virgâq; fugante tenebras
 Miscuerat lucem somno deus) ardua quæ sit
 Scitatur pestis, terrâsq; vrgentia membra
 Quò ferat, & quos nam populos deposcat hiath.
 Cui gelidis almæ Cyllenes editus antris:
 Bella vides optata tibi, te maxima bella,
 Te strages nemorum, te toto turbida cælo
 Tempestas, cædēsq; virūm, magnæq; ruine
 Idei generis, lachrymosâq; fata sequuntur.
 Quantus per campos populatis montibus actas
 Contorquet sylvas squalenti tergore serpens,
 Et late humectat terras spumante veneno,
 Tantus perdomitis decurres Alpibus atro
 Innuuens bello Italiam, tantôq; fragore
 Eruta conuulsis prosternes oppida muris.
 His ægrum stimulis liquere deûsq; soporq;
 It membris gelidus sudor, lætôq; pauore
 Promissa euoluit somni, noctémq; retractat.
 Iamq; deūm regi, Martiq; sub omine fausto
 Instauratur bonos: nuneôq; ante omnia tanto
 Placatur meritis monitor Cyllenius aris,
 Extemplo edicit conuellere signa, repēsq;
 Castra quatit clamor permixtis dissona linguis.
 Prodito Calliope famæ, quos horrida cœpta
 Excierint populos, tulerintq; in regna Latini:
 Et quas indomitis vrbes armarit Iberis,
 Quasq; Parethonio glomerarit littore turmas
 Ansa sibi Libye rerum deposcere frenos,

Interrogatus ab Hæmibale Mercurius quid portederet id monstrum: respondit, Vastitatem Italiae, proinde pergeret, quid retro atq; à tergo fieret ne laboraret.

Repetit vobis eum poeta descriptur singulatim populos omnes, qui duellu atq; auspicio hanc

Et terris mutare iugum, non vlla, nec vnquam
 Senior it trucibus tempestas acta procellis,
 Nec bellum raptis tam dirum mille carinis
 Acris infremuit, trepidumq; exterruit orbem.
 Princeps signa tulit Tyria Carthagine pubes,
 Membra lenis, celsiq; decus fraudata superbum
 Corporis, ac docilis fallendi, & nec tere tectos
 Nunq; tarda dolos, rudis his tunc parma, breuiq;
 Bellabant ense, ac vestigia nuda, sinisq;
 Cingere inassuetum, & rubrae velamine vestis
 Ars erat in pugna fusum oculuisse cruorem.
 His rector fulgens ostro super altior omneis
 Germanus nitet Hannibalis, gratiq; tumultu
 Mago quatit currus, & fratrem spirat in armis.
 Proxima Sydonijs Vtica est effusa manipulis
 Prisca situ, veterisq; ante arces condita Byrsa.
 Tunc quae Sicanio praecinxit littora muro
 In chypei speciem curuatis turribus Aspis.
 Sed dux in sese conuerterat ora Sychaens
 Hasdrubalis proles, cui vano corda timore
 Maternum implebat genus, & resonare superbo
 Hannibal hand vnquam cessabat anunculus ore.
 Affuit vndosa cretus Berenicide miles,
 Nec tereti dextras in pugnam armata dolone
 Destituit Barce sitientibus arida venis:
 Necnon Cyrene Pelopei stirpe nepotis
 Battidas prauos fidei stimulauit in arma,
 Quos trahit antiquo laudatus Amilcare quondam
 Consilio viridis, sed bello serus Ilertes.

e.ij.

nibalis bel-
 lum Italiae
 & Romais
 intulerunt.

Carthagio
 neser statu-
 ra breues, i
 genio fallas
 ces, cursu a-
 giles, duce
 Magoe Ha-
 nibalis fras-
 tre ad bellu
 punicum ses-
 cundum pri-
 mi venire.

Vtica secun-
 da magnis
 tudinis post
 Carthagio-
 ne, & As-
 pis milites,
 dederunt,
 quoru dux
 Sycha? Ha-
 nibalis ex so-
 rore nepos.
 Manu, qua
 vicinia Syr-
 tibus Beren-
 nice, & Bar-
 ce (alio no-
 mine Ptoles-
 mais dicta)
 Item Cyres-
 ne misit, Is-
 lertes dux
 regebat.

SILITAL.

Miserit & Tabraca à Tyrijs, & Leptis à Sarranis cōdita, & Aea Afris & siculis cōmunis & Lixus, diū ita aliter Tingis: præterea Vazga, Hippo, Ruspina, Zama, Tapfus populos, quos ducerebat Antheus. Aethiopes Hesperij magna secas, Mibeli non nobiles, Macæ ad Cinyphen flu. habitates, & Massili Hesperidū lucis vicini, sub Boccho ad bellū venerunt.

Tabraca tum Tyrium vulgus, sarranāq; Leptis,
 Cāq; trinacrios Aphris permixta colonos,
 Et Tingin rapido mittebat ab equore Lixus.
 Tum Vaga, & antiquis dilectus regibus Hippo,
 Quæq; procul cernit non equos Ruspina fluctus,
 Et Zama, & vberior Rutulorum sanguine Tapfus
 Ducit tot populos ingens & corpore, & armis
 Herculeam factis seruanis à nomine famam
 Antheus, celsūmq; caput super agmina tollit.
 Venere Aethiopes, gens haud incognita Nilo
 Qui magneta secant, solis honor ille metalli
 Intactum chalybem vicino ducere saxo.
 His simul immitem testantes corpore solem
 Exusto venere Mibe, non aerea cassis,
 Nec lorica riget ferro, nec tenditur arcus.
 Tempora multiplici nos est defendere lino,
 Et lino munire latus, sceleratāq; succis
 Spicula dirigere, & ferrum infamare veneno.
 Tum primum castris Phœnicum tendere ritu
 Cinyphij didicere Macæ, squalentia barba
 Ora viris, humerōsq; tegunt velamina capri
 Setigeri, panda manus est armata Cateia.
 Versicolor contra cetra, & falcatus ab arte
 Ensis Adyrmachidæ, ac leuo tegmina crure.
 Sed mensis asper populus, victūq; maligno.
 Nam calida tristes epula torrentur arena.
 Quin & Massili fulgentia signa tulere
 Hesperidum veniens lucis domus vltima terre.
 Praefuit intortos demissus vertice crines

B oocchus atrox, qui sacratas in littore sylvas,
 A tq̄ inter frondes reuirescere viderat aurum.
 V os quoq; desertis in castra mapalibus itis
 M isceri gregibus Getūli assueta ferarum,
 I ndomitisq; loqui, & sedare leonibus iras:
 N ulla domus: planstris habitant: migrare per arua
 M os, atq; errantes circumuēctare penates.
 H is mille alipedes turmæ, velocior euris,
 E t doctus virgæ sonipes in castra ruebat.
 C en pernix cum densa vagis latratibus implet
 V enator dumeta Lacon, aut exigit vंबर
 N are sagax è calle feras, perterrita late
 A gmina precipitant volucres formidine ceruī.
 H os agit haud leto vultu, nec fronte serena
 H asbytes nuper cæse germanus Acheras.
 M armaridæ medicum vulgus strepuere cateruis:
 A d quorum cantus serpens oblita veneni,
 A d quorum cantus mites iacuere Cerastræ.
 T um chalybis pauper Bamuræ cruda inuentus,
 C ontenti parca durasse hastilia flamma,
 M iscebant avidi trucibus fera murmura linguis.
 N e non Autololes lenibus gens ignea plantis,
 C ui sonipes cursu, cui cesserit incitus annis,
 T anta fuga est, certant pennæ, campūmq; volatus
 C um rapuere, pedum frustra vestigia queras.
 S pectati castris, quo succo nobilis arbor,
 E t dulci pascit Lotos nimis hospita bacca.
 Q uoq; atro rapidas efferuescente veneno
 D ypsadas immensis horrent Garamantes arenis.

Acheras hæ
 sbytes cæse
 apud sagū
 thū Germa
 nus, equites
 Getulos mil
 le adduxit
 Hannibali.
 sunt autem
 hi vicini
 Mauris va
 gam & in
 stabilem vis
 tam degen
 tes.

Marmari
 de serpenti
 bus inuisi,
 quippe Psyl
 læ cognati,
 Bamurij i
 opes ferri,
 Autololes
 pedū veloci
 tate inuicti,
 Memingem
 insulam ten
 nentes Loto
 phagi Ga
 ramantes i
 Africæ are
 nosi iter di
 ras serpen
 tes positi, hi
 omnes du
 Elore Coas
 pe auxilia
 Hannibali
 miserunt.

SILITAL.

Cui Africa Fama docet cæse rapuit cum Gorgonis ora
 ferax serpẽ Perseus in Libya dirum fluxisse cruorem,
 tium, fabus Inde Meduseis terram exundasse chelydris.
 losa ratio. Milibus his ductor spectatus marte Coaspes
 secuti hos N eritia Meninge satus, cui tragula semper
 Nasamones naufrago Fulmineam armabat celebratum missile dextram.
 rã spolijs vi Hinc coit æquoreus Nasamon inuadere fluctu
 Elitãtes. & A udax naufragia, & prædas auellere ponto.
 accole rTi Hinc qui stagna colunt Tritonidos alta paludis,
 tonis syrtis Quã virgo (vt fama est) bellatrix edita lymphã
 bus contis Inuento primam Libyen perfudit oliuo.
 gnae.
 Nunc recen Nec non totus adest vesper, populiq; reposti
 set populos Cantaber ante omneis hyemisq; æstusq; famisq;
 Hispania, Inuictus, palmãmq; ex omni ferre labore.
 quorũ pri Mirus amor populo, cum pigra incanuit etas
 mi Cantas I mbelles iam dudum annos præuertere saxo:
 bri & Astu Nec vitam sine Marte pati, quippe omnis in armis
 res, Herdo duce à poe Lucis causa sita, & damnatum viuere paci.
 ta referunt Venit & Aurora lachrymis perfusus in orbem
 tur ad Hã D iuersum, patrias fugit cum denius oras
 nibalẽ ve- Armiger Eoi non felix Memnonis Astyr.
 nisse, H is paruus sonipes, nec Marti notus, at idem
 A ut inconcusso glomerat vestigia dorso,
 A ut molli pacata celer trahit effeda collo.
 Tulerũt an Herdus agit, iuga Pyrenes venatibus acer
 xilia & Cel Metiri, iaculõve extendere prælia Mauro.
 tiberi pro Venere &. Celta sociati nomen Iberis.
 pinqua Ibe H is pugna cecidisse decus, corpusq; cremari.
 ro incolen T ale nefas, cælo credunt, superisq; referri,
 tes. & Gal
 leci solis re
 bus bellicis

Impastus carpat, si membra iacentia vultur.
 Fibrarum, & pennæ, diuinarumq; sagacem
 Flammaram, misit diues Gallecia pubem.
 Barbara nunc patrijs vlulantem carmina linguis,
 Nunc pedis alterno percussa verberare terra
 Ad numerum resonans gaudentem plaudere cetras.
 Hæc requies, ludusq; viris, ea sacra voluptas.
 Cetera fæmineus peragit labor: addere sulco
 Semina, & impresso tellurem vertere aratro
 Segne viris, quicquid duro sine Marte gerendum est,
 Callaici coniux obit irrequieta mariti.
 Hos Viriathus agit, Lusitanumq; remotis
 Extractum lustris, primo Viriathus in æno
 Nomen Romanis factum mox nobile damnis.
 Nec Ceretani quondam Tirynthia castra,
 Aut Vasco insuetus galeæ, ferre arma morati.
 Nec quæ Dardanos post vidit Ilerda furores,
 Nec qui Massageten monstrans feritate parentem
 Cornipedis fusa satiariis Concaue vena.
 Iamq; Ebusus phœnissa mouet, mouet Artabrus arma
 Aclide, vel tenui pugnax instare veruto.
 Iam cui Tlepolemus sator, & cui Lyndus origo
 Fernida bella ferens Balearis, & alite plumbo.
 Et quos nunc Granios violato nomine Graiun
 Oence misere domus, & tolâq; Tyde:
 Dat Carthago viros Teucro fundata vetusto,
 Phœcicæ dant Emporiæ, dat Tarraco pubem
 Vitifera, & Latio tantum cessura Lyeo.
 Hos inter clara thoracis luce nitebat

dediti agri
 culturam
 & similia
 mulieribus
 reliquētes,
 & Lusita-
 ni. His om-
 nibus dux
 fuit Viriath-
 thus.

Artabrus
 & Ceretas
 ni suos pyr-
 reneo propi-
 qui, Vasco-
 nes Gallie
 finitimi, I-
 lerdenses, Cæ-
 tani à Scy-
 this oriūdi,
 Itē Ebusus
 ore Tarras-
 tonensis in-
 sula, Artab-
 bri versus
 Boreâ His-
 panorū vs-
 timi, Balear-
 res quoque

S I L I T A L .

Rhodis & S edentana cohors, quam Suero rigentibus undis,
 Lyndus pro A tq; alatrix celsa mittebat Setabis arce,
 geniti, Gra Setabis, & telas arabum spreuisse superbas,
 ni à Dio? Et Pelusiaco filum componere lino.
 mede condi ti, Carthago nona op
 pus Teucris, M andonius populis, domitorq; insignis equorum
 Emporiae I mperitat Cæso, & socio stant castra labore.
 Massiliensiu H ic adeo cum ver placidum, flatuq; tepescit
 colonia, tar C oncubitus seruans tacitos grex prostat equarum
 raco vitife ra, Sedēta E t venerem occultam genitali concipit aura.
 ni ad suero S ed non multa dies generi, properatq; senectus,
 nē siti, seta S eptimāq; his stabulis longissima ducitur etas.
 bis ferax S parthi. no A t non Sarmaticos attollens Susana muros
 rū fuerūt du T am lenibus persultat equis, hinc venit in arma
 tes duo, Mā H aud eni fragilis sonipes, crudōq; vigore
 donius & Cæsus. A sper frena pati, aut iussis parere magistris.
 Vetones ad R indacis his ductor, telum sparus, ore ferarum
 pud quos e' E t rictu horrificans galeas, venatibus eunum
 quæ Zephy ro cōcipiūt T ransigitur, vel more patrum vis, raptāq; pascent.
 duce Balae ro, Susana F ulget præcipuis Parnasia Castulo signis,
 duce Rindi ro, venit ad E t celebre Oceano, atq; alternis æstibus Hispal,
 bellū, illi p' A c Nebrissa dionyseis conscia Thyrsis,
 nicissimis, hęc fortissi Quam satyri coluere leues, redimitāq; sacra
 mis eqs nos N ebryde, & Hortano Menas nocturna Lyeo.
 bilis, cū his A rgantoniacos armat Carteia nepotes:
 Castulo, His pal, Nebris R ex proavis fuit humani ditissimus eni
 sa, Carthe ia, Tarteso T er denos decies emensus belliger annos.
 sus, Mūda, A rmat Tartessos stabulanti conscia Phæbo,
 Corduba, ce E t munda Emathios Italis paritura labores:
 leberriam

Nec decus auriferæ cessauit Corduba terræ.
 Hos duxere viros flauenti vertice Phorcis,
 Spiciferisq; granis bellator Aranthicus oris
 Et quales eni, genuit quos vberè ripa
 Palladio Bethes umbratus cornua ramo.
 Talia Sidonius per campos agmina ductor
 Puluere nigrantes raptat, lustratq; sub armis.
 Quà visu comprehendere erat fulgentia signa,
 Ibat ouans, longaq; umbram tellure trahebat
 Non aliter, quoties perlabitur æquora cursu,
 Extremamq; petit Phœbea cubilia Tethyn
 Frenatis Neptunus equis, fluit omnis ab antris
 Nereidum chorus, & sueto certamine nandi
 Candida perspicuo conuertunt brachia ponto.
 At Pyrenæi frondosa cacumina montis
 Turbata Pænus terrarum pace petebat.
 Pyrene celsa nimborum verticis arce
 Divisos Celtis alte prospectat Iberos.
 Atq; eterna tenet magnis diuortia terris.
 Nomen Bebrycia duxere à virgine colles,
 Hospitis Alcide crimen, qui sorte laborum
 Gerionis peteret cum longa tricorporis arua
 Possessus Baccho, seuà Bebrycis in aula
 Lugendam formæ sine virginitate reliquit
 Pyrenem, lethiq; deus (si credere fas est)
 Causa fuit lethi miseræ, deus edidit aluo.
 Namq; vt serpentem patrias exhorruit iras,
 Confestim dulces liquit turbata penates.
 Tum noctem Alcide solis plangebatur in antris,

ciuitates Hi
 spania par
 tim equitas
 tu, partim
 pedestribus
 copijs iue
 rant Hanni
 balè Phorce
 & Arathis
 eo ducibus.

Comparatur
 Hannibal Ne
 ptuno.

Hannibal ad
 Pyrenæi cõ
 tedit Hispa
 nias à Gal
 lÿs dirimen
 tem. Nomen
 monti india
 rum fingit
 Poeta à Py
 rene, Bebry
 cis eorū lo
 corum regis
 filia, ab Her
 cule illacõ
 tra Gerionè
 iter faciète
 vitata, &
 cum patris
 seuitiã ve
 reretur lati
 tans in syl
 uis, à feris
 discerpta.

SIL. ITAL.

Et promissa viri syluis narrabat opacis,
 Donec mœrentem ingratos raptoris amores,
 Tendentemq; manus, atq; hospitis arma vocantem
 Diripere fera, saceros Tirynthius artus
 Dum remeat victor, lachrymis perfudit, & amens
 Palluit inuento dilectæ virginis ore.
 Ac voce herculea percussa cacumina montis
 Intremuere iugis, mœsto clamore ciebat
 Pyrenen, scopuliq; omnes, ac lustra ferarum
 Pyrenen reboant, tumulo tum membra reponit
 Supremum illachrymans, nec honos intercidet eius,
 Defletumq; tenent montes per secula nomen.
 Iamq; per & colles, & densos abiete lucos
 Bebryciæ Pœnus fines transcenderat aulæ:
 Inde ferox quæsitum armis per inhospita rura
 Volcarum populatur iter, tumidiq; minaces
 Accedit Rhodani festino milite ripas.
 Aggeribus caput Alpinis, & rupe niuali
 Profilit in Celtas, ingentemq; extrahit annem
 Spumanti Rhodanus, proscindens gurgite campos,
 Ac propere in pontum lato ruit incitus alneo:
 Auget opes stanti similis, tacitoq; liquore
 Mixtus Arar, quem gurgitibus complexus anhelis
 Cunctantem immergit pelago, raptumq; per arma
 Ferre vetat patrium vicina ad littora nomen.
 Inuadunt alacres inimicum pontibus annem.
 Nunc celso capite, & cernicibus arma tenentur,
 Nunc validis gurges certatim frangitur vlnis.
 Fluminea somipes religatus ducitur alno.

Rhodanus
 & Arar cō
 fluētes pros
 pe Lugdunū

Transitus
 Rhodani

Bellua nec retinet tardante libyssa timore:
 Nam trabibus vada, & iniecta tellure, repertum
 Connexas operire trabes, ac ducere in altum
 Pausatim ripæ resolutis aggere vinculis.
 At gregis allapsu fremebundo territus acris
 Expandit moles Rhodanus, stagnisq; refusis
 Torsit arenoso minitanti murmura fundo.
 Iamq; Tricastinis incedit finibus agmen,
 Iam faciles campos, iam rura Vocuntia carpit.
 Urbibus hic truncis, saxisq; Druentia letum
 Diætoris vastavit iter. namq; Aspibus ortus
 Amissas ornos, & adesti fragmina montis
 Cum sonitu voluens fertur latrantibus undis,
 Ac vada translato mutat fallacia cursu.
 Non pediti fidus, patulis non puppibus equus,
 Et tunc imbre recens fuso, correpta sub armis
 Corpora multa virum spumanti vertice torquens
 Immergit fundo laceris deformia membris.
 Sed iam præteritos ultra meminisse labores
 Conspicte propius dempsere parentibus Alpes:
 Cuncta gelu, canaq; eternum grandine tecta,
 Atq; eni glaciem cohibent: riget ardua montis
 & therie facies, surgentiq; obuia Phæbo
 Duratas nescit flammis mollire pruinas.
 Quantum tartareus regni pallentis hiatus
 Ad manes imos, atq; atræ stagna paludis
 Aspera tellure patet: tam longa per auras
 Erigitur tellus, & cælum intercipit umbra.
 Nullum ver vsquam, nulliq; æstatis honores.

Per Tricas
 stinos, & vo
 cuntiorum
 agros, Hæc
 ni. ad Druē
 tiā transitu
 difficillimū
 pervenit, &
 aliquantulū
 eius iter re
 moratus est.

Superato
 Druentia ad
 Alpes vētū,
 quæ conspex
 ère tantum
 timoris inie
 cerunt pœ
 nis, ut ones
 præterita il
 lis difficul
 tates excide
 rent.
 Alpium des
 scriptio.

SIL. ITAL.

Sola iugis habitat diris, sedesq; tuetur
 Perpetuas deformis hyems: illa vndiq; nubes
 Huc atras agit, & mixtos cum grandine nimbos.
 Iam cuncti flatus, ventiq; furentia regna
 A spina posuere domo, caligat in altis
 Obtutus saxis, abeuntq; in nubila montes.
 Mixtus Athos Taurò, Rhodopèq; adiuncta Mimati
 Ossaq; cum Pelio, cumq; Hemo cesserit Ot brys,
 Primus inexpertas adiit Tirynthius arces:
 Scindentem nubes, frangentemq; ardua montis
 Spectarunt superi, longisq; ab origine seclis
 Intemerata gradu magna vi saxa domantem.
 At miles dubio tardat vestigia gressu,
 Impia seu sacros in fines arma per orbem,
 Natura prohibente, ferant, diuisq; repugnent,
 Contrà quæ ductor non alpeibus ille, nec vlla
 Turbatus terrore loci: sed languida monstris
 Corda virum fouet hortando, reuocatq; vigorem.
 Non pudet obsequio superum, fessosq; secundis
 Post belli decus, atq; acies dare terga niuis
 Superare Alpe, quæ commemoratio
 Montibus, & segnes submittere rupibus arma?
 Nunc ò nunc socij dominantis mœnia Romæ
 Ne preteritarum victoriarum & in
 gentium præ
 darum pro
 missione (af
 firmando
 post hæc unū
 laborē omnia
 deinde
 Credite vos, summumq; Iouis conscendere culmen.
 Hic labor Ausoniam, dabit hic in vincula Tybrim.
 Nec mora, commotum promissis ditibus agmen
 E rigit in collem, & vestigia linguere nota
 Herculis edicit magni, crudisq; locorum
 Ferre pedem, ac proprio turmas enadere calle,
 Rumpit inaccessos aditus, atq; ardua primus

Verba pœ
 ni ad militē
 languidius
 adnitentē,
 superare Al
 pes, quæ cō
 memoratio
 ne preteri
 tarū victo
 riarū & in
 gentiū præ
 darum pro
 missione (af
 firmando
 post hæc unū
 laborē omnia
 deinde

Exuperat, summâq; vocat de rupe cohortes.
 Tum quâ durati concreto frigore collis
 Lubrica frustratur canenti semita cliuo
 Luētantem ferro glaciem premit, haurit hiatu
 Nix resoluta viros, altôq; à culmine præcep
 Videnteis turmas operit delapsa ruina.
 Interdum aduerso glomeratas turbine Corus
 In media ora nives fuscis agit horridus alis.
 Aut rursus immani stridens auulsa procella
 Audacis rapit arma viri, voluensq; per orbem
 Contorto rotat in nubes sublimia flatu.
 Quôq; magis subire iugo, atq; euadere nisi
 Erexere gradum, crescit labor, ardua supra
 Sese aperit fessis, & nascitur altera moles.
 Vnde nec edomitos, exudatôsq; labores
 Respexisse libet, tanta formidine plena
 Exterrent repetita oculis, atq; vna pruine
 Canentis, quacunq; datur permittere visus,
 Ingeritur facies, medio sic nauita ponto
 Cum dulcibus liquit terras, & inania nullos
 Inueniunt ventos, securo carbasa malo,
 Immensas prospectat aquas, ac victa profundis
 & quoribus, fessus renouat sua lumina celo.
 Iamq; super clades, atq; importuna locorum
 Illuie, rigidêq; comæ squalore perenni
 Horrida semiferi promunt è rupibus ora:
 Atq; enulsa canis exesi pumicis antris
 Aspina inuadit manus, assuetôq; vigore
 Per dumos, notâsq; nives, atq; inuia, pernix

illi prona
 Expedita
 fore) exci
 tat ad fors
 titudinem.

Elegans ad
 modum com
 paratio.

Præliū Hæo
 ni. cū Alpiis
 incolis.

SIL. ITAL.

Clausum montiuagus infestat cursibus hostem.
 Mutatur iam forma locis, hic sanguine multo
 Infectæ rubuere niues, hic nescia vinci
 Paulatim glacies cedit tepefacta cruore:
 Dumq; premit sonipes duro vestigia cornu,
 Ungula perfossis hæsit compressa pruinis.
 Nec pestis lapsus simplex, absclsa relinquunt
 Membra gelu, fractosq; asper rigor amputat artus.

Duodecimo
 die vix tadē
 peruentum
 in iugū Al-
 pinū.

Veneris an
 xie pro Ro.
 oratio ad Io
 nē tota pas-
 thetica, &
 affectib⁹ ple-
 na, vnde &
 crebris iteris
 rogatiōib⁹,
 & ad com-
 mouēdā mis-
 serationem
 idoneis iter-
 visa, rogat
 quādo per-
 pēssis hæte-
 nus tot clas-
 sib⁹ Aenea
 dis suis, ses-
 mel finē da-
 turū sit ma-
 lorū: & cur
 nūc Pēnū,

Bis senos soles, totidem per vulnera seuas
 E mensi noctes, optato vertice sidunt,
 Castrāq; præruptis suspendunt ardua saxis.
 At Venus ancipiti mentem labefacta timore
 Affatur genitorem, & rumpit mœsta querelas:
 Quis pœnæ modus, aut pereundi terminus oro
 & neadis erit? & quando terrāsq; fretūmq;
 E mensis sedisse dabis? cur pellere nostros
 A te concessa Pœnus parat vrbe nepotes?
 Alpibus imposuit Libyen, finēmq; minatur
 Imperio, casus metuit iam Roma Sagunthi:
 Quo Troiæ extremos cineres, sacrāmq; ruinam
 Assariciq; larem, & Vestæ secreta feramus
 Da sedem genitor, tutisq; iacere. parāne est
 Exilia errantes totum quæsisse per orbem?
 An ne iterum capta repetentur pergama Roma?
 His Venus. & contra genitor sic deinde profatur.
 PELLE metus, neu te Tyriæ conamina gentis
 Turbarint Cytherea: tenet, longūmq; tenebit
 Tarpeias arces sanguis tuus. hac ego Martis
 Mole viros spectare paro, atq; expendere bello.

Gens ferri patiens, ac læta domare labores
 Paulatim antiquo patrum desuescit honori
 Atq; ille haud vnquam parcus pro laude cruoris,
 Et semper fame sitiens, obscura sedendo
 Tempora agit, mutum voluens inglorius æuum
 & angine de nostro populus, blandiq; veneno
 Desidia, virtus paulatim enicta senescit.
 Magna molis opus, multoq; labore parandum
 Tot populos inter soli sibi pscere regna.
 Idmq; tibi veniet tempus quo maxima rerum
 Nobilior sit Roma malis, hinc nomina nostro
 Non indigna paulo referet labor, hinc tibi Paulus,
 Hinc Fabius, gratúsq; mihi Marcellus opimis:
 Hi tantum parient Latio per vulnera regnum,
 Quod luxu, & multum mutata mente nepotes,
 Non tamen evertisse queant: iamq; ipse creatus
 Qui Pænum reuocet patriæ, Latioq; repulsum
 Ante sua muros Carthaginis exuat armis.
 Hinc Cytherea tuis longo regnabitur æuo.
 Exin se Curibus virtus celestis ad astra
 Efferet, & sacris augebit nomen Iuli.
 Bellatrix gens bacifero nutrita Sabino.
 Hinc pater ignotam donabit vincere Thulen,
 Inq; Caledonios primus trahet agmina lucos,
 Compescet ripis Rhenum, reget impiger Afros,
 Palmiferamq; senex bello domitabit Idumen.
 Nec Stygis ille lacus, viduatq; lumine regna,
 Sed superum sedes, nostrósq; tenebit honores.
 Tum iuuenis magno præcellens robore mentis

eos i sua ter
 ra & ipsis
 præferri fa
 to eius cōces
 sa, affligi
 bellis iniuste
 patiatnr.
 Verba Ios
 uis ad Ver
 nerē, quib⁹
 sollicitā cōse
 latur dicēs,
 hoc bello nō
 modo nō ces
 suos hostio
 b⁹, verūctis
 am cōparat
 tuos inde
 orbis sibi im
 perium Ros
 manos, in
 cōq; extitit
 ros qui deos
 rum numes
 rū aucturū
 sint olim, in
 quo sermos
 ne sumpta
 occasiōe poe
 ta in laudē
 Domitiani
 eiúsque pas
 tris Vespa.
 & fratris
 Titi expas
 tiatur alis
 quātulum,
 quorū tēpor
 rib⁹ floruit
 De Vespas
 siano hec
 cavit.

SIL. ITAL.

*His Titus
intelligitur.*

*Per Germa
nicū Domi
tianiū signis
fiat.*

Excipiet patriam molem, celsisq; feretur
 & quatum imperio tollens caput, hic fera gentis
 Bella Palestine primo delebit in ævo.
 At tu transcendens Germanice facta tuorum,
 Iam puer auricomis performidate Batavo,
 Nec te terruerint Tarpei culminis ignes:
 Sacrilegas inter flammæ servabere terris.
 Nam te longa manent nostri consortia mundi.
 Hinc laxos arcus olim Gangetica pubes
 Submittet, vacuasq; ostendent Bactra pharetras.
 Hic & ab Arctoo currus aget axe per urbem,
 Ducet & eos Baccho cedente triumphos.
 Idem indignantem transmittere Dardana signa
 Sarmaticis victor compescet sedibus Istrum.
 Quin & Romuleos superabit voce nepotes,
 Quis erit eloquio partum decus, huic sua Musæ
 Sacra ferent, meliorq; lyra, cui substitit Ebrus,
 Et venit Rhodope, Phœbo miranda loquetur.
 Illa etiam, qua prisca fides stat regia nobis
 Aurea Tarpeia ponet capitolia rupe.
 Et iunget nostro templorum culmina celo.
 Tunc ò nate deum, diuosq; dature, beatas
 Imperio terras patrio rege, tarda senectam
 Hospitia excipient celi, solioq; Quirinus
 Concedet, mediūmq; parens, fratēq; locabunt.
 Siderei iuxta radiabunt tempora nati.
 Dum pandit seriem venturi Iuppiter ævis,
 Ductor Agenoreus tumulis delatus iniquis
 Lapsantem dubio denexa per inuia nisi

Firmabat gressum, atq; humentia saxa premebat,
 Non acies, hostisve tenet, sed prona minaci
 Prærupto turbat, & cantibus obuia rupes.
 Stant clausi, mœrentq; moras, & dura viarum:
 Nec refouere datur torpentia membra quiete.
 Noctem operi iungunt, & robora ferre coactis
 A pproperant humeris, ac raptas collibus ornos.
 Iamq; vbi nudarunt sylua densissima montis,
 Aggressere trabes, rapidisq; accensus in orbem
 Excoquitur flammis scopulus, mox proruta ferro
 Dat gemitum patiens resoluta pondere moles,
 Atq; aperit fessis antiqui regna Latini.
 His tandem ignotas transgressus casibus Alpes
 Taurinis ductor statuit tentoria campis.
 Interea voces Iouis, atq; oracula portans
 E mensis aderat Garamantum letus arenis
 Bostar, & vt viso stimulabat corda tonante.
 Maxime Belide patrijs qui à mœnibus arces
 Seruitium dextra, libycas penetrauimus oras,
 Nos tulit ad superos perfundens sidera syrtis,
 Nos penè æquoribus tellus violentior hausit,
 Ad finem cæli medio tenduntur ab ore
 Squalentes campi, tumultum natura negant
 Immensis spatijs, nisi quem caua nubila torquens
 Construxit turbo, impacta glomeratus arena:
 Vel si per fracto populatus carcere terras
 A fricis, aut pontum spargens super æthera Corus
 Inuasere truces capientem prælia campum,
 Inq; vicem ingesto cumularunt puluere montis:

f. j.

Hannibale
 Alpes trās-
 gresso, com-
 modum ab
 oraculo Hæ-
 monis reuer-
 sus Bostar,
 omnia leta
 renuntiat,
 & iter eò
 ducens per
 Syrtis, &
 arenashaud
 leuius syrtis
 timor
 das descri-
 bit, lucorum
 proceritatē
 terræ sua-
 pte feracis
 vbertatem,
 maxime ves-

SILITAL.

ro cuiusdam H as observatis valles enanimus astris.
illic fōtis mi N anqz dies confundit iter, peditēqz profundo
rādam vim E rrantem campo, & semper media arua videntem
atq; naturā Sidonijs Cynosura regit fidissima nautis.
cōmemorat, V erum vbi defessi lucos, nemorosāqz regna
mane & ve Cornigeri Iouis, & fulgentia templa columnis
speri tepen A duenimus magnis, quam læta fronte sacerdos
tis, meridie E xceptos, hospes tectis inducit Arisbas,
vsq; ad ris S tat fano vicina (nouum & memorabile) lymphā,
gorem gelis Quæ nascente die, quæ deficiente tepescit,
di, ac rurs Quæqz riget, medium cum sol accendit olympum:
media nocte A tqz eadem rursus nocturnis feruet in vmbis.
feruētissimi T um loca plena deo, dices sine vomere glebas
 O stentat senior, lætāqz ita mente profatur.
 H as vmbas nemorum, & connexa cacumina celo,
 C alcatōsqz Ioni lucos, prece Bostar adora.
 N am cui dona Iouis non diuulgata per orbem
Origo ora I n gremio Thebes geminas sedisse columbas?
culi Hāmo Quarum, chaonias pennis quæ contigit oras,
nis, à gemi I mplet fatidico Dodonida munere quercum.
nis colūbis A t quæ Carpathium super æquor vecta, per auras
Aegyptijs, I n Libyen niueis tranauit concolor alis.
quarū vna H anc sedem primo Cythereia condidit ales,
in Epirum H ic vbi nunc aras, lucōsqz videtis opacos
delata Do- D uctore electo gregis (admirabile dictu)
donæū, alte L anigeri capitis media inter cornua perstans,
ra in Libyā M armaricis ales populis responsa canebat.
Hāmonis cō M ox subitum nemus, atqz annofo robore luchs
situit ora E xiluit, qualēsqz premunt nunc sidera quercus
culum.

A prima venere die, prisco inde fauore
 Arbor numen habet, coliturq; tepentibus aris.
 Dumq; ea miramur, subito stridore (tremendum)
 Impulse patuere fores, maiorq; repente
 Lux oculos ferit, ante aras stat veste sacerdos
 Effulgens nivea, & populi concurrere certant.
 Inde ubi mandatas effudi pectore voces,
 Ecce intrat subitus vatem deus, alta sonoro,
 Collisis trabibus voluntur murmura luco,
 Ac maior nota iam vox prorumpit in auras,
 Tenditis in Latium, belloq; agitare paratis
 Assarici prolem, Libyes cœpta aspera cerno,
 Graduumq; truce currus iam scandere, & atram
 In latus Hesperium flammam expirare furenteis
 Cornipedes, multoq; fluentia sanguine lora.
 Tu qui pugnarum euentus, extremaq; fati
 Deposcis, clarq; ferox das vela labori,
 Inuade Etoli ductoris Iapyga campum.
 Sidonios angebis anos, nulliq; relinques
 A lius Ausonia penetrare in viscera gentis,
 Donec victa tibi trepidabunt Dardana regna.
 Nec ponet pubes vnquam Saturnia curam,
 Dum carpet superas in terris Hannibal auras.
 Talia portabat letis oracula Bostar,
 Implebatq; viros pugnae propioris arena.

Vox oraculi

SILITAL.
HERMANNI BVSCHII PASIPHILI
argumentum in librum quartum.

f Ama volat Pœnum signis hostilibus Alpes
Transcendisse ducem, totis trepidatur in agris.
Consultant patres de bello, intaētāq; rursum
Tela nouant. Libycis ostendens Hannibal urbem
Militibus, prædæ cupidos acuebat amore
Ad pugnam. interea volucris rate Scipio consul
Maffilia fidis aderat delatus ab oris:
Occurritq; hosti Ticini ad fluminis vndam.
Atq; ibi tunc prima caluerunt littora pugna.
Sed Consul Trebia vicinum Scipio collem
Cedere compulsus petijt. quo venit & ipse
Consulis accitus Siculo collega Peloro.
Hostis sed rursus victor, spumantia, captum
Post Appenninum, Thrasimeni stagna petebat.

SILII ITALICI PVNICORVM
liber quartus.

Accepto Hæ
nibalem, su
peratis Al
pibus, ita
lia esse, tre
pidi Romas
ni, vndique
arma vis
rosq; ad bel
lū cōparāt.

f

Ama per Ausoniae turbatas spargi
tur vrbes
Nubiferos monteis, & saxa minan
tia celo
Accepisse iugum, Pœnosq; per inuia
vectos:

Et mulāq; Herculei iaētatur fama laboris,
Descendisse ducem, diros canit improba motus;

Et gliscit gressu, volucrisq; citatior Euro
 Terrificis quatit attonitas rumoribus arces.
 Astruit auditis docilis per inania rerum
 Pascere rumorem vulgi pavor:itur in acreis
 Bellorum raptim curas, subitúsq; per omnem
 Ansoniam Manors strepit, & ciet arma virósq;
 Pila nouant, ac deterfa rubigine sæuus
 Indnitur ferro splendor: iuuenúm q; repostæ
 Instaurant galeæ coni decus: hasta innatur
 Amento, renouántq; noua fornace bipennes.
 Conseritur tegmen laterum impenetrabile, multas
 Passurus dextras, atq; irrita vulnera thorax,
 Pars arcu innigilant, domitat pars verbere anhelum
 Cornipedem in gyros, saxóq; exasperat ensem.
 Nec vero muris, quibus est luctata vetustas,
 Ferre morantur opem: subuectant saxa, cauásq;
 Retractant turres, edit quas longior etas.
 Hinc tela accipiunt arces, & robora portis,
 Et fidos certant obices accersere sylua.
 Circundant fossas. haud segnis cuncta magister
 Precipitat timor, ac vastis trepidatur in aruis.
 Deseruere larem, portant cernicibus agras
 Attoniti matres, ducente isq; vltima fila
 Grandæuos rapuere senes: tum crine soluto
 Ante agitur coniux, dextra, leuáq; trahuntur
 Parui, non æquo comitantes ordine, nati.
 Sic vulgus, tradúntq; metus, nec pascitur author.
 At patres quanquam exterrent immania cœpta,
 Inq; sinu bellum, atq; Alpes, & peruia saxa
f. iij.

Fama docilis
 pascere
 vulgi rumorem.

S I L I T A L.

A ccepere, tamen crudam contra aspera mentem,
 E t magnos tollunt animos, iuuat ire periclis,
 A d decus, & dextra memorandum condere nomen,
 Quale dedit nunquam rebus fortuna secundis.
 S ed Libyæ ductor tuto fouet agmina vally
 F essa gradum, multoq; gelu torpentia nervos,
 S olandiq; genus, letis ostentat ad urbem,
 P er campos superesse viam, Romamq; sub iclu.
 A t non E rerum curas, consultaq; belli
 S tare probat, solusq; nequit perferre quietem.
 A rmifera quondam prisca inter tempora gentes
 A usonium inuasere latus, sedesq; beatas,
 E t metui peperere manu, mox impia bella,
 T arpeius pater, & capti sensere Quirites.
 H ic dum sollicitat donis & inania corda,
 A c fluxam morum gentem fouet, armâq; iungit,
 I am Consul volucris peruectus littora classe
 S cipio, Phocaicis sese referebat ab oris.
 I ngenteq; duces, pelagi, terræq; laborem
 D iuersum emensos, propiora pericula vally
 I ungebant, magnæq; aderant primordia cladis.
 N anq; vt collatis admoto Consule castris
 S ustrulerat fortuna moras, signumq; furoris
 A ccensæ viso poscebant hoste cohortes,
 D ebellata procul, quæcunq; vocantur Iberis
 I ngenti Tyrius, nemorosa per agmina, ductor
 V oce sonat, non Pyrenem, Rhodanumve furentem,
 I ussa aspernatos, rutulam fumasse saguntinum,
 R aptum per Celtas iter, & quâ ponere gressum

Hannibal
 impatiens
 moræ suis
 urbē ostens
 dēs, amore
 prædæ, eos
 ad rē agēs
 dā inuitat.
 Gallos qui
 magnā Ita
 liæ partem
 olim occupa
 uerāt Hans
 nibal sollicit
 abat, sed
 repressi sūt
 releri aduē
 tu Scipiōis.
 Consul Sci
 pio, visis, à
 Manlio, &
 Attilio præ
 toribus, ex
 ercitu acces
 pto, hosti ex
 Alpibus de
 scēdenti oc
 currit ad Ti
 rinum, sed e
 gnatu ipar
 ad Trebiā i
 collē recipere
 se coact⁹
 est.
 Hannibal
 quæcunq;

Amphitryoniade fuerit labor, isse sub armis
 Pænorum turmas, equitèmq; per ardua vēctum
 Insultasse iugo, & fremuisse hinnitibus Alpeis.
 Contrà pulchra suos vocat ad discrimina Consul.
 Hostem miles habes fractum, ambustumq; ninosis
 Cantibus, atq; ægre torpentia membra trahentem,
 En age, qui sacros monteis, rupesq; profundas
 Transiit, discat quanto stat celsius arce
 Herculeæ vallum, & maius sit scandere colleis,
 An nostros rupisse globos, det inania famæ.
 Dum magna fusa pugna, retròq; ruenti
 Quà ventum est, obstent Alpes, super ardua ductum
 Huc egere dei, Latios vt sanguine fines
 Imbueret, tellusq; hostilis conderet ossa.
 Scire libet, noua nunc nobis, atq; altera bellum
 Carthago, an ne eadem mittat, quæ mersa sub æquor
 Egates inter vasto iacet obruta ponto.
 Hæc ait, atq; agmen Ticini flectit ad vndas.
 Cæruleas Ticinus aquas, & stagna, vadoso
 Perspicuus seruat turbari nescia, fundo,
 Ac nitidum viridi lente trahit amne liquorem.
 Vix credas labi, ripis tam mitis opacis
 Argutos inter volucrum certamina cantus
 Somniferam ducit lucenti gurgite Lympham.
 Iamq; sub extremum noctis fulgentibus vmbri
 Lux aderat, somnūsq; suas confecerat horas.
 Explorare locos Consul, collisq; propinqui
 Ingenium, & campis quæ sit natura, parabat.
 Par studium Pæno, similesq; in pectore curæ.

f.iiij.

ab initio hæ
 tēnus for
 titer & pra
 spere gesta
 recēsēs, suos
 monet, ne
 tot decorum
 præmia,
 nūc i vltima
 sine laborū
 perignaniā
 sibi patians
 tur deperis
 re, sed gra
 sentur pos
 tius totis vi
 ribus ad ple
 nā victoriā
 propinquā
 ipsis si pau
 lulum adni
 tatur modo.
 Oratio cōsa
 lis, qua vi
 cissim suos
 animat in
 præliū, fras
 ctos, confes
 etōsq; Alpiū
 niuibus, &
 frigore hos
 tes, & pro
 pterea mis
 nimo conatu
 vinci posse
 iactās. pro
 inde adoriā
 tur fessum,
 credāntque
 fato illuc
 per ardua

S I L I T A L .

tractu quo clade punis ea imbuat Italiam.

Ergo aderant, rapidis equitum comitantibus alis.
 Verum ubi commoto docuerunt puluere nubes
 Hostem ferre gradum, & propius propiusq; sonoro
 Quadrupedum cornu tellus gemit, ac simul acer
 Vincentum lituos, hinnitus seuit equorum,
 Arma viri, rapite arma viri, dux instat uterq;
 Ambobus velox virtus, geminisq; cupido
 Laudis, & ad pugnas, Martemq; insania concors.
 Haud mora iam tantum campi dirimebat ab ictu,
 Quantum impulsa valet comprehendere lancea notio,
 Cum subitum liquida, non vllis nubibus, ethra
 Augurium, mentes, oculosq; ad sidera vertit.
 vtroq; conspectu exaeritu ateq; manus consererent,
 quod Liger quida interpretabatur hoste is an nos vastaturum Italiae, & postea a Scipione Consul filio renocatum ab Italia, corasue Carthaginiis manibus debellandum.

Ancipiter medio tendens a limite solis,
 Dilectas Veneri, notasq; in honore Diones
 Turbabat violentus aues, atq; vnguibus idem
 Idem nunc rostro, duris nunc ictibus ales,
 Ter quinas dederat, saeva inter vulnera letbo.
 Nec finis, satiesve noui, sed sanguinis ardor
 Glicere, & vrgebat trepidam iam cede priorum,
 Incertamq; fugae, pluma labente, columbam,
 Donec phaebeo veniens Ionis ales ab orthu,
 In tenuis tandem nubes dare terga coegit.
 Tum viatrix letos signa ad Romana volatus
 Conuertit, prolesq; ducis, qua parte decora
 Scipio quassabat puerilibus arma lacertis,
 Clangorem bis terq; dedit, rostrisq; cornusce
 Perstringens conum galeae, se reddidit astris.
 Ligeris interpretatio

Exclamat Liger, hinc superos sentire monentes
 Ars fuit, ac penna monstrare futura magistra.

Pœne bis octonos Italis in finibus annos
 Audaci similis volucris, sectabere pubem
 Ausoniam, multamq; feres cum sanguine prædam.
 Sed compeſce minas, renuit tibi Daunna regna
 Aruiger ecce Ionis: noſco te ſumme deorum,
 Adſis ò, firmesq; tuæ pater alitis omen.
 Nam tibi ſeruantur, ni vano caſſa volatu
 Mentitur ſuperos præpes, poſtrema ſubactæ
 Fata puer Libyæ, & mains Carthagine nomen.
 Contra læta Bogus Tyrio canit omnia regi.
 Et fauſtum accipitrem, caſasq; in nube volucres
 & neadis cladem, & Veneris portendere genti.
 Tum dictis comitem contorquet primus in hoſteis
 Ceu ſuadente deo, & fatorum conſcius haſtam.
 Illa volans patuli longe per inania campi
 Lethum perdiderat ſpatio, ni fuſus habenas
 Dum primæ decus affectat decerpere pugnae,
 Obuia quadrupedis præceps Catus ora tuliffet.
 Sic elanguescens, & iam caſura, petitum
 Inuenit vulnus, cademq; recepit ab hoſte
 Cornus, & oblatae ſtetit inter tempora frontis.
 Incurrunt acies, magnôq; fragore per æquor
 Suspendunt cuncti frenis ſublime reductos
 Cornipedes, vltroq; ferunt, erectus in auras
 It ſonipes, rapidâq; volans per aperta procella
 Tennia vix ſummo veſtigia puluere ſignat.
 Boiorum ante alias Chryxo duce mobilis ala.
 Arietat in primos, obijcitq; immania membra
 Ipſe tumens, atani Brenni ſe ſtirpe ferebat

augurij præ
Romanis.

Bogi inter
pretatio di
uerſa augu
rij pro Hã
nibale.

Initium pu
gnæ à Bo
go.

Chryxi (a
bano Breno

SIL. ITAL.

no, quo du-
ce olim Gal
li Romā cœ
perant) tu
mentis pu-
gna.

Camertes
populi vmo
bria in mō-
tibus habi-
tantes.

Allusio ad
Tyrrhenū
æneæ tube
innetorem.

Nomina cœ-
sorum à
Chryxo.

Chryxus, & in titulos capitolia capta trahebat.
 Tarpeiōq; iugo demens, & vertice sacro
 Pensanteis aurum Celtas, vmbone ferebat.
 Colla viri fuluo radiabant lactea torque,
 Auro virgatæ vestes, manicæq; rigeant
 Ex auro, & simili vibrabat crista metallo.
 Sternitur impulsu vasto percussa Camertum
 Prima phalanx, spissæq; ruunt conferta per arma
 Vnde Boiorum, sociata examina densant
 Infandi Senones, collisq; quadrupedantum
 Pectoribus, toto voluuntur corpora campo.
 Arua natant, altisq; virum cruor, altus equorum
 Lubrica belligera sorbet vestigia turme,
 Seminecum lethum peragit granis vngula pulsu,
 Et circumuolitans tetros è sanguine rores
 Spargit humo, miserisq; suo lauit ora cruore.
 Spicula prima, puer tumidi Tyrrhene Pelori
 Purpureo moriens vittritia sanguine tingis.
 Nam tibi cum stimulas cornu, atq; in prelia mentes
 Accendis, renouasq; viros ad vulnera cantu,
 Hæsit barbaricum sub anhelō gutture telum.
 Et clausit raucum lethali vulnere murmur.
 At sonus extremo morientis fusus ab ore,
 Fessa pererrauit mutis iam cornua labris.
 Chryxus Picentem, Laurumq; nec eminus ambo,
 Sed gladio Laurum, Picenti rasilis hasta
 Ripis lecta Padi, lethum tulit. auia namq;
 Dum petit, ac leno meditatur fallere gyro,
 Hasta viri femur, & pariter per anhelā volantis

I lia sedit equi, geminam dedit horrida mortem.
 Idem sanguinea Venuli cernice renellens,
 sternit præcipitem trepido te Farfare telo.
 Et te sub gelido nutritum Tulle Velino,
 Egregium Ansoniæ decus, ac memorabile nomen
 Si dent fata moras, aut seruent fœdera Pœni.
 Tum Romulum, atq; olim celeberrima nomina bello
 Tyburteis magnos, Hispellatémq; Metaurúmq;
 Et Damum, dubia meditatus cuspide vulnus.
 Nec locus est Tyrijs belli pugnae' ve, sed omnem
 Celticus implevit campum furor: irrita nulli
 Spicula torquentur, statq; omne in corpore ferrum.
 Hic inter trepidos immane Quirinius audens,
 Cui fugere ignotum, atq; innicta mente placebat
 Rebus in aduersis exceptum pectore lethum,
 Cuspide flammât equum, ac dispergit gesa lacerto.
 Si referare viam, atq; ad regem rumpere ferro
 Detur iter, certusq; necis, petit omnibus ausis,
 Quod nequeat sentire decus, cadit inguine fosso
 Teutalus, & vasto quatitur sub pondere tellus.
 Occumbit Sarmens, flauam qui ponere victor
 Casariem, crinémq; tibi Gradine vouebat
 Auro certantem, & rutilum sub vertice nodum.
 Sed Parca intonsa non exaudita vouentem
 Ad manes traxere coma, per candida membra
 It fumans cruor, & tellus perfusa rubescit.
 At non tardatus iaculo occurrente Lycannus
 Irruit, aduersumq; viro rotat obuius enssem.
 Et ferit insurgens, humero quâ brachia lenti

Tangit hi-
 storiam tri-
 um fratris
 Tyburti, Ca-
 racis, & Ca-
 tilli, qui oli-
 Turno vene-
 runt auxi-
 lio contra
 Aeneam vt
 canit Ver-
 gil.

SIL. ITAL.

Annectunt nervi, decisâq; vulnere leua
 Laxatis paulum moribunda pependit habenis.
 Dúm q; micans tremulo conatu lora retentat
 Flectentem assuetos imitatur nescia frenos
 Demetit auersi Vesagus, tum colla, inbâq;
 Suspensam portans galeâ, atq; inclusa peremptâ
 Ora viri, patrio diuos clamore salutat.

Pugna &
 status Con-
 sulis.

Dúm q; ea Gallorum populi dant funera campo
 Accitas propere castris in prælia Consul
 Raptabat turmas, primûsq; ruebat in hostem
 Candenti sublimis equo, trahit vndiq; lectum
 Dinitis Ausonia iuuenem, Marsosq; Corâm q;
 Laurentumq; decus, iaculatorémq; Sabellum,
 Et Gradinicolam celso de colle Tudertem,
 Indutôs q; simul gentilia lina Faliscos,
 Quôs q; sub Herculeis taciturno flumine muris
 Pomifera arua creant, Anienicolâq; Catilli,
 Quôs q; in prægelidis duratos hernica riuus
 Mittebant saxa, & nebulosi rura Casini,
 Ibant in Martem terræ dominantis alumni
 Damnati superis, nec iam reditura iuuentus.

sensus est,
 Scipio infert
 equû ea par
 te cãpi, qua
 sui, nõ secus
 ac vortice
 quodã absu
 mebantur à
 Gallis, quo
 declaratur
 eû, modo la

Scipio, quâ medius pugne vorat agmina vortex
 Infert cornipedem, atq; instinctus strage suorû
 Inferias cæsis mactat, Labarumq; Padumq;
 Et Camum, & multo vix fusum vulnere Brennum;
 Gorgoneâq; Larum torquentem lumina vultu;
 Occidis & tristi pugnans Lepontice fato.
 Nam dum frena ferox, obiecto corpore prensas,
 Atq; aquas celsus residentis consulis ora

Ipse pedes, frontem in mediam grauis incidit ensis,
 Et diuisum humeris iacuit caput: Abbatu's amens
 Qui luctatur equo, parmâq; incurſibus obſtat,
 Ictu quadrupedis fulua porrectus arena
 Eliſa incuſſis amiſit calcibus ora.
 Perſurit Auſonius turbata per æquora ductor,
 Ceu gelidus Boreas totum cum ſubſtulit imo
 Icarium fundo victor mare, nauita vaſto
 Iactatur ſparſus, lacerata claſſe, profundo,
 Cunctâq; canenti perfunditur æquore Cyclas.
 Chryxus vt in tenui ſpes, exiguumq; ſalutis
 Iam videt eſſe ſua, mortemq; aſtare propinquam,
 Armat contemptu mentem necis: horrida barba
 Sanguinea rutilat ſpuma, rictûſq; furentis
 Albet, & effuſo ſqualent à puluere crines,
 Inuadit Tarium, vicino conſule, pugnas
 Miſcentem, ſeu iſq; virum circumtonat armis.
 Voluitur ille ſolo: nam pronum effundit in armos
 Fata extrema ferens abies, rapiturq; pauore
 Tractus equi, vinctis connexa ad cingula membris.
 Longa crur ſparſo liquit veſtigia campo,
 Et tremulos cuspis ductus in puluere ſignat
 Laudabat lethi iuuenem, egregioſq; parabat
 Vleiſci Conſul manes, cum dira per auras
 Vox venit, & Chryxum ferri clamoribus audit
 Haud notum vultu, ſurgit violentior ira
 Comminus, atq; oculos optato in corpore figit.
 Tum ſtimulans grato plauiſæ cernicis honore
 Cornipedem alloquitur, vulgum, Martemq; minorem

borantibus
 ſuis ſubueni
 ret, nulla ho
 ſtiū tela vis
 taſſe.

Proceritas
 Lepontici.

Ornatur
 virtus coſu-
 lis cõpara-
 tione Boreæ
 flatibus ſua
 is mare tot
 tum à ſuna
 do eruētis.
 Cyclades ſūt
 in mari Ica
 rio.

Tarius à
 Chryxo cæs
 ſus, accēdit
 conſulem in
 ultionem.

Conſul equo
 ſuo phaleo
 ras hoſtilis
 equi daturū

SIL. ITAL.

se præfat⁹, Hactenus, & letho dedimus sine nomine gentem,
 Chryxū pro N os Gargane vocant Superi ad maiora, vidēsne
 nocat ad cō grediendū. Quantus eat Chryxus? iam nunc tibi præmia pono

Cōparatur
 Chryx⁹ Mi
 manti, vni
 ex Gigantū
 populo.
 Claud. Linē
 tibus illa
 Exultat Xā
 tibi spolijs,
 hec arma
 Mimantis
 sustinet.
 Vana insul
 tatio Chry
 xi in scipio
 nem.

Responsio
 Cōsulis iu
 bentis pro
 auorū vm
 bris refer⁹
 re Chryxū
 q̄ longe à
 Capitolio
 ipse occum
 bat.

Casus Chry

Illum Sidonio fulgentem ardore tapeta,
 Barbaricum decus. & fuluis donabere frenis.
 Sic fatus, magno Chryxum clamore ciebat
 In pugnam, ac vacuo poscebat prælia campo.
 Nec detrectantem par ira accenderat hostem.
 Vt iussa cessere retro, spatiumq; dederunt
 Hinc atq; hinc alæ, medio stetit æquore pugna.
 Quantus Phlegreis telluris alumnus in armis,
 Mouit signa Mimas, & cælum exterruit armis,
 T antus semifero Chryxus sub pectore murmur
 Torquet, & horrissonis vlulatibus erigit iras.
 N emone incense, captæq; superfuit vrbi,
 V t tibi quas Brenni populus ferremus in arma
 N arraret dextras? disce en nunc, inquit, & vnā
 Contorquet nodis, & obusto robore, diram
 V el portas quassasse trabem, sonat illa tremendum
 A c nimio iactu seruasse improvida campi
 D istantis spatium, propiorem transuolat hostem.
 Cui Consul. ferre hoc vmbri, proauoq; memento
 Quam procul occumbas Tarpeia à sede, tibiq;
 H and licitum sacri Capitolia cernere montis,
 T um nodo, cursuq; leui simul adiuuat hastam
 D ignam mole viri nixus, fugit illa per ora
 M ultiplicis lini, subtectaq; tegmina nervis,
 A tq; altum tota metitur cuspide pectus.
 P rocumbit lata porrectus in arma ruina,

Et percussa gemit tellus ingentibus armis.
 Haud aliter strueto Tyrrhena ad littora saxo
 Pugnatura fretis, subter cæcisq; procellis
 Pila immane sonans, impingitur ardua ponto.
 Immugit Nereus, diuisaq; cœrula pulsu
 Illisum accipiunt irata sub æquora montem.
 Ductore amisso pedibus se credere Celtæ
 Vna spes animæ, tantusq; pependerit ardor.
 Ac veluti summo venator densa Picano
 Cum lustra exagitat, spissisq; cubilibus atram
 Immittit passim dumosa per inuia pestem.
 Dum tacitas vires, & flammam colligit ignis,
 Nigranti piceus sensim caligine vertex
 Voluitur, & pingui contorquet nubila fumo
 Mox subita in toto lucent incendia monte,
 Fit sonitus, fugere feræ, fugere volucres,
 Atq; vnâ longæ trepidant in valle iuuençæ.
 At Mago vt vertisse globos, primùmq; laborem,
 Qui solus genti est, cassum videt arma suorum
 Ac primum in pugnas equitem vocat, vndiq; nudi
 Assiliunt frenis, infrenatiq; manipuli.
 Nunc Itali in tergum versis referuntur habenis,
 Nunc rursus Tyrias retro pavor aduehit alas,
 Aut illi dextros lunatis flexibus orbes,
 Aut illi leuos sinuant in cornua gyros,
 Texunt alterno glomerata volumina cursu,
 Ac cedem refugam, cedentes arte resoluunt.
 Hac pontum vice (vbi exercet discordia ventos)
 Fert Boreas, Eurûsq; refert, molëmq; profundi,

xi vasto im
 petu prociis
 bentis.

Fuga Galla
 rum amissa
 duce compa
 ratur fuga
 ferarû sub
 to lustrasua
 deserentiæ,
 monte incē
 dio ardēte.

Mago cum
 equite liby
 co renouat
 pugnam à
 Gallis deser
 tam.

Anceps præ
 lium compa
 rat mari cō
 trarijs flu
 tibus agis
 tate riuat

SIL. ITAL.

*fluit ac res
fluit motu
reciproco.* Nunc huc alterno, nunc illuc, flamine gestant.
 A duolat aurato præfulgens murice ductor
 S idonius, circâq; metus, terrorq; furorq;.

*Hannibalis
aduertu terro
rentur, ver
tanturq; in
fugam Ro-
mani, haud
secus ac subi
to cõspecta
tigride, sus
giunt ars
mentâ.* I s'q; vbi Callaici radiantem tegminis orbem
 Extulit, & magno percussit lumine campos,
 S pes, virtusq; cadunt, trepidâq; à mente recedit
 V ertere terga pudor, nec lethi cura decori,
 Sed fugere infixum est, terrâq; optantur hiatus.
 Sic vbi Caucaseis tigris se protulit antris,
 L inquuntur campi, & tutas petit omne latebras
 T urbatum insano vultu pecus, illa pererrat
 D isiectas victrix valles, iamq; ora reducto
 P aulatim nudat rictu, vt presentia mandat
 C orpora, & immani stragem meditatur hiatu.
 N on illum Metabus, non illum celsior V fens
 E uasere tamen, quamuis hic alite planta,
 H ic ope cornipedis totis ferretur habenis.
 N am Metabum ad manes demisit cuspide fulgens
 F raxinus, V fentem collapsum poplite flexo
 E nsis obit, laudemq; pedum cum sanguine ademit.
 I amq; dedit letho Stenium, Laurumq;, domoq;

*Fucinus lacus
apud
Marjos.* Collinum gelida vitreo quem Fucinus antro
 N utrierat, dederatq; lacum transmittere nando.
 F it socius lethi coniecta Massicus hasta
 V itiferi sacro generatus vertice montis,

*Lyrus amnis
Fregel-
las alluis.* E t Lyrus nutritus aquis, qui fonte quieto
 D issimulat cursum, ac nullo mutabilis imbrî
 P erstringit tacitas gemmanti gurgite ripas.
 E xoritur rabies cadum, ac vix tela furori

Sufficiunt, teritur innectis umbonibus umbo,
 Pésq; pedem premit, & nutantes casside crista
 Hostilem tremulo pulsant conamine frontem.
 Tergemini primam ante aciem fera praelia fratres
 Miscebant, quos Lædeo Sidonia Barce
 Xantippo felix vteri inter bella creatat,
 Res Graiae, ductorq; parens, ac nobile Amycle
 Nomen, & iniectus Spartanis colla catenis
 Regulus, inflabant veteri praeordia fama
 Marte probare genus, factisq; Lacona parentem
 Ardebant, gelidosq; dehinc innisere montes
 Taygeta, & tandem bellis innare subactis
 Eurotam patrium, ritusq; videre Lycurgi.
 Sed Spartam penetrare deus, fratresq; negabant
 Aesonij totidem numero, quos miserat altis
 Egeriae genitos immitis Aricia lucis:
 & tatis, mentisq; pares: at non dabat vltra
 Cloto dura, lacus, aramq; videre Dianae.
 Namq; vt in aduersos impacti turbine pugnae
 Eumachus, & Clytias, & letus nomine patris
 Xantippus, iunxere gradus, cen bella leones
 Inter se furibunda mouent, & murmure anhelos
 Squalenteis campos, & longa mapalia complent,
 Omnis in occultas rupes, atq; auia pernix
 Maurus saxa fugit, coniuxq; libyssa profuso
 Vagitum cohibens suspendit ab vberibus natos.
 Illi dira fremunt, perfractaq; in ore cruento
 Ossa sonant, pugnântq; feris sub dentibus artus.
 Haud secus Egeriae pubes, hinc Virbius acer,

Hic poeta
 fingit ad se
 multitudinē
 tergemino-
 rum Hora-
 tiorū Curia-
 tiorūmq;
 pugna quo-
 rundam ter-
 geminorum
 patre Xan-
 tippo Lace-
 demonioꝝ
 Barce ma-
 tre punica
 progenito-
 rum, cum
 æque terge-
 minis Arici-
 nis congre-
 dientium.
 Taygeta,
 nūero mul-
 titudinis.
 Aricia erat
 prope Ro-
 mā sub mō-
 te Albano,
 cū nemore
 Egeriae
 nymphe in
 quo coleba-
 tur Diana
 ritu barba-
 rico ab Ore-
 ste illic in-
 stituta.

Nota Ter-
 ge. Aricino-
 rum.

SIL. ITAL.

Hinc Capys assiliunt, paribusq; Albanus in armis
 Subsicens paulum perfossa proruit aluo.
 Albanum Clytias. ast illi cuncta repente
 Implerunt clypeum miserando viscera lapsu
 Eumachus inde Capyn, sed tota mole tenebat
 Ceu fixum membri tegmen, tamen improbus ensis
 Adnexam parmae decidit vulnere lenam.
 Inq; suo pressa est non reddens tegmina nisu
 Infelix manus, atq; hesit labentibus armis.

Cæsis duob;
 Aricinis, v;
 nus iã Vir;
 bius reliq;
 solus cõtra
 treis pu;
 gnat. quos
 rã duorum
 victor, æ
 quata pu;
 gna postre;
 mo ipse
 Clytias al-
 terno vulne-
 re corrunt.

Consul fugi-
 entes inde,
 core Roma.
 exprobrata
 ignavia res
 vocat ad pu-
 gnã pro sa-
 lute patriæ,
 stricto ense
 nũc sibi, nũc
 trepidis
 mortẽ mi-
 nitans ni-
 resistent.

Vltima restabat fusis iam palma duobus
 Virbius, huic trepidos simulanti ducere gressus
 Xantippus gladio, rigida cadit Eumachus hastã
 Et tandem equatæ geminato funere pugne;
 Inde alterna viris transegit pectora mucro,
 Inq; vicem erepta posuerunt prælia vita.
 Felices lethi, pietas quos addidit umbris,
 Optabunt similes venientia secula fratres,
 Extremumq; decus memori celebrabitur æno.
 Si modo ferre diem, miserisq; videre nepotes
 Carmina nostra valent, nec famam invidit A pollo.
 At Consul toto palantes equore turmas
 Voce tenet, dum voce viget, quò signa refertis?
 Quis vos heu vobis paor abstulit? horrida primi
 Si sors visa loci, pugneq; lacerare frontem
 Post me state viri, & pulsa formidine tantum
 Aspiciate has dextras. capti genuere parentes
 Quos fugitis: quæ spes victis? Alpe ne petemus?
 Ipsam turrigero portantem vertice muros
 Credite submissas Romam nunc tendere palmas;

Natorum passim raptus, cædémq; parentum,
 Vestalésq; focos extinguí sanguine cerno.
 Hoc arcete nefas. postquam inter talia crebro
 Clamore obtusæ, crassóq; à puluere fauces,
 Hinc læua frenos, hinc dextra corripit arma,
 Et latum obiectat pectus, strictúmq; minatur
 Nunc sibi, nunc trepidis ni restent comminus, enssem.
 Quas acies alto genitor dum spectat olympo,
 Consulís egregij mouere pericula mentem,
 Graduum vocat, & patrio sic ore profatur.
 Magnanimi me nate viri, ni bella capeffis,
 Haud dubie extremus terret labor, eripe pugna
 Ardentem, oblitúmq; sui dulcedine cædum,
 Siste ducem Libyæ. nam plus petit improbus vno
 Consulís exitio, tota quam strage cadentum.
 Præterea cernis teneræ qui prælia dextræ
 Iam credit puer, atq; annos transcendere factis
 Molitur, longúmq; putat pubescere bello.
 Te duce primitias pugna, te magna magistro
 Audeat, & primum hoc vincat seruasse parentem.
 Hæc rerum sator. at Maiores in prælia currus
 O drysia tellure vocat, tum fulminis atri
 Spargentem flammæ clypeum, galeámq; deorum,
 Haud illi facilem, multoq; labore Cycloppum
 Sudatum thoraca capit, quassátq; per auras
 Titanum bello satiatam sanguinis hastam,
 Atq; implet curru campos, exercitus vnâ
 Irarum, Eumenidésq; simul, lethiq; cruenti
 Innumera facies, frenisq; operata regendis

Iuppiter
 Cōsuli Mar
 tē propere
 iubet ferre
 subsidij la
 boranti.

Martis ar
 mati, & co
 mitatus ei
 descriptio.

S I L I T A L.

Bellona
Martis *4th*
riga.

Quadriungos atro stimulat Bellona flagello.
Fertur ab immenso tempestas horrida caelo,
Nigrantésq; globos, & turbida nubila torquens
Inuoluit terras, quatitur Saturnia sedes
Ingressu tremefacta dei, ripásq; relinquit
Audito curru, fontiq; relabitur amnis.
Ductorem Ansonium telis Garamantica pubes
Cinxerat, & Tyrio regi noua dona parabat,
Armorum spoliū, & rorantia consulis ora,
Stabat fortuna non cedere certus, & acri
Mole retorquebat crudescens cædibus, hastas.
Iámq; suo, iamq; hostili perfusa cruore
Membra madent, cecidere iube, gyróq; per orbem
Arctato, Garamas iaculis propioribus instat,
Et librat seua coniectum cuspide ferrum.
Hic puer vt patrio defixum corpore telum
Conspexit, maduere genæ, subitóq; trementem
Corripuit pallor, gemitúmq; ad sidera rupit.
Bis conatus erat præcurrere fata parentis
Conuersa in semet dextra, bis transtulit iras
In Pænos Mauros, fertur per tela, per hosteis
Intrepidus puer, & Graduum passibus æquat.
Continuo cessere globi, latúsq; repente
Apparet campo limes, metit agmina tectus
Cælesti clypeo, & sternit super arma iacentum
Corpora, & authorem teli, multásq; paternos
Ante oculos animas, optata piacula, maectat.
Tunc rapta propere duris ex ossibus hasta
Innixum cernice ferens, humeróq; parentem

Pietas Scip.
pueri in pa
rentem.

Consul à fi
lio Scipione
adhuc impu

Emicat, attonita tanta ad spectacula turme.
 Tela tenent, ceditq; loco Libys asper, & omnis
 Late cedit Iber, pietasq; insignis, & etas
 Belligeris fecit miranda silentia campis.
 Tum cello è curru Manors Carthaginis arces
 Excindes inquit, Tyriosq; ad fœdera coges,
 Nulla tamen longo tanta exorietur in ævo
 Lux tibi chare puer, matre, ò matre indole sacra,
 Vera Iouis proles, & adhuc maiora supersunt.
 Sed nequeunt meliora dari: tum nubila Manors,
 & therasq; emenso terras iam sole capeffit,
 Et fessas acies castris clausere tenebræ.
 Condebat noctem deuexo Cynthia curru
 Fraternali afflata rotis, & ab equore Eoo
 Surgebant roseæ media inter cœrula flammæ.
 At Consul tristis campos, Pœnisq; secundam
 Planitiem metuens, Trebiam, collesq; petebat.
 Iamq; dies rapti cursu, varioq; labore,
 Et medio abruptus fluitabat in amne solutis
 Pons vinculis, qui Dardaniũ transuexerat agmen
 Eridani rapidas aderat cum Pœnus ad vndas.
 Dumq; vada, & molles aditus, per denia flexo
 Circuitu petit, & stagni languentia querit,
 Interdum rapta vicinis saltibus alno
 Flumineam texit quæ transuebat agmina classem,
 Ecce aderat, Trebiæq; simul vicina tenebat
 Trinacrio accitus per cœrula longa Peloro
 Gracchorum proles Consul, gens inçlyta, magno
 Atq; animosa viro, multisq; in imagine claris

g.iiij.

bere, seruas
turab hoste.

Verba Mar
 tis ad puer
 rum Scipio
 nē, promit
 tentis ei hu
 ius secundi
 belli Punici
 victoriam,
 qua supera
 to Hanniba
 le Carthagi
 nem ad tri
 butũ pendē
 dum patriæ
 coget.

Circumscri
 ptio auro
 re.

Scipio priã
 prelio vis
 etus in col
 le castra mu
 nivit qui a
 pud Placen
 tiam sancti
 Germani
 nũc dicitur,
 quò mox eũ
 secutus est
 Hannibal.

C. Gracchus
 alter Consu
 lum à Sena
 tu renocat⁹
 è Sicilia, ce
 leriter ad

S I L I T A L.

Trebiam in P r æfulgebat auus titulis, belliq; domiq;.
 Scipionis ca N ec Pœni positis trans annem in gramine castris
 fra conten De erant. nanq; animos stimulabant prospera rerū;
 dit, I ncrepitansq; super ductor: quis tertius vrbi
 Hannibal q; I am superest Consul? quænam altera restat in armis
 rodē perue nit, successu S icania? en omnes Latie, Danniq; nepotum
 Superioris pu gnæ elatus C onuenere manus, feriant nunc fœdera mecum
 insultat Ro. D uctores Italum, ac leges & pacta reposcant.
 quærēs nū quē præter A t tu donata tela inter martia luce
 ea tertium I nfelix animæ, sic sic viuasq;, tuôq;
 habeât cōs. D es iterum hanc landem nato, nec fine sub eū;
 aut alterā O ppetere in bello detur, cum fata vocabunt,
 siciliā, vn de reuocent P ugnantem cecidisse meum est. hæc personat ardens.
 aliū exerci tum denuo, I nde leni iaculo, Massylumq; impiger alis
 his cupiens C astra sub ipsa datis irritat, & elicit hostem.
 Gracchū eli gere ad pu N ec Latius vallo miles debere salutem
 gnā. F as putat, aut clausas pulsari cuspide portas.
 Gracchi pu E rumpunt, cunctisq; prior volat aggere aperto
 gnæ initiū D egener haud Gracchus consul, quatit aura comâtes
 tum Hāni. C assidis auricomæ cristas, humerôq; refulget
 S anguinei patrium saguli decus, agmina magno
 R espectans clamore vocat, quâq; obuia densos
 A rctat turba globos, rumpens iter, æquore fertur.
 V t torrens celsi præceps è vertice Pindi
 Cum sonitu ruit in campos, magnôq; fragore
 A uulsum montis voluit latus, obuia passim
 A rmenta, immanēsq; feræ, syluæq; trahuntur.
 S pumea saxosis clamat conuallibus vnda.
 N on mihi Meoniæ redeat si gloria linguæ;

Gracchū, ob
 uios quosq;
 prosterne
 torrenti cō-
 parat, præ
 rupta mon
 tis, magno

Centenasq; pater det Phæbus rumpere voces
 Tot cedes proferre queam, quot dextera magni
 Consul, aut contra Tyrie furor edidit iræ.
 Murranum ductor Libyæ, ductorq; Phalantum
 Ausonius gnaros belli, veteresq; laborum
 Aster in alterius fuderunt comminus ore.
 Monte procelloso Murranum miserat Anxur,
 Tritonis niveo te sacra Phalante profundo.
 Ut primum insigni fulsit velamine Consul,
 Quonquam orbis partem visus, vnôq; Cupentus
 Lumine sufficiens bellis, citat improbus hastam,
 Et summa figit tremebundam margine parme.
 Cui Consul, nâq; ira coquit, pone improbe quicquid
 Restat in ore fero, & truncata fronte relucet.
 Sicut intorquens directo turbine robur,
 Et dirum tota transmittit cuspide lumen.
 Nec lenior dextra generatus Amilcare seuit.
 Hinc cadit infelix niveis Varrenus in armis.
 Menanus Varrenus, arat cui dinitis vber
 Campi fulginea, & patulis Clitumnus in aruis
 Candenteis gelido profundit flumine tauros.
 Sed tristes Superi, atq; ingrata maxima cura
 Victimæ Tarpeio frustra nutrita tonanti.
 Instat Iber lenis, & lenior discurrere Maurus
 Hinc pila, hinc Libyæ certant subtexere cornus.
 Densa nube polum, quantumq; interiacet equi
 Ad ripas campi, tantum vibrantia condunt
 Telsa, nec arctatis locus est in morte cadendi.
 Allius Argyrîpa, Danniq; profectus ab aruis
 g.iiij.

in impulsu
 atq; fragor
 re, arbores
 & saxa tra
 henti.

Cupentus à
 Craccho ce
 sus.

Varrenus à
 Hannibale
 occiditur.

Clitumni bo
 nes victimæ
 triumphas
 les.

SILITAL.

Venator rudibus iaculis, & Iapyge campum
 Persultabat equo, mediōsq; inuictus in hostes,
 Appula non vana torquebat spicula dextra.
 Huic horret thorax Samnitis pellibus visa,
 Et galea annosi vallatur dentibus apri.

Verum vbi turbantem, solo ceu lustra pererret
 In nemore, aut agitet Gargano terga ferarum,

Magonem, & Maharbalē, irruentes in Allium cōparat vrsis fame siti mulante in taurum assilientibus.
 Hinc Mago, hinc senus pariter videre Maharbalē,
 Ut subigente fame diuersis rupibus Vrsi,
 Inuadunt trepidum gemina inter praelia taurum,
 Nec partem prædæ patitur furor: haud secus acer
 Hinc atq; hinc iaculo deuoluitur Allius acto.
 It stridens per vtrunq; latus Maurusia taxus,
 Obuia tum medio sonuerunt spicula corde,
 Incertūmq; fuit lethum, cui cederet hasta.

Et iam dispersis Romana per agmina signis
 Palantes agit ad ripas (miserabile) Pænus
 Impellens trepidos, fluiuiq; immergere certat.
 Tum Trebia infausto noua praelia gurgite fessis
 Inchoat, & precibus Innonis suscitatur undas.
 Haerit subsidens fugientum corpora tellus,

Trebia insurgit in Roma. studio Innois.

Infidatq; soli frustrata voragine sorbet:
 Nec niti, lentōq; datur conuellere limo
 Mersa pedum penitus vestigia, labe tenaci
 Haerent deninecti gressus, resolutaq; ripa
 Implicat, aut cæca prosternit fraude paludis.
 Iamq; alius super, atq; alius per lubrica surgens,
 Dum sibi quisq; viam per inexplicabile litus
 Præripit, & putri luctatur cespite, lapsi

Occumbunt, seseq; sua pressere ruina.
 Ille celer nandi, iam iamq; apprehendere tuta
 Dum parat, & celso connixus corpore prensat
 Gramina summa manu, liquidisq; emergit ab undis,
 Contorta ripæ pendens affigitur hasta.
 Hic hostem orbatus telo complectitur vnus,
 Vndantemq; vado permixta morte coerces.
 Mille simul lethi facies. Lignis occidit aruis.
 Sed proiecta viri lymphis fluminalibus ora
 Sanguineum hanferunt longis singultibus annem.
 Enabat tandem medio vix gurgite pulcher
 Hirpinus, sociumq; manus clamore vocabat.
 Quum rapidis illatus aquis, & vulnere multo
 Impulit asper equus, fessusq; sub equora merisit,
 Accumulat clades subito conspecta per undas
 Vis elephantorum turrito concita dorso.
 Namq; vadis rapitur præceps, ceu proruta cantes
 A vultu montis, Trebiamq; insueta trementem
 Præse pectore agit, spumantiq; incubat alueo.
 Explorant aduersa viros, perq; aspera duro
 Nititur ad laudem virtus interrita cliuo.
 Namq; inhonoratam Fibrenus cernere mortem,
 Et famæ mundam impatiens, spectabimur, inquit,
 Nec fortuna meum condes sub gurgite letbum.
 Experiar, sitne in terris domitare quod ensis
 Non queat Ausonius, Tyrrhenaq; pernecet hasta.
 Tum iacit assurgens, dextrôq; in lumine sistit
 Spicula sæua feræ, telumq; in vulnere liquit.
 Stridore horrisono penetrantem cuspidis ictum

Elephanti
 equis odore
 visusq; infor
 lito territis
 fugam late
 fecerunt.

Fibreni i ad
 uersis virt^o.

SIL. ITAL.

Bellua prosequitur, laceramq; cruore profuso
 At tollit frontem, & lapso dat terga magistro.
 Tum vero innadunt iaculis, crebraq; sagittas,
 Ausi iam sperare necem, immensosq; per armos,
 Et laterum extensus, venit atra cuspide vulnus.
 Stat multa in tergo, & nigranti lancea dorso,
 Ac sylvam ingentem concusso corpore vibrat,
 Donec consumptis longo certamine telis
 Concidit, & clausit magna depressa ruina.
 Ecce per aduersum quanquam tardata morantur
 Vulnere membra virum, subit implacabilis amicum
 Scipio, & innumeris infestat cædibus hostem,
 Corporibus, clypeisq; simul, galeisq; cadentium
 Contegitur Trebia, & vix cernere linquitur vnda.
 Mezeus iaculo, Gestar prosternitur ense.
 Tum Pelopeus auis Cyrenes, incola Telgon.
 Hinc torquet rapido correptum è gurgite pilum,
 Et quantum longo ferri tenuata rigore
 Procedit cuspis, per hiantia transigit ora:
 Pulsati ligno sonuere in vulnere dentes.
 Nec iacto quæsita quies. turgentia membra
 Eridano Trebia, Eridannus dedit æquoris vnda.
 Tu quoq; Lapse cadis tumulto post fata negato,
 Quid domus Hesperidum, aut luci inuere dearum
 Fuluos aurifera seruantes arbore ramos?
 Intumuit Trebia, & stagnis se sustulit imis,
 Iamq; ferox totum propellit gurgite fontem,
 Atq; omneis torquet vires, furit vnda sonoris
 Vorticibus, sequiturq; nauis cum murmure torrens.

Ruina Ele
phanti.

Scipio's pu
gna in am
æ Trebia.

Trebia in
scipionem
intumescit.

Sensit, & accensa ductor violentior ira,
 Magnas ò Trebia, & meritas mihi perfide pœnas
 Exsolues inquit, sacerum per gallica rivis
 Dispergam rura, atq; amnis tibi nomina demam:
 Quœq; aperis te fonte premam, nec tangere ripas,
 Illabiq; Pado dabitur, quænam ista repente
 Sidonium infelix rabies te reddidit amnem?
 Talia iactantem, consurgens aggere aquarum
 Impulit, atq; humeros curvato gurgite pressit.
 Arduus aduersa mole irrupentibus undis
 Stat ductor, clypeoq; ruentem sustinet amnem.
 Necnon à tergo fluctus stridente procella
 Spumeus irrorat summas aspergine cristas.
 Ire vadis, stabilemq; vetat defigere gressum
 Subducta tellure deus, percussaq; longe
 Rantum saxa sonant, undæq; ad bella patentes
 Excite pugnant, & ripas perdidit amnis.
 Tum madidos crines, & glauca fronde reinectum
 Atollit cum voce caput, pœnasne superbas,
 Insuper, & nomen Trebiæ delere minaris?
 O regnis inimice meis, tot corpora porto
 Dextra fusa tua, clypeis galeisq; virorum
 Quos mactas, arctatus iter, cursumq; reliqui.
 Cede vides, stagna alta rubent, retròq; feruntur.
 A fide modum dextræ, & campis incumbere propinquis.
 Hæc Venere adiuncta, tumulto spectabat ab alto
 Mulciber, obscuræ tectus caligine nubis.
 Ingrauat ad cælum sublatis Scipio palmis:
 Dij patrij, quorum auspicijs stat dardana Roma

Scipio minatur Trebia
 se illi adepturum nomen fluminis.

His Trebiæ verbis pœnæ laudes exprimit Scipionis.

Vulcanus à
Venere rogatus
Trebiam scipioni
inensum,
incendio re-
pressit.

Talin' me letho tanta inter prælia nuper
 Servastis? fortune animam hanc excindere dextra
 Indignum est visum? redde ò me nate periclis,
 Redde hosti, liceat bellanti arcessere mortem,
 Quam patriæ, fratriq; probem. tum percita dictis
 Ingenuit Venus, & rapidas detrusit in annem
 Coniugis inuicti vires, agit vndiq; flammam
 Dispersus ripis ignis, multosq; per annos
 Nutritas fluvio populatur feruidus vndas.
 Vritur omne nemus, lucosq; effusus in altos
 Immissis crepitat victor Vulcanus habenis.
 Iamq; ambusta comas abies, iam pinus, & alni:
 Iam solo restans trunco, dimisit in altum
 Populus, assuetas ramis habitare volucres,
 Flamma vorax imo penitus de gurgite tractos
 Absorbet latices, senosq; urgente vapore
 Siccus inarescit ripis cruor, horrida late
 Scinditur in rimas, & hiatu rupta dehiscit
 Tellus, ac stagnis altæ sedere favilla.
 Miratur pater æternos cessare repente
 Eridanus cursus, nympharumq; intima mæstus
 Impletit chorus attonitis vlvatibus antra.
 Ter caput ambustum conantem attollere iacta
 Lampade Vulcanus mersit fumantibus vndis.
 Ter correpta dei crines nudavit arundo.
 Tum demum amissæ vires, & voce precantis,
 O rantiq; datum ripas servare priores.
 Ac tandem à Trebia renocavit Scipio fessas
 Munitum in collem Graccho comitante cohortes.

Scipio &
Gracchus in
colle aditu
se recipiunt.

At Pænus multo fluvium veneratus honore
 Gramineas vndis stravit socialibus aras.
 Nescius heu quanto superi maiora mouerent,
 Et quos Ansoniæ luctus Thrasimene parares.
 Boiorum nuper populos turbauerat armis
 Flaminius, facilisq; viro tum gloria belli
 Corde senem, atq; astus inopem contundere gentem.
 Sed labor haud idem Tyrio certasse tyranno.
 Hunc lenis vrbi genitum ad fatalia damna
 Ominibus, parat imperio Saturnia fesso
 Ductorem, dignumq; virum veniente ruina.
 Inde vbi prima dies iuris, clauumq; regendæ
 Inuasit patriæ, & sub nutu castra fuere,
 Vt pelagi rudis, & pontum tractare per artem
 Nescius, accepit miseræ si iura carinæ,
 Ventorum tenet ipse vicem, cunctisq; procellis
 Dat iactare ratem, fertur vaga gurgite puppis
 Ipsius in scopulos dextra impellente magistri.
 Ergo agitur raptis præcepis exercitus armis
 Lydorum in populos, sedemq; ab origine prisca
 Sacratam Corithi, iunctosq; à sanguine auorum
 Meonios Italis permixta stirpe colonos.
 Nec regem Aphrorum noscenda ad cepta moratur
 Laude super tanta monitor deus: omnia somni
 Considerant, ægrisq; dabant oblinia curis,
 Cum Iuno in stagni iuuenem conuersa propinqui,
 Et madide frontis crines circumdata fronde
 Populea stimulat subitis præcordia curis,
 Ac rumpit ducis haud spernenda voce quietem.

Hannibal
 Trebiæ cres
 Etis aris sa-
 crificat.

Hinc trāsit
 poeta ad
 Flāminij pu-
 gnā cum
 Hanniba.
 apud lacum
 Thrasime
 nū ifeliciter
 cōmissam, &
 eo prælio ip-
 se cū 15 mi-
 libus occu-
 buit.
 Flāmini^o ru-
 di & imper-
 rito gubers
 natori como
 paratur.

Iuno in for-
 mā Thrasia
 meni cōuersa
 sa, Hāniba-
 lē hortatur
 pergere ad
 lacum suū.

SIL. ITAL.

vbi sit pro-
fligaturus
flamini um

Descriptio
Appennini
in cui⁹ trāso
itu Hānibal
nimio frigo
re alterum
oculū amisit

O felix fame, & Latio lachrymabile nomen
Hannibal, Ansonia si te fortuna creasset
Ad magnos venture deos, cum fata tenemus,
Pelle moras: brevis est magni fortuna fauoris.
Quantum vouisti cum Dardana bella parenti
Iurares, fluet Ansonio tibi corpore tantum
Sanguinis, & patrias satiabis cadibus umbras.
Nobis persolues merito securus honores.
Nanq; ego sum celsis, quem cinctum montibus ambo
Tmolo missa manus, stagnis Thrasimenus opacis.
His agitur monitis, & letam numine pubem
Protinus aërij præceps rapit aggere montis,
Horrebat glacie saxa inter lubrica, summo
Piniferum celo miscens caput Appenninus.
Condiderat nix alta trabes, & vertice cello
Canus apex stricta surgebat ad astra pruina.
Ire iubet, prior extingui, labiq; videtur
Gloria post Alpes, si stetur montibus vllis.
Scandunt prærupti nimboſa cacumina saxi,
Nec superasse iugum finit, mulcētq; laborem.
Plana natant, putriq; gelu, linquentibus vudis
Inuida limosa restagnant arua palude.
Iamq; ducis nudus tanta inhospita vertex
Scuitia quatitur cæli, manante per ora,
Pérq; genas, oculo facilis spreuisse medentes.
Optatum bene credit emi quocunq; periclo
Bellandi tempus, non frontis parcat honori,
Dum ne perdat iter, non cætera membra moratur
In pretium belli dare, si victoria poscat.

Sãtq̃ putat lucis Capitolia cernere victor
 Quã queat, atq̃ Italum feriat quã comminus hostem.
 Tãlia perpeffi tandem inter seua locorum
 Optatos venere lacus, vbi deinde per arma
 Numeret amissi numerosa piacula visus.
 Ecce autem patres aderant Carthagine missi.
 Causa viæ non parua viris, nec leta ferebant.
 Mos fuit in populis, quos condidit aduena Dido
 Poscere cæde deos veniam, ac flagrantibus aris
 (Insandum dictu) paruos imponere natos.
 Vrna reducebat miserandos annua casus,
 Sacra Thoanteæ, ritusq̃ imitata Dianæ.
 Cui fato sortiq̃ deũm de more petebat
 Hannibalis prolem discors antiquitus Hanno.
 Sed propior metus armati ductoris ab ira,
 Et magna ante oculos stabat redeuntis imago
 Aspar, ad hæc fœdata genas, laceratãq̃ crines,
 Atq̃ vrbe[m] complet mœsti clamoris Imilce.
 Adonis vt Pangæa super Trieteride mota
 Itinga, & inclusum suspirat pectore Bacchum,
 Ego inter Tyrias, facibus cen subdita, matres
 Clamat io coniux, quocunq̃ in cardine mundi
 Bella moues, huc signa refer, violentior hic est,
 Hic hostis propior, tu nunc fortasse sub ipsis
 Vrbis dardaniæ muris vibrantia tela
 Excipis intrepidus clypeo, seuãmq̃ coruscans
 Lampada, Tarpeis infers incendia tectis.
 Interea tibi prima domus, atq̃ vnica proles
 Hæc in gremio patriæ stygias raptatur ad aras.

Cũ ad Thra
 simenam ca
 strametat⁹
 esset Hannã
 bal, ecce le
 gati veniunt
 Carthagine
 nuntiantes
 peti hostiã
 dijs Punicis
 eius filiu, o
 dio & ope
 ra præcipue
 Hannonis,
 patrestamẽ
 suo permits
 tere arbi
 trio, parere
 velit necne.
 quibus re
 spondit se
 dijs patrijs
 ex nomine
 & sanguie
 romano lã
 ge præstan
 tiores victis
 mas immo
 laturum.
 Imilcẽ vxor
 em Hãni.
 metu nefãdi
 sacri, quod
 parabatur
 filio, amẽtẽ
 comparat
 Bacchis fu
 rentibus,

SIL. ITAL.

Inunc Ansonios ferro populare penates,
 Et vetitas molire vias, si pacta resigna
 Per cunctos iurata deos, sic præmia reddit
 Carthago, & tales iam nunc tibi vonit honores.
 Quæ porro hæc pietas, delubra aspergere tabo?
 Heu prima scelerum causæ, mortalibus ægris
 Naturam nescire deum, iusta ite precari
 Thure pio, cædumq; feros auertite ritus.
 Mite & cognatum est homini deus, hæctenus, oro
 Sit satis ante aras cæsos vidisse iuencos,
 Aut si velle nefas superos, fixumq; sedetq;
 Me, me, quæ genui, vestris assumite votis.
 Cur spoliare iuuat Libycas hac indole terras?
 An flendæ magis Egates, & mersa profundo
 P unica regna forent, olim si forte cruenta
 E sset tanta mei virtus prærepta mariti?
 Hæc dubios vario diuûmq; hominûmq; timore
 Ad cauta illexere patres, ipsiq; relictum
 Abnueret sortem, an Superum pareret honori.
 Tum vero trepidare metu, vix compos Imilce
 Magnanimi metuens immitia corda mariti.
 His anide auditis ductor, sic deinde profatur:
 Quid tibi pro tanto non impar munere soluat
 Hannibal æquatus Superis? quæ præmia digna
 Inueniam Carthago parens? noctemq; diemq;
 Arma feram, templisq; tuis hinc plurima faxo
 Hostia ab Ansonio veniat generosa Quirino.
 At puer armorum, & belli seruabitur heres,
 Spes ò nate meæ, Tyriarumq; vnica rerum,

Hannibalis
 respõsio ad
 legatos.

Hesperia minitante salus, terrâq; fretôq;
 Certare Æneadis, dum stabit vita, memento.
 Perge, patent Alpes, nostrôq; incumbe labori.
 Vos quoq; dij patrij, quorum delubra piantur
 Cedibus, atq; coli gaudent formidine matrum,
 Huc letos vultus, totâsq; aduertite mentes.
 Namq; paro sacra, & meliores molior aras.
 Tu Mago aduersi conside in vertice montis.
 Tu lenos propior colles accede Choaspe.
 Ad claustra, & fauces ducat per opaca Sychæus.
 Ast ego te Thrasimene vago cum milite præcep
 Lustrabo, & Superis quæram libamina belli.
 Namq; haud parua deus promissis spondet apertis.
 Quæ spectata viri patriam referatis in urbem.

HERMANNI BVSCHII PASIPHII
 si argumentum in librum quintum.

a Pparat hic pugnam, superisq; vetâtibus audax
 Flâminius Tyrio Thrasimene ad stagna tyrânno
 Congreditur, quannis prudens Cornine futuri
 Orates dominæ per Dardana mœnia Romæ
 Cederet vt fatis paulum, ominibusq; sinistris.
 Sed pœnam meruit, proq; his temerarius ausis
 Occubuit, diro telorum oppressus in aruo
 Agmine. multa tamen letho dedit ante virorum
 Corpora, & inferias nigrum sibi misit ad orcum.
 Inter quos strieto cecidit mucrone sichæus
 Filius Hasdrubalis. At postquam pugna quieuit.

SIL. ITAL.

Funere Flammini, victor Magone sequente
 Exiit ad cæsos, armisq; minisq; retentis,
 Pectoribusq; solum sternentes reperit omnes.

SILII ITALICI PVNICORVM
 liber quintus.

Œperat Hetruscos occulto milite
 colles

c Sidonius ductor, p̄r̄q; alta silētia
 noctis

Sylvarum anfractus cæcis insede-
 rat armis.

At parte è leua restagnans gurgite vasto
 Effigiem in pelagi lacus exundabat, inerti
 Et late multo fædabat proxima limo,

Thrasime-
 nus lacus à
 Thrasime-
 no Tyrre-
 ni, eò ex Ly-
 dia profecti
 filio dictus:
 què Agylle
 nympha es
 ius amore
 accensa, ra-
 puit.

Que vada fannigenæ regnata antiquitus Anno,
 Nunc voluente die Thrasimeni nomina seruant.
 Lydius huic genitor Tmoli decus, æquore longe
 Mæoniam quondam in Latias aduexerat oras.
 Tyrrhennus pubem, dederatq; vocabula terris.
 Isq; insueta tuba monstravit murmura primis
 Gentibus, & bellis ignaua silentia rupit.
 Nec modicus voti, natum ad maiora fonebat.
 Verum ardens puero, castumq; exuta pudorem
 (Nam forma certare deis Thrasimene valeres)
 Littore correptum stagnis demisit Agylle
 Flore capi inuennum primo lubrica mentem
 Nympha, nec Idalia lenta incaluisse sagitta.

Sollicitæ viridi penitus fouere sub antro
 Naiades, amplexus vndosâq; regna trementem.
 Hinc dotale lacus nomen, latèq; hymenæo
 Conscia lasciuo, Thrasimennus dicitur vnda.
 Et iam curriculo nigram nox roscida metam
 Stringebat, nec se thalamis Tithonia coniux
 Protulerat, stabâtq; nitens in limine primo.
 Cum minus annuerit noctem desisse viator,
 Quam cœpisse diem, Consul carpebat iniquas
 Prgrediens signa ipsa vias, omnisq; ruebat
 Mixtus eques, nec discretis lenia arma manipulis,
 Insertiq; globo pedites, & inutile Marti
 Lixarum vulgus, præfago cuncta tumultu
 Implere, & pugnam fugientum more petebant.
 Tum super ipse lacus densam caligine cæca
 Exhalans nebulam, late corruerat omnem
 Prospectum miseris, atq; atræ noctis amictus
 Squalabat pressum picea inter nubila cælum.
 Nec Pœnum liquere doli sedet ense reposto
 Abditus, & nullis properantem occursibus arcet
 Incustoditum mox irremeabile littus.
 Namq; sub angustas arctato limite fauces
 In fraudem ducebat iter, geminûmq; receptis
 Exitium, hinc rupes, hinc vndæ claustra premebant.
 At contra vmbroso seruabant vertice montis
 Hostilem ingressum, refugos habitura sub icetu.
 Hand secus, ac vitreas solers piscator ad vndas,
 Ore leuem patulo texens de vimine nassam
 Cantius interiora ligat, mediâmq; per aluum
 h. ij.

Angustie la-
 corum, in
 quibus circû
 uentos Ro-
 memorabili
 clade affecti
 hostis.

Perelegans
 cõparatio.

S I L I T A L .

Sensum fastigans, compressa cacumina neclit,
 Ac fraude arctati remeare foraminis arcet
 Introitu facilem, quem traxit ab equore, piscem.
 O cyus interea propelli signa iubebat
 Excussus Consul fatorum turbine mentem:
 Donec flammiferum tollentes equore currum
 Solis equi sparsere diem, iamqz orbe renato
 Diluerat nebulas Titan, sensimqz fluebat
 Caligo in terras nitido resoluta sereno.

Prodigia
 eladem Elā
 minio poro
 tendentia.

Tunc ales, priscum populis de more Latinis
 Auspicium, cum bella parant, mentesqz deorum
 Explorant super euentu, ceu præsicia luētus
 Damnanit vesci, planctūqz alimenta refugit.
 Nec rauco taurus cessauit (flebile) ad aras
 Immugire sono, pressamqz ad colla bipennem
 Incerta cernice ferens, altaria liquit.

signa euelli
 diu nō po-
 tuere, & cū
 vix tandem
 euulsa suis
 sent, insecu-
 tus est teter
 cruor, triste
 omen futu-
 re cladis.
 Exiit &
 terramotus,
 & ictus ars
 sit fulmine
 Thrasime-
 nus.

Signa etiam effusa certant dum vellere mole,
 Teter humo lacera nitentum erupit in ora
 Exultans cruor, & cædis documenta future
 Ipsa parens miseris gremio dedit atra cruento:
 Ac super hæc diuū genitor, terrasqz, fretūqz
 Concutiens tonitru, Cyclopum rapta caminis
 Fulmina, Tyrrhenas Thrasimeni torsit in vidas:
 Littus & atherea per stagna patentia flamma
 Fumavit lacus, atqz arserunt fluctibus ignes.
 Heu vani monitus, frustraqz morantia Parcas
 Prodigia: heu fatis Superi certasse minores.
 Atqz hic egregius lingue, nomēqz superbū
 Coruinus, Phæbea sedet cui casside fulua

Ostentans ales proavite insignia pugnae,
 Plenus & ipse deum, socium terrente pauore
 Immiscet precibus monita, atq; his vocibus infit:
 Iliacas te per flammam, Tarpeiâq; saxa,
 Per patrios Consul muros, suspensâq; nostræ
 Euentu pugnae natorum pignora, cedas
 Oramus Superis, tempusq; ad prælia dextrum
 Opperiare, dabunt iidem tempusq; diemq;
 Pugnandi, tantum, ne dedignare secundos
 Expectare deos, cum fulserit hora, cruentam
 Que stragem Libye poscet, tum signa sequentur
 Nulla vulsa manu, vesciq; interritus ales
 Gaudet, nullosq; vomet pia terra cruores.
 An te præstantem bellis fugit, improba quantum
 Hoc possit fortuna loco? sedet obuius hostis
 Adversa fronte, ac circa nemorosa minantur
 Insidias inga, nec læna stagnantibus undis
 Effugium patet, & tenui stant tramite fauces.
 Sit certare dolis, & bellum ducere cordi.
 Interea rapidis aderit Sernilius armis,
 Cui par imperium, & vires legionibus æque.
 Bellandum est astu. lenior laus indice dextræ.
 Talia Corninus, primoresq; addere passim
 Orantum verba, & diuisus quisq; timori
 Nunc superos de Flamminio, nunc deinde precari
 Flamminium, ne cælicolis contendere perstet.
 Acris hoc accensa ducis surrexerat ira.
 Auditâq; furens socias non defore vires
 Siccine nos, inquit, Boiorum in bella ruenteis
 h. iij.

Cornini præces, quibus
 obtestatur
 Flamminium
 ne vetanti-
 bus auspicijs
 pugnam ince-
 at, sed di-
 gnetur pro-
 speriora ex-
 pectare pos-
 gnâdi fata.

Temeritas
 Flaminijs mo-
 nitus Corni-
 ni & alios
 rum exarsit
 violentius.
 Verba eius,
 dem, quibus

S I L I T A L.

contra dis- Spectastis, cum tanta lues, vulgusq; tremendum
 suasionem Ingrueret, rupesq; iterum Tarpeia paueret?
 amicorū, & Quas ego tunc animas, dextra que corpora fuda
 rei bellicae Quas ego tunc animas, dextra que corpora fuda
 peritia, & Irata tellure sata, & vix vulnere vitam
 praeferita Reddenteis imo? iacuerent ingentia membra
 de Bois imo Per campos, magnisq; premunt nunc ossibus arua.
 manib; bar- Sic licet has sera ad laudes Servilius arma
 baris victo- A diungat, nisi diuiso vicisse triumpho
 ria, arguit Ut nequeam, & decoris contentus parte quiescam.
 esse pugna- Quippe monent superi, similes ne fangite vobis
 idē, proinde Classica qui tremitis, diuos, sat magnus in hostem
 quiescat ti- C lassica qui tremitis, diuos, sat magnus in hostem
 midis simi- Augur adest ensis, pulchrumq; & milite dignum
 les fingere A uspicium Latio, quod in armis dextera praestat.
 deos, vnum A n̄ Coruine sedet, clausum se Consul inert
 & dignum V t teneat vallo, Pœnus nunc occupet altos
 milite Ro- A rreti muros, Corithi nunc diruat arcem?
 mano auspi- Hinc Clusina petat, postremo ad mœnia Romae
 cium credat Illesus contendat iter? deforme sub armis
 animum & V ana superstitione, dea sola in pectore virtus
 gladium. Bellantum viget, umbrarum me noctibus atris
 Agmina circumstant, Trebiae qui gurgite, quiq;
 Eridani voluuntur aquis, inhumata iuuentus.
 Nec mora, iam medio cœtu, signisq; sub ipsis
 Postrema aptabat nulli exorabilis arma.
 & re, atq; equorei tergo flauente iuuenti
 Cassis erat munita viro, cui vertice surgens
 Triplex crista, iubas effundit crine suo:
 Scylla super fracti contorquens pondera remi
 Instabat, senosq; canum pandebat hiatus

scylla pro
 insigni ga-

Nobile Gargani spoliū, quod rege superbus
 Boiorum caeso capiti illacerabile victor
 A ptarat, pugnasq; decus portabat in omneis
 Lorica induitur: tortos huic nexilis hamos
 Ferro squama rudi, permixtoq; asperat auro.
 Tum clypeum quatit, aspersum quem cædibus olim
 Celticus ornat crur, humentiq; sub antro
 Ceu foetum lupa permulcens puerilia membra,
 Ingentem Assarici caelo nutriebat alumnum.
 Hinc ense lateri, dextraq; accommodat hastam.
 Stat sonipes, vexatq; ferox humentia frena,
 Caucasiam instratus virgato corpore tigrim:
 Inde exceptus equo, quæ dant angusta viarum
 Nunc hos, nunc illos adit, atq; hortatibus implet.
 Vestrum opus est, vestrumq; decus, suffixa per urbem
 Pæni ferre ducis spectanda parentibus ora.
 Vnum hoc pro cunctis sat erit caput. aspera quisq;
 Hortamenta sibi referat, meus heu, meus acris
 Ticini frater ripis iacet, ac meus alta
 Metitur stagna Eridani sine funere natus.
 Hæc sibi quisq;: sed est vestrum cui nulla doloris
 Priuati rabies, is vero ingentia sumat
 E medio, fodiant quæ magnas pectus in iras,
 Per fractas Alpes, passamq; infanda Sagunthum,
 Quisq; nefas vetiti transcendere nomen Iberi,
 Tangere iam Tybrin. nam dum vos augur, & extis
 Quæ sitæ fibra, vanusq; moratur aruspex
 Solum iam superest Tarpeio imponere castra.
 Turbidus hæc, visq; arctis in millibus atras
 b. iiii.

læ gestasse
 Flaminium.

Fla. exhortatio ad pugnam, quæ vestrum hæc quisque sibi proponat, inquit, quibus præcipue ad fortitudinē commoueatur, hic fratrem amissū, ille filium repascat, Cui vero priuatus dolor nullus, is fœdera violata, euersā sagittā, illatum contra ius fœsq; Italia bellum fremat, & indignetur.

SILITAL.

Opima spo- Bellatore tubas aptante, est Orphite munus;
 lia sunt so- Est, ait, hoc certare tuum: quis opima volenti
 lū, quæ dux Dona Ioui portet pheretro suspensa cruento?
 duci detra- Nam cur hæc alia pariatur gloria dextra?
 xit, quomo- Hinc prouectus equo, postquam inter prælia, notam
 do igitur Orphitū hic A ccepit vocem, procul hinc te Martius, inquit,
 ad ea Cōsul animabit on M urrane ostendit clamor, videoq; furentem
 ius aspicio I am Tyria te cæde: venit laus quanta: sed oro
 res nō gere H æc angusta loci ferro patefacta relaxa,
 retur? Vnde hic Orphitū T um Soracte satum præstantem corpore, & armis
 nō militem Sed equum & quantum noscens, patrio cui ritus in aruo
 Cōsulis acci Cum pius arcitenens accensis gaudet acernis
 pio, vt su- E xta ter innocuos late portare per ignes,
 pra Garga nus nomen Sic in Apollinea semper vestigia pruna
 legitur e- I nuiolata teras, victorq; vaporis, ad aras
 qui scipio- Dona serenato referas solennia Phæbo.
 nis. Allo- Concipe, ait, dignum factis Equane furorem,
 quens itaq; V ulneribusq; tuis, socio te cædis, & ira,
 equum sus- Non ego Marmaridum mediam penetrare pbalangē,
 um Flam. C inyphiæq; globos dubitarim irrupere turme.
 scipsum ad N ec iam ultra monitus, & verba morantia Martem
 hoc decus ex hortatur di- Ferre valet, longo Cneadis quod flebitur æno.
 rens, Nā cur I ncrepuere simul feralia classica signum.
 hæc alia pa- A t tuba terrificis fregit stridoribus auras.
 riatur glo- H eu dolor, heu lachrymæ, nec tot post secula seræ.
 ria dextra, Horresco vt pendente malo, ceu ductor ad arma
 nepe quàm E xcitet Tyrius, latebrosis collibus Astur,
 mea? E t Libys, & torta Balearis sænus habena,
 sacrum hoc H erumpunt multūsq; Maces, Garamasq; Nomásq;
 non Appol- strabo di-

Tum quo non alius venalem in praelia dextram
 Ocyor attulerit, conductaq; bella probarit,
 Cantaber, & galeæ contempto tegmine Vasco.
 Hinc pariter rupes, lacus hinc, hinc arma, simulq;
 Consona vox vrget, signum clamore vicissim
 Per colleis Tyria circumfundente corona.
 Avertere dei vultus, fatiq; dederunt
 Maiori non sponte locum: timet ipse tyranni
 Fortunam Libyci Manors, disiectaq; crinem
 Illachrymat Venus, & Delum peruectus Apollo
 Tristem mœrenti solatur pectine luctum.
 Sola Appennini residens in vertice, duras
 Expectat cædes inimico pectore Inno.
 At velut erepto metuendi libera celo
 Ipsa suis manibus præsumpta piacula mittens,
 Inferias mactat bellis accensa inuentus.
 Primæ Picentum (rupto cen turbine) fusa
 Agmina, & Hannibalem ruere vt videre cohortes,
 Inuadunt vltro, & pœnas pro morte futura
 Turbato victore petunt, Martemq; reposcunt.
 Funditur vnanimò nisu, & concordibus ausis
 Pisorum in Pœnos nimbus, fixosq; repulsi
 Submittunt clypeos curuati pondere teli.
 Acrius hoc rursus Libys, & præsentia sæni
 Extimulat ducis, hortantes se quisq; vicissim
 Incumbunt, pressoq; impellunt pectore pectus.
 Ipsa facem quatiens, ac flauam sanguine multo
 Sparsa comam, medias acies Bellona pererrat:
 Stridit tartaræ nigro sub pectore dinæ

cens: eius nã
 mine affla
 tos, nulla le
 sione nudis
 pedibus per
 ardentes pru
 nas incede
 re solitos.
 Ceteris dijs
 oculos à tã
 ta cæde Ra
 manorum
 auertitib?
 sola Inno eã
 ex Appeni
 ni vertice
 læta specta
 nit.

Fortis pu
 gna Picen
 tũ, non sine
 vltionis so
 latio moriẽ
 tium.

IL. ITAL.

Lethiferum murmur, feraliq; horrida cantu
 Buccina, lymphatas agit in certamina mentes.
 His iras aduersa fouent, crudusq; ruente
 Fortuna stimulus, spem proieciſſe salutis.
 Hos dexter deus, & lato victoria vultu
 Arridens acuit, Martisq; fauore fruuntur.
 Arraptus pulchro cadum Lateranus amore
 Dum ſequitur dextrā, i medios penetrauerat hoſteis.
 Quem poſtquam florens equali Lentulus auro
 Conſpexit, nimium pugnae, nimiumq; cruoris
 Infeſtas inter non equo Marte cateruas
 Fata irritantem, niſu ſe concitat acri,
 Immitēmq; Bagam, qui iam vicina ferebat
 Vulnere pugnantis tergo, velocior haſta
 Occupat, & ſocium duris ſe caſibus addit.
 Tunc alacres arma agglomerant, gemināq; coruſca
 Fronte micant, paribus fulgent capita ardua criſtis.
 Aētus in aduerſos caſu (nanq; obuia ferre
 Arma quis auderet? niſi quem deus ima coſentum
 Damnaſſet ſtygiae nocti) praefracta gerebat
 Syrticus excelſo decurrens robora monte,
 Et quatiens acer nodofi pondera rami,
 Flaſcibat geminae nequicquam cedis amore.
 Non hic Egates, infidāq; littora nautis
 Oiuuenes, motūmq; nouis ſine Marte procellis
 Fortunam bello pelagus dabit: equoris olim
 Victores, media ſit qualis diſcite terra
 Bellator Libys, & meliori cedite regno.
 Ac ſimul infeſto Lateranum vulnere trunca

Romanos
 neceſſitas
 & deſpera
 tio, Pænos
 ſpes victo-
 ria acuebat

Laterani
 & Lentuli
 ardor i pu-
 gna.

Syrtici con-
 uitia in La-
 teranū &
 Lētulum, à
 quo dum in
 Lateranum
 inſurgit cōs
 foditur.

Arboris vrgebat iungens conuitia pugne.
 Lentulus hic frendens ira: Thrasimennus in altos
 Ascendet citius colleis, quàm sanguine roret
 Iste pio ramus, subsidens Ilia nisi
 Conantis suspensa fodit: tum feruidus atro
 Pulmone exundat per hiantia viscera sanguis.
 Nec minus accensis in mutua funera dextris
 Parte alia campi senit furor, altus Hiertes
 Otruncat Nerium, Rullo ditissimus agri
 Occumbis generose Volunx, nec clausa repostis
 Pondera thesauris, patrio nec regia quondam
 Prafulgens ebore, & possessa mapalia soli
 Profuerint: quid rapta iuuant? quid gentibus auri
 Nunq̃ extincta sitis? modo quem fortuna fouendo
 Congestis opibus, donisq̃ referfit opimis
 Nudum tartarea portauit nauita cymba.
 Iuxta bellator inuenilibus Appius ausis
 Pandebat campum cede: atq̃ vbi plurima virtus,
 Nulliq̃ aspirare vigor, decus inde petebat.
 Omnibus huic Atlas, à sanguine clarus Ibero
 Nequicquam extrema longinquus cultor arene
 Impetit os hasta, leuiterq̃ è corpore summo
 Degustat cuspis generosum extrema cruorem.
 Intonnere minæ, violentaq̃ lumina flammis
 Exarsere nouis, furit, & diffulminat omnem
 Obstantum turmam, & clausum sub casside vulnus
 Martia commendat mananti sanguine membra.
 Tum vero aspiciens pauitantem, & condere semet
 Nitentem socijs inuenem, cen tigride cerna

Appij laus?
 hoc prelio,
 & Atlas, ac
 Isalces Ci-
 nyphius atq̃
 eodem cæsi.

Comparatio?

SIL. ITAL.

Hircana cum pressa tremit, vel territa pennas
 Colligit accipitrem cernens in nube columbat
 Aut dumos subit, albenti si sensit in æthra
 Librantem visus aquilam lepus ore citato.
 Ense ferit tum colla viri, dextramq; micantem
 Demetit, ac mutat successu senior hostem.
 Stabat fulgentem portans in bella bipennem
 Cinyphius: soceriq; miser Magonis inire
 Optabat pugnam ante oculos, spe laudis Isalces
 Sidonia tumidus sponsa, vanòq; superbus
 Fœdere promissæ post Dardana prœlia tede.
 Huc immittit ouans violentas Appius iras,
 Conantiq; grauem fronti librare securim,
 Altior insurgens, galeam super exigit ietum,
 Et fragilis valido conamine soluitur ensis
 Ere in Cinyphio: nec dispar sortis Isalces
 Vmbonem incerto detorsit futilis ietu.
 Tum quod humo haud vnq; valuisset vellere saxum,
 Ni vires trux ira daret, torquebat anhelans
 Appius, & lapsu resupina in terga cadentem
 Mole premit scopuli, perfractisq; ossibus vrget.
 Vidit coniuncto miscens certamina campo
 Labentem socer, & lachrymæ sub casside fuisse
 Cum gemitu, rapidusq; ruit: data fœdera nuper
 Accendunt animos, expectatiq; nepotes.
 Iamq; aderat, clypeumq; viri, atq; immania membra
 Lustrabat visu, propiorq; à fronte corusca
 Lux galeæ sanas paulum tardauerat iras.
 Haud secus è specula præceps delatus opaca

Mago visa
 rede Isal-
 cis, aduolat
 in vltionem
 perempti.

Cōparatio.

Subsidiens campo summissos contrahit artus,
 Cum vicina trucis conspexit cornua tauri,
 Quamuis longa fames stimulet leo: nunc ferus alta
 Surgentes cervice toros, nunc torua sub hirta
 Lumina miratur fronte, ac iam signa mouentem,
 Et sparsa pugnas meditantem spectat arena.
 Hic prior intorquens telum sic Appius infit:
 Siqua tibi pietas ictum ne desere fœdus,
 Et generum comitare socer. per tegmina velox
 Tunc, erisq; moras, læuo stetit hasta lacerto.
 At contra non dicta Libys, sed feruidus hastam
 Perlibrat, magni donum memorabile fratris:
 Cæso quam victor sub mœnibus ille Sagunthi
 Abstulerat Durio, ac spectatæ nobile pugnae
 Germano dederat portare in prælia pignus
 Telum ingens, perq; arma viri, perq; ora, doloris
 Adiutum nisu, lethalem protulit ictum:
 Exanguesq; viri conantis vellere ferrum
 In vulnus cecidere manus: iacet æquore nomen
 Clarum Meonio, atq; Itale pars magna ruinae
 Appius: intremuere lacus, corpusq; refugit
 Contractis Thrasimenus aquis: telum ore cruento
 Expirans premit, atq; admorse immurmurat haste.
 Nec fati melior Mamercus, corpore toto
 Exsoluit pœnas, nulli non saucius hosti.
 Namq; per aduersos, qua Lusitana ciebat
 Pugnas dira manus, raptum cum sanguine cæsi
 Signiferi, magna vexillum mole ferebat,
 Et trepida infelix renocabat signa suorum.

Mago vul-
 neratur ha-
 sta, sinistra
 brachio in-
 fixa.

Appij inte-
 ritus.

Mamercum
 Lusitani, cœ-
 so ipsorū si-
 gnifero, ere-
 ptū sibi ab
 eo vexillum
 furentes, cō-
 iectis vndi-
 que telis op-
 pressere.

S I L. I T A L.

Sed furiata cohors, ansisq; accensa superbis
 Quodcumq; ipsa manu gestabat missile, quicquid
 Præbebat tellus sparsis vix peruia telis
 Iniecit pariter, pluresq; in corpore nullo
 Unius hæserunt Romani militis haste.

Hannibal
 audito vul-
 nere fra-
 tris, accur-
 rens in cas-
 tra eū re-
 ferri, & vul-
 nus obliga-
 ri iussit.

Synali me-
 dici vulnera
 rij in castris
 Hannibalis
 præstata i
 curadis vul-
 neribus, à
 Synalo quo
 dâ vetusto
 Hamonis co-
 mitæ oriundi.

A duolat interea fraterni vulneris ira
 Turbatus Libyæ ductor, visq; cruore,
 Num lateri cuspis, num toto pondere telum
 Sedisset, fremuitq; amens, sociosq; rogabat.
 Vtq; metum lethi procul, & leniora pavore
 Cognovit, proprio tectum gestamine præcepit,
 Ex acie rapit, & tutis à turbine pugna
 Constituit castris: medicas hinc ocyus artes,
 Et senioris opem Synali vocat: vngere vulnus
 Herbarum hic succis, ferrumq; è corpore cantu
 Exigere, & somnum toto misisse chelydro
 Anteibat cunctos, noménq; erat inde per vrbes,
 Pérq; Parethonia celebratum littora Syrtis.
 Ipse olim antiquo primum Garamanticus Hammon
 Scire pater dederat Synalo, morsusq; ferarum,
 Telorumq; graues ictus sedare medendo.
 Atq; is deinde suo moriens, caelestia dona
 Monstrarat nato, natúsq; hæredis honori
 Transmisit patrias artes: quem deinde sequutus
 Haud lenior fama Synalus, Garamantica solers
 Monstrata augebat studio, multaq; vetustum
 Hammonis comitem numerabat imagine patrem.
 Tum proavita ferens, leni medicamina dextra
 Ocyus intortos de more astrictus amictus,

Mulscebat lymphâ purgatum sanguine vulnus.
 At Mago exuvias secum, cæsiq; volutans
 Hostis mente necem, fraternas pectore curas
 Pellebat dictis, & casum laudè lenabat:
 Parce metu germane, meis medicamina nulla
 Aduersis maiora feres: iacet Appius hasta
 Ad manes pulsus nostra, si vita relinquat,
 Sat nobis actum est, sequar hostem letus ad umbras.
 Que, dum turbatos auertunt equore campi
 Ductores, vallôq; tenent ex agmine Pœnum,
 Cedentem Consul tumulo speculatus ab alto,
 Atq; atram belli castris se condere nubem,
 Turbidus extemplo trepidantis milite mœsto
 Inuadit cuneos, subitoq; pauore relaxat
 Lam rarefcenteis acies, tum voce feroci
 Pœscit equum, ac mediæ ruit in certamina vallis.
 Sic ubi torrentem crepitanti grandine nimbum
 Illidit terris, molitus Iuppiter, altas
 Fulmine nunc Alpes, nunc mixta Ceraunia cælo.
 Intremuere simul tellus, & pontus, & æther,
 Ipsaq; commoto quatiuntur tartara mundo.
 Incidit attonitis inopino turbine Pœnis
 Haud secus improvisa lues, gelidusq; sub ossa
 Peruasit miseris conspectus Consulis horror.
 Et medius, ferrôq; ruens densissima, latum
 Pandit iter, clamor vario discrimine vocum
 Fert belli rabiem ad Superos, & sidera pulsat.
 Ceu pater oceanus cum senior æthere, Calpen
 Herculeam ferit, & exesa in viscera montis

Magois verba ad Hannib. quibus ait etiã & quo animo se moriturũ post Appij cædẽ, quã sibi tãtè laudè ducat, vt ea illã suã facile consolatetur aduersitatẽ. Consul vt Hannibalem curãdo fratris vulneri castris succedere vidit deserta iterum pygna ipse i hostes inopinato irruit, quẽ sic ruentem Poeta cõparat Ioui Alpes siue Ceraunia fulmine deiciẽti. Ceraunia montes Epiri sũt, à crebris fulminibus quib; infestantur dicti.

SIL. ITAL.

Clamor pugnantium
 Oceanifragoribus
 conparatur se
 nientium pro
 cellis veto
 rum tumefacti.
 Tartessus in
 Hispania est,
 Lixus in Africa
 verus Mauritaniam.
 Occidit Bogus,
 qui ad Ticinum Augurium
 Han. interpretatus
 primam hastam in
 Romanos contorsit.
 Basagum quod
 Libonem obrucaverat
 suo ipsius exemplo
 Flaminii obtruncat.

Contortum pelagus, latrantibus ingerit undis.
 Dant gemitum scopuli, fractasque in rupibus undas
 Audit Tartessos latis distermina terris.
 Audit non paruo diuisus gurgite Lixus.
 Ante omneis iaculo tacitas fallente per auras
 Occumbit Bogus, infanctum qui primus ad amnem
 Ticini, rapidam in Rutulos contorserat hastam.
 Ille sibi longam Clotho, turbamque nepotum
 Crediderat, vanis deceptus in alite signis.
 Sed non augurio Parcarum impellere metas
 Concessum cuiquam, ruit inter tela cruentis
 Suspiciens oculis celum, superosque reposcit
 Tempora promissa media iam morte senectæ.
 Nec Basago exultare datur, ne impune relictum
 Consulis ante oculos victum spoliasse Libonem.
 Laurigeris decus illud auis, vanaque inuenta
 Florebat: sed Massylus succiderat ensis
 Pubescente caput mala, properoque virentes
 Delerat letho bellator barbarus annos.
 Flaminium implorasse tamen iam morte suprema
 Haud frustra fuit: auulsa est nam protinus hosti
 Ore simul ceruix, iuuat punire feroci
 Victorem exemplo, monstratum reddere lethum.
 Quis deus o Muse paribus tot funera verbis
 Evoluet, tantisque umbris in carmine digna
 Quis lamenta ferat? certanteis laude cadendi
 Primænos inuenes, mortisque in limine crudæ
 Facta virum, & fixis rabiem sub pectore telis?
 Sternitur alternus vastis concursibus hostis,

Nec spoliare vacat, prædeq; advertere mentem.
 Urget amor cædum, clausis dum detinet hostem
 Fratrum castris vulnus, funditq; ruitq;
 Nunc iaculis, nunc ense, modo inter millia Consul
 Bellantum conspectus equo, modo Marte feroci
 Ante aquilas, & signa pedes. fluit impia rivis
 Sanguineis vallis, tumuliq; & concava saxa
 Armorum sonitus, flatûsq; imitantur equorum.
 Miscebat campum membrorum in prælia portans
 Celsius humano robur, visq; paventes
 Mole Gigantei vertebat corporis alas
 Othrys marmarides, lati super agmen utrunq;
 Ingens tollebant humeri caput, hirtaq; toruæ
 Frontis cæsaries, & crinibus æmula barba
 Umbrabat rictus, squalore huic hispida diro
 Et villosa feris horrebant pectora setis.
 Aspirare viro, propiorémq; addere Martem
 Haud visum cuiquam. laxo cœu belua campo
 Incessabatur cunctis ex agmina telis.
 Tandem vesanos palantum in terga ferenti
 Cum fremitu vultus, tacita per nubila penna
 Intrauit toruum Gortynia lumen arundo,
 Avertitq; virum fugientis ad agmina Consul
 Intorquet tergo iaculum, quod tegmine nudas
 Irrumpit costas, hirtóq; à pectore primum
 Mucronem ostentat, rapidus conuellerè tentat
 Quæ nasci ferrum fulgenti cuspide cernit,
 Donec abundanter defuso sanguine late
 Procuibit moriens, & telum vulnere pressit:

Describit pu
 gnâ & vas
 stum corpus
 Othrysmar
 maride, qui
 totas alas
 solo visu in
 fugam egit.

S I L I T A L.

In diuersa parte feruebat Sychei pugna.
 Spiritus exundans vicinum puluere moto
 Perflavit campum, & nubem dispersit in auras.
 Nec minor interea tumultis, syluisq; fremebat
 Diuersus Mauros, variaq; per ardua pugna.
 Et saxa, & dumirorantes cæde nitebant.
 Exitium trepidis, lethiq; & stragis acerbe
 Causa Sycheus erat: Murrani ille eminus hasta
Murrani sedes.
 Perculerat, quo non alius, cum bella silerent
 Dulcius Oeagrios pulsabat pectine nervos
 Occubuit sylua in magna, patriosq; sub ipso
 Quæsiuit monteis letho, ac felicia Baccho
Aequana montes Syrentini sūt.
 Equana, & Zephyro Surrentum molle salubri.
 Adiderat misero comitem, pugnaeq; ferocis,
 Gaudebat tristi victor nonitate Sycheus.
 Pallanteis nam dum sequitur, peruaserat altam
 In syluam, & prisca reclinis ab ictibus vlni
 Terga tuebatur trunco, frustra q; relictos
 Tauranus comites suprema voce ciebat.
Tauran^o ad vlni affigitur hasta Sychei.
 Transegit iuuenem, ac perfossis incita membris
 Hæsit in opposito cuspis sidonia ligno.
 Quid vobis? quenam ira deum, vel mente sinistra
 Quæ sedit formido viri? qui Marte relicto
 Ramorum quæstis opem, non æquus in arctis
 Nimirum rebus suasor metus, arguit asper
 Exitus euentu prauis consulta timoris.
 Annosa excelsos tendebat ad æthera ramos
Siculi ab Hierone Romanis contra Hannib.
 Esculus, vmbrosam magnas super ardua sylvas
 Nubibus insertans altis caput, in star (aperta
 Si stare campo) nemoris, latèq; tenebat

Frondosi nigram tellurem roboris umbra.
 Par iuxta quercus longum molita per ævum
 Vertice canenti proferre sub astra cacumen
 Diffusas patulo laxabat stipite frondes,
 Umbrabatq; coma summi fastigia montis.
 Huc etnea cohors, Triquetris quam miserat oris
 Rex Arethusa tuus, defendere nescia morte
 Deducus, & mentem nimio mutata pauore,
 Certatim sese tulit, ascendensq; vicissim
 Pressit nutantes incerto pondere ramos.
 Moxq; alius super, atq; alius, consistere tuto
 Dum certant, pars excussi. nam fragmine putri
 Ramorum, & senio male fida fefellerat arbor.
 Pars trepidi celso inter tela cacumine pendent.
 Turbato ima properans consumere peste
 Corripit eratam iam dudum in colla bipennem
 Deposito chypeo mutatus tela Sychæus.
 Incumbunt sociæ dextræ, magnosq; fragore,
 Pulsa gemit crebris succumbens ictibus arbor.
 Fluctuat infelix concusso stipite turba,
 Ceu Zephyrus quatit antiquos vbi flamine lucos,
 Fronde super tremuli vix tota cacuminis herens
 Fluctatur, nido pariter fluctante, volucris.
 Procnubuit tandem multa denicta securi
 Suffugium infelix miseris, & inhospita quercus,
 Elisitq; viros spatiosa magna ruina.
 Inde aliæ cladum facies, contermina cædis
 Collucet, rapidosq; involuitur esculus igni.
 Iamq; inter frondes arenti robore gliscens

auxilio mis-
 si, metu Sy-
 cheicū ps i
 esculū, ps i
 quercum su-
 gissent, eos
 qui i quercū
 cōfugerāt,
 hostis ruina
 oppressit, q;
 in esculum
 eos subiecta
 incendio ex-
 ussit.

Cōparatio.

S I L I T A L.

V erticibus sæuis, torquet Vulcanus anhelos
 C um fernore globos flammarum, & culmina torret.
 N ec tela interea cessant, seminata gementum,
 A tq; amplexa cadunt ardentès corpora ramos.
 Hæc inter miseranda virum certamina, Consul
 Flaminius i E cce aderat voluens iram, exitiumq; Sycheo.
 Sychæi feratur Uturnus
 Socios. A t iuuenis subito tanta discrimine pugna
 O ccupat euentum telo tentare priorem,
 C ui medio leniter clypeo stetit æris in ora
 C uspis, & oppositas vetita est transmitters crates.
 S ed non & Consul misso concedere telo
 F ortunam optatæ cædis parat, ac latus ense
 H aurit, nec crudæ tardarunt tegmina parmæ.
 L abitur infelix, atq; oppetit ore cruento
 Cædes Sythai. T ellurem expirans, tum diffundente per artus
 F rigore se stygio, manantem in viscera mortem
 A ccipit, & longo componit lumina somno.
 A tq; ea dum varijs permixtus tristia Mauros
 Describit hic Casibus alternat, iam castris Mago relictis,
 Hânibalè, I am Libyæ ductor properantia signa, citato
 & Magonè R aptabat cursu, & cessata reponere auebant
 redcutes ad pugnam. T empora cæde virum, ac multo pensare cruore.
 I t globus intorquens nigranti turbine nubem
 P ulueris, & surgit sublatis campus arenis,
 Quâq; ferens gressum flectit vestigia ductor
 V ndanti circum tempestas acta procella
 V oluitur, atq; altos operit caligine monteis.
 Buccæ Fresgellanæ, & Fontanum O ccubere simul Fontanus, Bucca canorum
 T ransfixi guttur, pressôq; è vulnere cuspis

Prospexit terga, hunc tristes misere Fregelle
 Multiplicè proavis, hunc mater Anagnia flenit.

Haud dispar fortuna tibi Lenine: sed auso

Non eadem: neqz enim Tyrio concurrere regi

Tentas, sed lectus par ad certamen Hiremon

Antololum moderator erat, quem poplite caeso

Dum spoliis, grauis immitti cum turbine costas

Fraxinus irrupit, collapsaqz membra sub icu

Hoste super fuso subita cecidere ruina.

Nec Sidicina cohors defit, Viridasius armat

Mille viros, nulli melius vel ponere castra,

Vel iunxisse ratem, duròqz resoluere muros

A riete, & in turrim subitos immittere pontes.

Quem postquam Libya ductor virtute feroci

Exultare videt (nanqz illi vulnere præcepit

Terga dabat lenibus diffusus Anaricus armis)

Acrius hoc pulchro Mauorte accensus in iram,

Et dignum sese ratus in certamine seuo

Comminus ire viro referenti è corpore telum,

A duolat, & fodiens pectus, laudande laborum

Quisquis es haud alia decuit te occumbere dextra.

Ad manes lethi perfer decus, Itala gentis

Ni tibi origo foret, vita donatus abires.

Hinc Fadum petit, & veterem bellare Labicum,

Cui Siculis quondam terris congressus Amilcar

Clarum spectato dederat certamine nomen,

Immemor annorum, seniumqz oblitus, in arma

Ille quidem cruda mente, & viridissimus ire

Ibat: sed vani frigentem in Marte senectam

i. iij.

Anagnianū
 occidit Han
 nibal.

Leninus dū
 Hiremona
 occisum à se
 spoliat fra-
 xino ab Hā
 nib. costas
 traicitur.
 Viridasius
 caeso à se
 Aranthico,
 dum telum
 è corpore
 refert, ab eo
 dem Han.
 opprimitur
 etiā ab hos-
 te fortitus
 dinis lauda-
 tus.

Cædes Labi
 ci qui olim
 singulari
 certamine
 cum Amilca
 re fuerat cō-
 gressus in
 Sicilia.

S I L I T A L .

Prodebant ictus, stipula crepitabat inani
 Ignis iners, cassamq; dabat sine robore flammam.
 Quem postquam accepit patrio monstrante superbus
 Armigero Pœnum ductor, certamina primæ
 Hic lue nunc, inquit, pugne, te notus Amilcar
 Hac trahit ad manes dextra: tum librat ab aure
 Intorquens iaculum, & versantem in vulnere sese
 Transigit, extracta fœdavit cuspide sanguis
 Caniciem, & longos finivit morte labores.

Herminijæ
 des, & pie-
 tas i decre-
 pitos paræ-
 tes.

Sychæus ve
 fertur in ca-
 stris.

Nec minus Herminium primis obtruncat in armis,
 Assuetum Thrasimene tuos, prædantibus hamis
 Exhaustire lacus, patriæq; alimenta senectæ
 Ducere suspensio per stagna latentia lino.
 Interea exanimem mœsti super arma Sychæum
 Portabant Pœni, corpusq; in castra ferebant.
 Quos ubi conspexit tristi clamore ruentis
 Ductor, præfago percussus pectora luctu,
 Quinam, inquit, dolor ò socij, quæ' ve ira deorum,
 Eripuit nobis? num te dulcedine laudis
 Flagrantem, & nimio primi Mauortis amore,
 A tra Sychæe dies properato funere carpsit?
 Et dictus pariter cædis mœrentibus auctor
 Cerno, ait, aduerso pulchrum sub pectore vulnus
 Cuspидis Iliacæ, dignus Carthagine, dignus
 Hasdrubale ad manes ibis, nec te optima mater
 Dissimilem lugebit anis, Stygiæ' ve sub umbra
 Degenerem cernens noster vitabit Amilcar.
 At mihi Flamminius tam mœsti causa doloris

Morte sua minuet luctus, hæc pompa sequetur
 Exequias, seroq; emptum volet impia Roma
 Non violasse mei corpus mucrone Sychæi.
 Sic memorans torquet fumantem ex ore vaporem,
 Irâq; anhelatum proturbat pectore murmur:
 Ut multo accensis feruore exuberat undis
 Clausus ubi exusto liquor indignatur abeno.
 Tum præcepit ruit in medium, cælumq; fatigat
 Flamminium incessens: nec dictu segnius ille
 Bella capessabat, propiorq; insurgere Mauros
 Cœperat, & campo inuictus iam stabat vterq;
 Cum subitus per saxa fragor, motiq; repente
 Horrendum colles, & summa cacumina totis
 Intremuere ingis, nutant in vertice syluæ
 Pinifero, fractæq; ruunt super agmina rupes.
 Immugit penitus conuulsis ima cauernis
 Dissiliens tellus, nec paruos rumpit hiatus:
 Atq; umbras late Stygias immensa vorago
 Faucibus ostendit patulis, manesq; profundi
 Antiquum expanere diem: lacus ater in altos
 Sublatus monteis, & sede excussus auita
 Lanit Tyrrhenas ignota aspergine syluas.
 Iamq; eadem populos, magnorumq; oppida regum
 Tempestas, & dira lues strauitq; tulitq;
 Ac super hæc reflui pugnarunt montibus amnes,
 Et retro fluctus torsit mare, monte relicto
 Appenninicolæ fugere ad littora Fauni.
 Pugnabat tamen (heu belli vecordia) miles
 Lactatus titubante solo, tremebundaq; tela
 i.iiij.

Hannibal
 minatur se
 fore victorẽ
 Sychæi.

Cōparatio.

Describit
 terræmotũ
 quem i has
 pugna (li-
 cet vehemẽ-
 tẽ) nõ sen-
 serint tamẽ
 nimio pu-
 gnandi ar-
 dore Romã
 ni.

SILITAL.

Subducta tellure ruens, torquebat in hostem,
 Donec pulsa vagos cursus ad littora vertit
 Mentis inops, stagnisq; latebat Daunia pubes.

Consternati
 terramotu
 Ro. fugiunt,
 in quos fugi
 entes icides
 Flammini?
 si vicere ne-
 gatū sit, ad
 honestā mor-
 tem hortat
 tur vel suo
 exemplo.

Quis Consul terga increpitans, nam turbine mota
 Ablatis terrae inciderat, quid deinde, quid oro

Restat iō profugis? vos en ad mœnia Romae
 Ducitis Hannibalem, vos in Tarpeia tonantis

Tecta faces, ferrumq; datis, sta miles, & acreis
 Disce ex me pugnare, vel si pugnare negatum.

Disce mori: dabit exemplum non vile futuris
 Flamminius, ne terga Libys, ne Cantaber unquam

Consulis aspiciat, solus, si tanta libido
 Est vobis, rabiēsq; fugae, tela omnia solus

Pectore consumo, & moriens fugiente per auras
 Hac anima, vestras reuocabo ad praelia dextras.

Dumq; ea commemorat, densosq; obit obuius hostis,
 Adolat ora ferus, mentemq; Ducarius, acri

Nomen erat gentile viro, fufisq; cateruis
 Boiorum quondam patrijs, antiqua gerebat

Vulnera barbaricae mentis, noscensq; superbi
 Victoris vultus, tunc, inquit, maximus ille

Boiorum terror? libet hoc cognoscere telo
 Corporis an tanti manet de vulnere sanguis.

Nec vos poeniteat populares fortibus umbris.
 Hoc maculare caput, nostros hic curribus egit

Insistens victos alta ad Capitolia patres.
 Vltrix hora vocat, pariter tunc vndiq; fufis

Obruitur telis, nimbosq; ruente per auras
 Contectus, nulli dextra iactare reliquit

Exitus Fla-
 minij, à Du-
 cario equi-
 te Gallorū
 caesi, quānis
 à toto Gal-
 lorū globo,
 silius fin-
 gat oppres-
 sum.

Flamminium cecidisse sua, nec pugna perempto
 Vltiore ductore fuit. namq; agmine denso
 Primores iuuenum sæna ad discrimina Martis
 Inensi superis, dextrisq; & cernere Pœnum
 Victorem plus morte rati, super ocys omnes
 Membra ducis, stratósq; artus certamine magno
 Telâq; corporâq; & non fausto Marte cruentas
 Iniecere manus, sic densi cædis acervo
 Ceu tumulo texere virum. tum strage per undas,
 Per sylvas sparsa, perq; altam sanguine vallem
 In medias fratre inuectus comitante cateruas
 Cesorum iuuenum Pœnus, quæ vulnera cernis?
 Quas mortes? inquit, premit omnis dextera ferrum,
 Armatisq; iacet seruans certamina miles.
 Hos en, hos obitus, nostræ spectare cohortes,
 Fronte minæ durant, & stant in vultibus iræ,
 Et vereor ne quæ tanta creat indole tellus
 Magnanimos fœcunda viros, huic fata dicarint
 Imperium, atq; ipsis deuincat cladibus orbem.
 Sic fatus cessit nocti, finemq; dedere
 Cædibus, infusæ subducto sole tenebræ.

Perempto Flaminio non
 pugna fuit
 vltorius, sed
 tantū cædes
 & fuga Romanorum.

Hannibal
 postvictoriam
 comitante
 Magone
 cæsos cõte-
 platur, vel
 ex mortuarum
 vultibus
 penes Romanos
 orbis imperium
 futurum di-
 cans.

SIL. ITAL.

HERMANNI BVSCHII PASIPHILI
argumentum in librum sextum.

h Inc quibus hæc belli, & pugnae fortuna pepercit
Elapsi furtim, diuersa per auia, cæcis
Conduntur tenebris, piceæ & caligine noctis.
Hos inter fugiens Seranus vulnere tardus
Ad patris quondam comitem diuertit, & ipsa
Tecta Mari armigeri pulsabat fida paterni:
Acceptusq; domo, recreatur paupe mensa,
Infususq; sinit tractari vulnera succo.
Discit & inde Maro clari narrante parentis
Facta, sed & pœnam, qua illum Carthago peremit
Ob sanctam non æquâ fidem, rapit aure dolenti.
At Fabium Patres allata ad munera belli
Clade legunt: hostis raptas agit vndiq; prædas
Donec eum illecebra mollit campana furentem.

SILII ITALICI PVNICORVM
liber sextus.

Quæ insi-
gniora hic
cōtinet liber
sunt ferme
huiusmodi:
fuga Rom.
ad urbē: Se-
ranus Atti-
lij Reguli fi-
lius ad Ma-
riū paternū

i

Am Tartessiaco quos soluerat equo
re Titan
In noctem diffusus equos, iungebat
Eois
Littoribus, primiq; nouo Phætoie
relecti

Seres lanigeris repetebant vellera lucis,
Et fœda ante oculos strages, propiusq; patebat

Infani Mauortis opus, simul arma, viriq;
 Ac mixtus sonipes, dextræq; in vulnere, cæsi
 Herentes hastis passim clypeiq;, tubæq;
 Atq; artus trunci capitum, fractûsq; iacebat
 Offibus in duris ensis, nec cernere deerat
 Frustra seminecum quærentia lumina cælum.
 Tum spumans sanie lacus, & fluitantia summo
 & ternum tumulis orbata cadavera ponto.
 Nec tamen aduersis fuerat fracta Itala virtus.
 Brutus ingenti miserande cædis acerno
 Non equum ostentans confosso corpore Martem,
 Extulerat vix triste caput, truncosq; trahebat
 Per stragem nervis interlabentibus artus,
 Tennis opum, non patre nitens, linguâ ve, sed asper
 Eise, nec è Volscæ quisquam vir gente redemit
 Plus cui, nec magnanima puer abdere sese
 Pubescente gena castris optarat, & acer
 Flamminio spectatus erat, cum Celtica victor
 Obrueret bello diuis melioribus arma.
 Inde honor, ac sacræ custodia Marte sub omni
 Altitis, hinc causam nutritiuit gloria lethi.
 Namq; necis certus, captæ prohibere nequiret
 Cum Pænos aquilæ, postquam subsidere fata
 Viderat, & magna pugnam inclinare ruina,
 Oculere interdum, & terræ mandare parabat.
 Sed subitis victus telis, labentia membra
 Prostravit super, atq; illecta morte tegebat.
 Verum vbi lux nocte è Stygia, miserôq; sopore
 Reddita, vicini de strage cadaveris hasta

olim comitè
 elapsus, ab
 eoque sum-
 ma charita-
 te sanatus:
 serpens ad
 Bragadam
 omnibus co-
 pûs, tormen-
 tisq; oppu-
 gnatus, Ra-
 gulus captus
 & supplicio
 deditus: Lin-
 terini por-
 ticus, ob Ro-
 manorû de
 Cartha. pri-
 mi belli Pun-
 nicivictoriâ
 i ea depictâ
 Hannibalis
 iussu solo æ-
 quata.
 Brutus a-
 quilifer Ro-
 legionis, a-
 quilâ ne ho-
 stes ea poti-
 rêtur, simu-
 lata morte,
 suo corpore
 textit, eâque
 cum illuxisset
 postridie
 in terra de-
 fossa, adora-
 bundus ex-
 piravit.

S I L. I T A L.

Erigitur, solòq; ingens conamine, late
 Stagnantem cæde, & facilem discedere terram
 Ense fodit, clausamq; aquilæ infelicis adorans
 Effigiem, palmis languentibus æquat arenas:
 Supremus fessi tenuis tum cessit in auras
 Hælitus, & magnam misit sub tartara mentem.
 Iuxta cernere erat, merito sibi poscere carmen
 Virtutis sacram rabiem, Leninus, ab alto
 Priuerno, vitis Latie persignis honore
 Exanimum Nasamona Tyren super ipse iacebat
 Exanimis, non hasta viro, non ensis, in arctis
 Abstulerat fors arma, tamen certamine nudo
 Inuenit Marti telum dolor, ore cruento
 Pugnatum, ferriq; vicem dens præbuit ire.
 Iam lacera nares, fœdatâq; lumina morfu,
 Iam truncum raptis caput auribus, ipsaq; diris
 Frons depasta modis, & sanguine abundat hiatus,
 Nec saties est, donec mandentia linqueret ora
 Spiritus, & plenos rictus mors atra teneret.
 Talia dum præbet tristis miracula virtus,
 Diuerso interea fugientes faucia turba
 Iactantur casu, syluisq; per auia cæcis
 Ablati furtim, multo cum vulnere, solos
 Per noctem metantur agros, sonus omnis, & antra
 Exterrent, pennâq; leui commota volucris:
 Non sopor, aut menti requies, agit asper acerba
 Nunc Mago attonitos, nunc arduus Hannibal hostis.
 Seranus Reguli filiusca
 In ad Ma- Seranus, clarum nomen, tua Regule proles,
 Qui longum semper fama gliscente, per animum,

Infidis seruasse fidem memorabere Pœnis,
 Flore nitens primo, patrijs heu punica bella
 Aspicijs ingressus erat, miseramq; parentem,
 Et dulcis tristi repetebat sorte penates
 Saucius, haud illi comitum super vllus, & atris
 Vulneribus qui ferret opem, per denia fractæ
 Inmitens hasta, furtôq; ereptus opacæ
 Noctis, iter tacitum Perusina ferebat in arua:
 Hic fessus, parui quæcunq; hic fata darentur)
 Limina pulsabat tecti: tum membra cubili
 Enuens non tarda Marus, vetus ille parentis
 Miles, & haud surda tractarat prælia fama.
 Procedit renouata focis, & paupere Vesta
 Lumina prætendens: utq; ora agnouit, & egrum
 Vulneribus duris ac (lamentabile visu)
 Lapsanteis fultum truncata cuspide gressus,
 Fonesti rumore mali iam saucius aures,
 Quod scelus ò nimium vite, nimiumq; ferendis
 A duersis genitus cerno? te maxime vidi
 Duكتورum, cum captiuo Carthaginis arcem
 Terreres vultu, crimen, culpamq; tonantis
 Occidere, atq; hausit, quem non Sidonia tecta
 Expulerint eversa, meo de corde, dolorem.
 Estis vbi en iterum superi? dat pectora ferro
 Regulus? an stirpem tante periura recidit
 Surgentem Carthago domus? inde agra reponit
 Membra toro, nec ferre rudis medicamina (quippe
 Callebat bellis) nunc purgat vulnera lymphæ,
 Nunc mulcet succis, ligat inde, ac vellera molli

rû paterni
 olim comitē
 ī agro Per-
 usino habi-
 tatē diuer-
 tit.

Verba Ma-
 ri ad Sera-
 nū, cōquerē
 tis lōga vi-
 ta se huc
 prouectum,
 ut iterum
 Reguli do-
 mū Cartha-
 ginenſibus
 pœnas dan-
 tē cogatur
 aspicere.

SIL. ITAL.

Circundat tactu, & torpentes mitigat artus.
 Exin cura seni, tristem depellere fesso
 Ore sitim, & parca vires accersere mensa.
 Quae postquam properata, sopor sua munera tandem
 Applicat, & mitem fundit per membra quietem.
 Necdum exorta dies, Marus instat vulneris aestus
 Expertis medicare modis, gratumq; teporem
 Exitus senium, trepida pietate ministrat.
 Hic iuuenis mæstos tollens ad sidera vultus
 Cum gemitu, lachrymisq; simul, si culmina nondum
 Tarpeia exosus damnasti scepra Quirini,
 Extremas Italum res, Ausoniãq; ruentem
 Aspice ait genitor, tandemq; aduerte procellis
 Et quos Iliacis oculos, amissimus Alpes,
 Nec deinde aduersis modus est, Ticinus, & ater
 Stragibus Eridanus, tuq; insignite tropheis
 Sidonijs Trebia, & tellus lachrymabilis Hanni.
 Sed quid ego hæc? grauior quanto vis ecce malorum,
 Vidi crescenteis Thrasimeni cadibus undas,
 Prostratãq; virum mole, inter tela cadentem
 Vidi Flamminium: testor mea numina, manes,
 Dignam me pœnæ tum nobilitate paternæ
 Strage hostis quæsisse necem, ni tristia lethum.
 Ut quondam patri nobis quoq; fata negassent.
 Cætera acerbantem questu, lenire laborans
 Effatur senior, patrio fortissime ritu
 Quicquid adest duri, & rerum inclinata feramus,
 Talis lege deum cliuoso tramite vite
 Per varios præceps casus, rota voluitur eni;

Gratū tepo
 rem, tepida
 medicamīa.

serani ver-
 ba precātis
 Iouē, vt post
 tantas cla-
 des saltē suc-
 rurrat affli-
 ctis Ro. re-
 bus, sistatq;
 exultantem
 secūdis Hæ-
 nibalem.

Tellurē Hæ-
 ni. Hæthryri
 am intelligit,
 ab Hæno Pe-
 lasgorū du-
 ce olim pos-
 sessam,

Verba Ma-
 ri ad sera-
 nū, eius for-
 tē in aduer-
 sis animum
 laudantis,

at tibi sat magna, & totum vulgata per orbem
 stant documenta domus, sacer ille, & numine nullo
 Inferior tuus ille parens, decora alta parauit,
 Restando aduersis, nec virtutem exiit vllam,
 Ante reluctantes liquit quàm spiritus artus.
 Vix puerile mihi tempus confecerat ætas,
 Cum primo malas signabat Regulus æuo,
 Accessi comes, atq; omneis socianimus annos,
 Donec dijs Itala visum est extinguere lumen
 Gentis, in egregio cuius sibi pectore sedem
 Cooperat alma fides, mentemq; amplexa tenebat.
 Ille ensem nobis magnorum, en, in star honorum
 Virtutisq; ergo dedit, & sordentia fumo
 Que cernis nunc frena, sed est argenteus ollis
 Fulgor, nec cuiquam Marus est post talia dona
 Non prælatus eques, verum superauit honores
 Omneis hasta meos. cui me libare Lyei
 Quod cernis latice, dignum est cognoscere causam.
 Turbidus arenteis lento pede sulcat arenas
 Bragada, non vlllo Libycis in finibus amne
 Victus limosas extendere latius vndas,
 Et stagnante vado patulos inuoluere campos.
 Hic studio laticum, quorum est haud prodiga tellus,
 Per ripas læti sæuis confedimus aruis;
 Lucus iners iuxta Stygium, pallentibus Vmbrijs,
 Seruabat sine sole nemus, crassusq; per auras
 Halitus erumpens tetrum expirabat odorem,
 Intus dira domus, curuòq; immanis in antro
 Sub terras specus, & tristes sine luce tenebræ,

ad quã con-
 stanter inē-
 dā ipsū pa-
 terno exhor-
 tatur exem-
 p'o, qui, vt
 fidē etiam
 hosti nō ser-
 uaret, nullis
 potuit sup-
 plicijs deter-
 veri.

Hic poeta in-
 cipit narra-
 re prælium
 cū serpente
 cōmissum à
 Regulo, ad
 Bragadam
 flu. cuius co-
 rium cētum
 & 20 pedū
 longitudine
 Romā mis-
 sum cōplu-
 res prodide-
 runt idonei
 scriptores.

SIL. ITAL.

H orror mente redit, monstrum exitiabile, & ira
 T elluris genitum, cui par vix viderat etas
 V lla virum, serpens centum porrectus in vlnas
 L ethalem ripam, & lucos habitabat auernos:
 I ngluuiem immensi ventris, grauidamq; venenis
 A luum, deprensi satiabant fonte leones,
 A ut acta ad fluium torrenti lampade solis
 A rmenta, & tractæ fœda gravitate per auras,
 A c tabe afflatus volucres, semesa iacebant
 O ssa solo informi, latèq; repletus, & asper
 V astatis gregibus, nigro ruetabat in antro.
 I s; q; vbi feruenti concepta incendia pastu
 G urgite mulcebat rapido, & spumantibus vndis,
 N ondum etiam toto demersus corpore in amnem,
 I am caput aduersæ ponebat margine ripe.
 I mprudens tantæ pestis gradiebar Aquino
 A ppenninicola, atq; vmbro comitatus Hauente,
 S cire nemus, pacemq; loci explorare libebat.
 I amq; propinquantum tacitus penetravit in artus
 H orror, & occulto riguerunt frigore membra.
 I ntramus tamen, & nymphas, numenq; precamur
 G urgitis ignoti, trepidosq; & multa pauenteis
 A rcano gressus audemus credere luco.
 E cce è vestibulo, primisq; è fancibus antri
 T artareus turbo, atq; insano senior Euro
 S piritus erumpit, vastosq; è gurgite fusa
 T empestat oritur, mixtam stridore procellam
 C erbereo intorquens, pauefacti clade vicissim
 A spicimus resonare solum, tellusq; moneri,

Atq; antrum ruere, & visi procedere manes:
 Quantis armati cælum petiere Gigantes
 Angibus, aut quantus Lerne lassavit in undis
 Amphitryoniadem serpens, qualisq; comantes,
 Auro servavit ramos Innonius anguis,
 Tantis disiecta tellure sub astra coruscum
 Extulit assurgens caput, atq; in umbra primam
 Dispersit saniem, & cælum fœdavit hiatu.
 Diffugiunt tamen, atq; metu conamur anbeli
 Tollere clamorem frustra. nam sibila totum
 Implebant nemus, ac subita formidine cæcus,
 Et facti damnandus Hauens (sed fata trahebant)
 Antiquæ quercus ingenti robore sese
 Oculis, infandum si posset fallere monstrum,
 (Vix egomet credo) spiris ingentibus, arte
 Arboris abstractit molem, penitusq; reuulsam
 Evertit fundo, & radicibus eruit imis.
 Tum trepidum, ac socios extrema voce cientem
 Corripit, atq; haustu sorbens, & fancibus atris
 (Vidi respiciens) obscœna condidit aluo.
 Infelix fluvio sese, & torrentibus undis
 Crediderat, celeriq; fuga iam nabat Aquinus.
 Hunc medio innasit fluctu, ripeq; relatus
 (Hec genus infandum lethi) depascitur artus.
 Sic dirum nobis & lamentabile monstrum
 Effugisse datur, quantum mens ægra sinebat
 A ppropere gressum, & ductori singula pando.
 Ingenuit, casus iuuenum miseratus acerbos.
 Vtq; erat in pugnamq; & Martē, & prælia, & hostē
 k.j.

SIL. ITAL.

Præliū ad-
uersus ser-
pentem.

Igneus, & magno audentī flagrabat amore
 Ocyus arma rapi, & spectatum Marte sub omni
 Ire inbet campis equitem, ruit ipse citatum
 Quadrupedem planta fodiens, scutatāq; raptim
 Obsequitur iussu manus, & muralia portat
 Balistas tormenta graueis, suetāq; mouere
 Excelsas turres immense cuspidis hastam.
 Iamq; ubi feralem strepitu circumtonat ausam
 Cornea gramineum persultans ungula campum,
 Percitus immani serpens euoluitur antro,
 Et Stygios æstus fumanti exhibilat ore,
 Terribilis gemino de lumine fulgurat ignis:
 At nemus, arrectæ & procera cacumina saltus
 Exuperant cristæ, trifido vibrata per auras
 Lingua micat motu, atq; assultans æthera lambit.
 Ut vero strepuere tubæ, conterritus alte
 Immensum attollit corpus, tergoq; residens
 Cætera sinuatis glomerat sub pectore gyris.
 Dira dehinc in bella ruit, rapidèq; resoluens
 Contortos orbis, directo corpore totam
 Extendit molem, subitoq; propinquus in ora
 Lato distantum spatio venit, omnis anhelans,
 Attonitus serpente & equus, frenoq; teneri
 Impatiens, crebros expirat naribus ignes.
 Ardus ille super tumidis cernicibus altum
 Motat utroq; caput, trepidos inde incitus ira
 Nunc sublime rapit, nunc vasto pondere gaudet
 Elisisse premens, nunc fractis ossibus atram
 Absorbet saniem, & tabo manante per ora

Mutat hians hostem, semesq; membra relinquit.
 Cedebant iam signa retro, victasq; cateruas
 Longius auctas afflatus peste premebat,
 Cum ductor propere reuocatam in praelia turmam
 Vocibus impellens, serpenti ne Itala pubes
 Terga damus, Libycisq; parem non esse fatemur
 Anguibus Ansoniam? si debellauit inertes
 Halitus, ac visomens agra effluxit hiatu,
 Ibo alacer, solusq; manus componere monstro
 Sufficiam: clamans hæc, atq; interritus hastam
 Fulmineo volucrum torquet, primumq; lacerto,
 Venit in aduersam non vano turbine frontem
 Cypsis, & hand paulum vires adinta ruentis
 Contra ardore feræ capiti tremebunda resedit,
 Clamor ad astra datus, vocésq; repente profuse
 Et therias adiere domos, furit ilicet ira
 Terrigena impatiens dare terga, nouisq; dolori,
 Et chalybem longo tum primum passus in æno.
 Nec frustra rapido stimulante dolore fuisse
 Impetus, alato ni Regulus arte regendi
 Instantem elussisset equo, cursuq; sequutum
 Cornipedis gyros, flexi curuamine tergi,
 Detortis læua celer effugisset habenis.
 At non spectator Marus, inter talia segni
 Torpebat dextra, mea tanto in corpore monstri
 Hasta secunda fuit, iam iamq; extrema trifurca
 Lambebat lingua, fessi certamine terga
 Quadrupedis, torse telum, atq; ingentia velox
 Lu memet seni serpentis praelia verto:

Verba Reguli increpantis suos terga dantes serpenti.

Fera vulnerrata Reguli hasta in fronte.

S I L I T A L.

Hinc imitata cohors certatim spicula dextris
 Congerit, alternasq; ferum diducit in iras,
 Donec murali balista coercuit ictu.
 Tum fractus demum vires (nec enim amplius *egre*
 Consuetum ad visus spina præstante vigorem
 Vt solito in nubes tollit caput) acrius instat.
 Iamq; aluo penitus demersa Phalarica sedit,
 Et geminum volucres lumen rapuere sagitte:
 Iam patulis vasto sub vulnere faucibus aer
 Tabificam expirat saniem. specus vltima, iamq;
 Ingenti cauda, & iaculis, & pondere conti
 Hæret humi, laxoq; tamen minuitur hiatu,
 Donec tormentis stridens, magnosq; fragore
 Discussit trabs acta caput, longosq; resolvens
 Aggere se ripæ, tandem exhalauit in auras
 Lipientem nebulam fugientis ab ore veneni.
 Erupit tristi fluuio mugitus, & imis
 Murmura fusa vadis, subitoq; & lucus, & antrum
 Et resona syluis vsularunt flebile ripæ.
 Heu quantis luimus mox tristia prælia damnis,
 Quantaq; supplicia, & quales exhausimus iras.
 Nec tacuere pij vates, famulumq; sororum
 Naiadum, tepida quas Bragada nutrit in vnda
 Nos violasse manu, seris monuere periclis.
 Hæc tunc hasta decus nobis, pretiumq; secundi
 Vulneris, à vestro Serrane tributa parente,
 Princeps quæ sacro bibit è serpente cruorem.
 Iam dudum vultus lachrymis, atq; ora rigabat
 Serranus, mediq; viri sermone profatur.

Huic si vita duci, nostrum durasset in eum
 Non Trebia infastas superasset sanguine ripas,
 Nec Thrasimene tuus premeret tot nomina gurges.
 Tunc senior magnas, inquit, de sanguine pœnas
 Precepit Tyrio, & præsumpta piacula mortis.
 Nam defecta viris, & opes attrita supinas
 Africa tendebat palmas, cum sidere diro
 Misit Agenoreis ductorem animosa Therapne.
 Nulla viro species, decorisq; & frontis, egenum
 Corpus, at exiguis vigor (admirabile) membris.
 Viridus, & nisu magnos qui vinceret artus,
 Tam Martem regere, atq; astus adiungere ferro,
 Et duris facilem per inhospita ducere vitam.
 Haud isti, quem nunc penes est solertia belli,
 Cederet Hannibali, vellem hunc ò tristia nobis
 Taygeta, hunc vnum non durassetis opacis
 Eurotae ripis, vidissem mœnia flammis
 Phœnisse ruere, aut certe non horrida fata
 Flevissem ducis, & nulla quos morte, nec igni
 Exutos, servans portabo in tartara luctus.
 Conferta campis acies, multusq; per arua
 Fernebat Mauros, nec mens erat vlla sine ira.
 Hinc inter medios memorandis Regulus ausis
 Laxabat ferro, campôq; pericla ruebat,
 Nec repetenda dabat lethali vulnera dextra.
 Sic ubi nigrantem torquens stridentibus Austris
 Portat turbo globum, piceaq; è nube ruinam
 Pendentem, terris pariter, pontôq; minatur:
 Omnis & agricola, & nemoroso vertice pastor,

Cōparatio

S I L I T A L.

Et pelago trepidat subductis nauita velis.
 At fraudem nectens, socios ubi concaua saxa
 Claudebant linguens, subito in certamine *Pyris*
 Vertit equum, simulatq; fugam grauiore ruina,
 Et dat terga celer victa formidine ductor.
 Haud secus ac stabilis procurans otia pastor
 In foveam parco tectam velamine frondis
 Ducit nocte lupos, posita balatibus agne.
 Abripuit, traxitq; virum fax mentis honeste
 Gloria, & incerti fallax fiducia Martis.
 Non socios, comitumve manus, non arma sequentium
 Respiciere, insano pugnae tendebat amore.
 Iam solus, nubes subito cum densa Laconum
 Saxosis latebris intendens praelia, circum
 Funditur, & pœnae insurgit vis sena virorum.
 O diram Latio lucem, fastisq; notandam,
 Dedeus o Gradine tuum, tibi dextera, & vrbis
 Nata tue, tristi damnatur sorte catene.
 Haud vnquam absistam gemitu. te Regule vidit
 Sidonius carcer, tuq; huic sat magna triumpho
 Visa es Carthago superis: quæ pœna sequetur
 Digna satis tali pollutos Marte Laconas?

Carthagi- At noua Elisei iurato fœdera patres
nenses capti Consultant mandare duci, pacisq; sequestrem
nos suos per Mittere, poscentes victam inter praelia pubem,
mutare solo Captiuamq; manum ductore rependere nostro.
Regulo cu- Nec mora, iam stabat primis in littoris vultus
pietes obstri- Et iuramē
to Romam Nauali propulsa ratis, iam nautica pubes
miserūt, ea Aut syluis stringunt remos, aut abiete secta
lege, vt nō

Transstra nouant, his intortos aptare rudentes,
 His studium erecto componere carbasa malo.
 Vnca locant prora curuati pondera ferri.
 Ante omneis doctus pelagi, rectorq; carinae
 Puppim aptat, clauumq; Cothon, micat aereus alta
 Fulgor aqua, trifidi splendentis in aequore rostri.
 Tela simul, variamq; ferunt contra aspera ponti
 Rerum ad tempus opem, mediae stat margine puppis
 Qui voce alternos nantarum temperet ictus,
 Et remis dicet sonitum, pariterq; relatis
 Ad numerum plaudat resonantia caerulea tonsis.
 Postquam confectum nautis opus, horaq; cursus,
 Atq; armata ratis, ventiq; dedere profundum,
 Omnis turba ruit, matres, pueriq; senesq;
 Per medios coetus trahit, atq; inimica per ora
 Spectandum fortuna ducem, fert lumina contra
 Pacatus frontem, qualis cum littora primum
 Attingit appulsa rector Sidonia classe.
 Accessi comes haud ipso renuente, ratiq;
 Impositus, maestis socium me casibus addo.
 Illuuiem, atq; inopes mensas, durumq; cubile,
 Et certare malis vrgentibus, hoste putabam
 Deniecto maius, nec tam fugisse cauendo
 Aduersa egregium, quam perdomuisse ferendo.
 Spes tamen vna mihi (quanquam bene cognita, & olim
 Atrox illa fides) urbem, murosq; domumq;
 Tangere si miseris licuisset, corda moueri
 Posse viro, & vestro certe mitescere fletu.
 Claudebam sub corde metus, lachrymasq; putabam

impetrata
 permutatio
 ne, ipse redi
 ret ad sup
 pliciu, quod
 subire elegit
 potius qua
 aut hosti fi
 de frageret
 aut patrie
 no recte co
 suleret.
 Cotho hic gu
 bernatoris
 propriu est,
 alias parua
 insule no
 me ate por
 tu Cartha
 gi. ad quam
 alludit poe
 ta.

SILITAL.

Esse viro, & nostræ similem inter tristia mentem,
 Cum tandem patriæ Tyberino allabimur amni.
 Seruabam vultus ducis, & prodentia sensum
 Lumina, & obtutu perstabam intentus eodem.

Magna Re-
 guli constan-
 tia eodẽ vul-
 tu spectati
 i supplicijs,
 quo & in
 prosperis.

Signa fides, vnum puer inter mille labores,
 Vnum etiam in patria, senaq; in Agenoris vrbes,
 Atq; vnum vidi pœnæ quoq; tempore vultum,
 Obuia captiuo cunctis simul vrbibus ibat
 Ausonia, & campum turba vincente, propinqui
 Implentur colles, strepit altis Albula ripis:
 Ipsi Pœnorum proceres, immitia corda,

Veste nanq;
 Punica idue-
 rat Regulũ
 tanq; capti-
 uum Pœno-
 rum.

Ad patrios certant cultus renocare, togæq;
 A bdebatur honos, stetit illachrymante Senatu,
 Et matrum turba, iuuenumq; dolore profuso,
 Inter tot gemitus immobilis, aggere Consul
 Tendebat dextram, & patria vestigia primus
 Ponentem terra, occursu celebrabat amico.
 Collegit gressum, monitusq; recedere Consul,
 Nec summum violare decus, cingente superba
 Pœnorum turba, captiuoq; agmine septus
 Ibat, & inuidiam celo, diuisq; ferebat.

Martia Re-
 guli vxor
 duos trahes
 secum par-
 uulos, vbi
 mariti squa-
 lore primũ
 aspexit, a-
 mēs cœcidit.
 Cõuersio est
 sermonis ad
 serranũ p-

Ecce trahens geminum natorum Martia pignus
 Infelix nimia magni virtute mariti,
 Squalentem crinem, & tristis lacerabat amictus,
 Agnoscis ne diem? an teneris non hesit in annis?
 Atq; ea postquam habitu iuxta, & velamine Pœno
 Deformem aspexit, fufis vlulatus egra
 Labitur, & gelidos mortis color occurrat artus.
 Si qua deis pietas, tales Carthago videre

Dent tibi Sidonias matres, me voce quieta
 Affatus, inbet & vestros, & coniugis unâ
 Arcere amplexus, patet impenetrabilis ille
 Luctibus, & nunquam submissus colla dolori.
 Hic alto iuuenis gemitu, lachrymisq; coortis
 Magnae parens, inquit, quo maius numine nobis
 Tarpeia nec in arce sedet, si iura querelis
 Sunt concessa pijs, cur hoc matriq; mibiq;
 Solamen? vel cur decus hoc ò dure negasti
 Tangere sacros vultus, atq; oscula ab ore
 Libavisse tuo? dextram mihi prendere dextra
 Non licitum? leniora forent hæc vulnera quantum,
 Si ferre ad manes infixos mente daretur
 Amplexus venerande tuos: sed vana recordor
 Mi Mare. nam primo tunc herebamus in ævo,
 Humana maior species erat, horrida cano
 Vertice descendens ingentia colla tegebat
 Cesaries, frontiq; coma squalente sedebat
 Terribilis decor, atq; animi venerabile pondus.
 Nil posthac oculis simile incidit. excipit inde
 Iam Marus, atq; inhibens cœuellerè vulnera questu,
 Quid cum præteritis inuisa penatibus, inquit,
 Hospitia, & sedes Pœnorum intravit acerbas?
 Affixi chypei, currusq; & spicula nota
 & dibus in parvis, magni monumenta triumphû
 Pulsabant oculos, conuictq; in limine primo
 Clamabat, quò fers gressus? non Punicus hic est
 Regule quem fugias carcer, vestigia nostri
 Casta tori, domus & patrium sine crimine seruat

cunctantis
 meminere
 adhuc diei
 illius, quo
 sic ipse pro
 dierit obuiâ
 cum matre.
 Verba ser-
 rani mode-
 stissime de
 patre qren-
 tis, quod il-
 lum suo tunc
 arcuerit am-
 plexu.

Martia cœ-
 iugis lamē-
 ta, quibus
 profecta
 est Regulâ

SIL. ITAL.

prætereun-
tem ades
suas.

Inflexibilis
rigor Regu-
li.

Oratio Re-
guli in se-
nata, qua è

Inviolata larem, semel hic, iterumqz, quid oro
Pollutum est nobis, prolem gratante senatu,
Et patria sum enixa tibi, tua, respice, sedes
Hæc est, vnde ingens humeris fulgentibus ostro
Vidisti Latios Consul præcedere fasces,
Vnde ire in Martem, quò capta referre solebas,
Et victor mecum suspendere postibus arma.
Non ego complexus, & sanctæ fœdera tedæ
Coniugiumve peto, patrios damnare penates
Assiste, ac natis fas duc concedere noctem.
Hos inter fletus iunctus vestigia Pœnis
Limine se duxit Tyrio, questusqz reliquit.
Vix dum clara dies summa lustrabat in Oethæ
Herculei monumenta rogi, cum Consul adire.
Acciriqz iubet Libycos, tum limina templi
Vidimus intrantem, quæ consultata Senatus,
Quasve viri voces extremum curia mœrens
Audierit placido nobis ipse edidit ore,
Intulit vt gressus, certatim voce, maniqz
Ad solitam sedem, & vestigia nota vocabat.
Abnuvit, antiquumqz loci aspernatus honorem est.
At circumfusi non secius vndiqz dextram
Prensare, ac patriæ ductorem nomine tanto
Redderet, orabant, captiva posse redemptum
Pensari turba, ac Tyrias tum iustus arces
Arsuras dextra, fuerit quæ vinceta catenis.
Tum palmas simul attollens, ac lumina celo:
Iustitiæ, rectiqz dator, qui cuncta gubernas,
Nec lenior mihi dina fides, Sarranâqz Iuno

Quos reditus testes iurata mente vocavi,
 Sit mihi fas me digna loqui, Latioſq; tueri
 Voce focos, ibo ad Tyrios non ſegnior, inquit,
 Stante fide reditus, & ſaluo fœdere pœnæ.
 Sic nobis rerum exitio deſiſtite honorem
 Tendere, tot bellis, totq; annis fregimus ænum.
 Nunc etiam vinclis, & longo carcere torpent
 Capti in ſenio vires, fuit ille, nec vnquam
 Dum fuit à duro ceſſauit munere Martis
 Regulus, ex angui ſpectatis corpore nomen.
 At non Carthago fraudum domus, in ſcia quantum
 Enobis reſtet, inuenes paret aſpera ferro
 Pœctora captiuos, noſtra penſare ſenecta.
 Ite dolos contra, gènsq; aſtu fallere læta
 Diſcat me capto, quantum tibi Roma ſuperſit.
 Nec vero placeat, niſi quæ de more parentum
 Pax erit, expoſcunt Libyci, nobiſq; dedere
 Hæc referenda, pari libeat ſi pendere bellum
 Fœdere, & ex æquo geminas conſcribere leges.
 Sed mihi ſit Stygios ante intraiſſe penates,
 Taliã quàm videam ferienteis pœcta Latinos.
 Hæc fatuus Tyriæ ſeſe iam reddidit iræ,
 Nec monitus ſpernente graues, fidòſq; Senatu,
 Pœnorum dimiſſa cohors, quæ mœſta repulſa,
 Ac minitans capto, patrias properabat ad oras.
 Proſequitur vulgus patres, ac planctibus ingens
 Perſonat, & luètu campis renocare libebat
 Interdum, & iuſto raptum retinere dolore.
 At trepida, & ſubito cen ſtans in funere coniux

Repub. non
 eſſe oſtendit
 ſecũ fieri p
 mutationẽ
 captiuorũ.

SIL. ITAL.

Verba Mar
tia furētis
præ doloris
impatietia,
reuerente
extēplo Car
thaginē ad
supplicium
Regulo.

Vt vidit puppim properantem intrare, tremendum
Vociferans, celerem gressum referebat ad undas:
Tollite me Libyci comitem, pœnæq; necisq;
Hoc unum coniux vteri per pignora nostri
Unum oro, liceat tecum quoscunq; ferentem
Terrarum, pelagiq; pati, celiq; labores.
Non ego Amycleum ductorem in prælia misi,
Nec nostris tua sunt circumdata colla catenis,
Cur vsq; ad pœnas miseram fugis? accipe mecum
Hanc prolem, forsân duras Carthaginis iras
Flectemus lachrymis, aut si præcluserit aures
Vrbs inimica suas, eadem tunc hora manebit
Tæq; tuosq; simul, vel si stat rumpere vitam
In patria moriamur, adest comes vltima fati.
Has inter voces, vinculis resoluta moueri
Paulatim, & ripa cœpit decedere puppis.
Tum vero infelix mentem furiata dolore
Exclamat, fessas tendens ad sidera palmas:
En qui se iactat Libyæ, populisq; nephandis
Atq; hosti seruare fidem, data fœdera nobis
Ac promissa fides thalamis, vbi perfide nunc est?
Vltima vox duras hæc tunc penetrauit ad aures:
Cætera percussi vetuerunt noscere remi.
Tum flumio raptum ad pelagi deuoluimur oras,
Ac legimus pontum, pinuq; iuuante cauata,
& quor, & immensas curua trabe findimus undas.
Ludibrium necis horrescens, vis aspera ponti
Obrueret, scopulisq; ratem furor improbus Euri
Frangeret, optabam, moderato flamine lenes.

Vexerunt Zephyri, Tyriôq; dedere furori:
 Infelix vidi, patriamq; remissus in urbem
 Narrator pœnæ dura mercede reuerti.
 Nec tibi nunc ritus imitantem, irasq; ferarum
 Pygmaeoneam tentarem expromere gentem,
 Si manus quicquam toto vidisset in orbe
 Gens hominum, q̄ quod vestri veneranda parentis
 Edidit exemplum virtus: pudet addere questus
 Supplicij, quæ spectanti placido ore ferentem.
 Tu quoq; chore puer dignum te sanguine tanto
 Fingere ne cessa, atq; humenteis comprime fletus.
 Prefixo paribus ligno mucronibus omnes
 Armantur laterum crates, densisq; per artem
 Exitur erecti, stantisq; ex ordine ferri
 Infelix stimulus, somnisq; hac fraude negatis
 Quoscuq; in flexus producto tempore tortor
 Inclinauit iners, fodiunt ad viscera corpus.
 Assiste ò iuuenis lachrymis. patientia cunctos
 Hos superat casus. longo reuiescet in ævo
 Gloria, dum cæli sedem, terrasq; tenebit
 Casta fides, dum virtutis venerabile nomen
 Vinct, eritq; dies, tua quo dux inçlyte fata
 Audire horrebunt à te calcata minores.
 Hæc Marus, & mœsta refonebat vulnera cura.
 Interea rapidas perfusa cruoribus alas
 Sicut sanguinea Thrasimeni tinxerat vnda,
 Vera ac ficta simul spargebat fama per urbem.
 Allia, & infandi Senones, captæq; recursat
 Attonitis arcis facies, excussit habenas

Machinae
 cruciati Re
 guli in dolij
 modū fabri
 cata, & acu
 tis itrorsum
 vndiq; stis
 mulis præfi
 xa erat, in
 qua nudus
 destituit? ne
 q; iacere, ne
 q; stare, ne
 q; adherere
 sine vulne
 re potuit.
 qua pœna
 Romæ cog
 gnita, nobis
 lissimi quiq;
 Carthag. li
 beri à Sena
 tu filijs Re
 guliviciissim
 traditi sunt
 ad idē sup
 plicium.
 Fama hæc
 Madis ad

SIL. ITAL.

*Thrasime
nū accepta
Romæ nun
tiata, eadē
quisq; fortu
nam metue
bat, quæ oli
post All: en
sem cladem
raptæ & is
censæ à ses
nonibus vr
bi fuerat.
Describit
trepidatio
nē, & vari
os pauentiū
affectus in
vrbe ad pri
mum cladis
nuntiū spes
statos.*

*Martia ver
ba in turba
redeuntium
prius Marū
quæ filiū
quē ducebat
agnoscētis,
eūq; anx
ie de eius
salute pē
stantis, &*

Luctificus pauor, & tempestas aucta timendo.
Hic raptim ruit in muros, vox horrida fertur,
Hostis adest, iaciunt sudes, & inania tela.
Ast aliæ laceris canentes crinibus, alta
Verrunt teclta deūm, & seris post fata suorum
Sollicitant precibus, requiem tenebræq; diēsq;
Amisere: iacet portis, vultante dolore
Dispersum vulgus, remeantūmq; ordine longo
Seruat turba gradus, pendent ex ore loquentū,
Nec latis sat certa fides, iterūmq; morantur
Orando, & vultu interdum sine voce precati
Quod rogitant, audire pauent: hic fletus, vbi aures
Percussæ grauiore malo: metus inde, negatum
Sic scire, & dubius responsi nuntius hæsit.
Iamq; vbi conspectu redeuntis visa propinquo
Corpora, sollicitè lethi funduntur, & ipsis
Oscula vulneribus figunt, Superosq; fatigant.
Hic inter trepidos curæ venerandus agebat
Serranum Marus, atq; olim post fata mariti
Non egressa domum vitato Martia cœtu,
Et lucem causa natorum passa, ruebat
In luctum similem antiquo, turbata repente,
Agnoscentq; Marum, fidei comes in chlyte magna
Nunc certe mihi reddis, ait, leue vulnus, an alte
Vsq; ad nostra ferus penetravit viscera mucro?
Quicquid adest, dum non vinctum Carthago catenis
Abripiat, pœnæq; instauret monstra paternæ,
Gratum est ò Superi. quoties heu nate petebam
Ne patrias iras, animosq; in prælia ferres,

Nec te belligeri stimulare in arma parentis
 Triste decus, nimium viuacis dura Senectæ
 Supplicia expendi, quæso iam parcite, si qua
 Numina pugnastis nobis, hac cladis acerbæ
 Discussa cœn nube, patres conquirere fessis
 Iam rebus meditantur opem, atq; ad munera belli
 Certatur, pulsissq; dolor grauiore periclo.
 Maxima curarum, rectorem ponere castris
 Cui Latium, & moles rerum quassata recumbat,
 Spectante occasum patria, Ionis illa ruenti
 Aesonis, atq; Italis tempus protendere regnis
 Cura fuit. nam Tyrrhenos, Pœnūmq; secundis
 Alana surgens respexerat arce tumentem:
 Qui ferre in muros victricia signa parabat.
 Tunc quassans caput haud vnq; tibi Iuppiter, inquit
 Oiuuenis dederit portas transcendere Romæ,
 Atq; inferre pedem, Tyrrhenas sternere valles
 Cadibus, & ripas fluiorum exire Latino
 Sanguine fas fuerit, Tarpeium ascendere collem,
 Muriq; aspirare veto. quater inde coruscum
 Contorsit dextra fulmen, quo tota reluxit
 Meonidum tellus, atrāmq; per æthera voluens
 Abrupto fregit cælo, super agmina nubem.
 Nec Pœnum auertisse satis, dat numine magno
 & neadis mentem, gremio deponere tuto
 Romuleam tandē, Fabioq; solutis habenas
 Credere ductori, cui postquam tradita belli
 Iura videt, non hunc inquit superauerit vnquam
 Inuidia, aut Libyco popularis gloria fuco.

agnito, dijs
 gratiā agē
 tis pro ve
 tūq; affe
 Et potius
 quā hostiū
 captiuo.

Iuppiter ē
 tumulo Al
 bano, tumē
 tē victoria
 Hannibalē,
 & ad urbē
 venire parā
 tē deterruit
 iactis fulmī
 nibus, & Ra
 manis ani
 mū addidit
 ac Fabium
 Max. dicto
 torem dice
 rent, mon
 stravit.

Iouis laudes
 de Fabio.

Non astus fallax, non præda, aliûsve cupido
 Bellandi vetus, ac laudum, cladumq; quæta
 Mente capax, par ingenium, castrisq; togæq;
 Sic genitor diuûm, recipitq; ad sidera gressum.
 Hic circumspectis nulli depreñsus in armis,
 Laudatûsq; Ioui Fabius, (mirabile) tantum
 Gaudebat reducem patriæ adnumerare reuersus,
 Duxerat egrediens quam secum in prælia pubem.
 Nec membris quisquam, natõve pepercit amato
 Acris, aut vidit socium per bella cruorem
 Tristior, atq; idem perfusus sanguine victor
 Hostili, plenis repetebat mœnia castris.
 Stirpe genus clarum, celõq; affinis origo.

Fabiorû fas
 milia, à Fa
 bio. Hercules
 ex Hispani
 a superato
 illic Ger
 rioneregres
 si & vindu
 nae filie Es
 uadri, filio
 propagata

Nam remeans longis olim Tirynthibus oris,
 Et triplicis monstri famam, & spectacula captas
 Mira boues, hac qua fulgent nunc mœnia Romæ
 Egrotans: tunc Arcadius (sic fama) locabat
 Inter desertos fundata palatia dumos
 Paupere sub populo ductor, cum regia virgo
 Hospite victa sacro, Fabium de crimine leta
 Procreat, & magni commiscet seminis ortus

Arcas in Herculeos mater ventura nepotes,
 Hi cû bellû Tercentum domus hæc Fabios armauit in hostem
 publicû pro
 prijs virib;
 suscepissent
 gerendû cõ
 tra Veien
 tes, ad Cre
 merâ flui
 um omnes
 circûnecit

Limine progressos vno, pulcherrima quorum
 Cunctando Fabius superauit facta, ducemq;
 Hannibalem equando, tantus tunc Pœne fuisse.
 Dum se percussi renouant in bella Latini,
 Turbatus Ioue, & exuta spe mœnia Romæ
 Pulsandi, colles Umbros, atq; arua petebat

Hannibal, excelso summum qua vertice montis
 Denexam lateri pendet Tuder, atq; vbi latis
 Projeta in campis nebulas exhalat inertes,
 Et sedet ingentem pascens Mevania taurum,
 Dona Ioui, tum Palladios se fundit in agros
 Picenum cupidus prædæ, atq; errantibus armis,
 Quo spolia inuitant transfert populantia signa.
 Donec pestiferos mitis Campania cursus
 Tardauit, bellumq; sinu indefensa recepit.
 Hic dum stagnosi spectat templumq; domosq;
 Interni ductor, varia splendentia cernit
 Pictura, belli patribus signata manebant.
 Exhausti, nam porticibus signata manebant.
 Quis inerat longus rerum, & spectabilis ordo.
 Primus bella truci suadebat Regulus ore.
 Bella neganda viro, si noscere fata daretur.
 At princeps Pænis indictæ more parentum
 Appius astabat pugna, lauroq; reuinctus.
 Iustum Sarrana ducebat cæde triumphum.
 Equorem iuxta decus, & nauale trophæum
 Rostro gerens, niuea surgebat mole columna
 Exuias Marti, donumq; Duilius alto
 Ante omnes mersa Pænorum classe dicabat.
 Cui nocturnus honos, funalia clara, sacæq;
 Post epulas tibicen adest, castosq; penates
 Insignis leti repetebat murmure cantus.
 Cernit & extremos defuncti cinis honores,
 Scipio ductoris celebrabat funera Pæni,
 & ardua victor terra, videt inde ruentem

l.j.

interfelli
 sunt.
 Hannibal à
 Thrasimes
 no per Vm
 briam spo-
 letū petijt, i
 de in Pice-
 num mouit,
 demū in Cæ-
 pania cōtē-
 dit, vbi pis-
 tura primi
 belli Pūnici
 apud Līter-
 num nō sine
 molestia ani-
 mi cōspecta
 eā demoliri
 iussit irat⁹.
 Linternum
 oppidū Cæ-
 pania, claz-
 rū maioris
 Africani
 exilio.
 Appius hic
 Caudex cog-
 nomie, Me-
 mertinis
 missus auxi-
 lio. è Sicilia
 Pænos ex-
 pulit, C. Du-
 illius Han-
 nibalē Pæ-
 norū ducē,
 ad Mylas
 nauali præ-
 lio superauit,
 & so naz

SIL. I T A L.

nes cepit, L. Littoribus Libycis dispersa per agmina pubem,
 Corneli⁹ Sci Instabat crista fulgens, & terga premebat
 pio in Sar- Regulus, Antololes, Nomadesqz, & Maurus, & Hæmon⁹,
 dinia Sar- dos & Cor Et Garamas, positis dedebant oppida telis.
 dos & Cor fas vicit, Lentus arenoso spumabat Bragada campo.
 Hæmonem Viperea sanie, turmis minitantibus vltro
 ducē Pæno- rû occidit, Pugnabat serpens, & cum duce bella gerebat.
 rû occidit, qui etiã ex- Necnon proiectum puppi, frustra qz vocantem
 equias cele- brauit. Numina, Amycleum mergebat perfida ponto
 brauit. Redentem Xantippum manns, & seras tibi Regule pænas
 in patriam Xantippû, Xantippus digni pendebat in equore lethi.
 simulato of- ficio Pæni Adiderant geminas medio consurgere fluctu
 profecti, abeuntem, in Egates, lacera circum fragmenta videres
 medio mari Classis, & effusos fluitare in gurgite Pænos.
 demerserunt ne apud su- Possessor pelagi, prona Luctatius aura
 os gloria si- Captiuas puppes ad littora victor agebat.
 bi capti Re- Hæc inter iuncto legatus in ordine Amilcar
 guli vendi- ductoris genitor, cunctarum ab imagine rerum
 taret, perfi- Totius in sese vulgi conuerterat ora.
 diosissimi. Sed pacis facies, & pollutas fœderis aras,
 Ad Egates, que due sût Deceptumqz Iouem, ac dictanteis iura Latinos
 i sula i mari Cernere erat, strictas trepida ceruice secures
 Siculo, Pæ- Horrebat Libys, ac submissis ordine palmis
 ni amiserunt c. & xx na- O rantes veniam iurabant irrita pacta.
 ues, quarû Hæc Eryce è summo spectabat leta Dione.
 due de l. de- Que postquam infesto percensuit omnia vultu,
 presse fue- runt, relique Arridens Pænus, lenta proclamat ab ira.
 capte ad Lilybæû à Luctatio vi- Non leniora dabis nostris inscribere tectis
 Elore pers- A Eta meæ dextræ, captam Carthago Saguntum
 trahit.

Da spectare simul flamma, ferroq; ruentem,
 Perfodiant patres natorum membra, nec Aspes
 Exiguus domitas capiat locus, ardua celsis
 Perisultet inga victor equis, Garamasq; Nomasq;
 Adde etiam Ticini spumantes sanguine ripas,
 Et nostrum Trebiam, & Thrasimeni littora Thuscis
 Clansa cadaveribus, ruat ingens corpore & armis
 Flamminius, fugiat Consul manante cruore
 Scipio, & ad socios nati cernice vehatur.
 Hac mitte in populos, & adhuc maiora dabuntur.
 Flagrantem effinges facibus Carthago Libyffis
 Romam, & deiectum Tarpeia rupe tonantem.
 Interea vos (vt dignum est) ista ocyus ite
 Oiuenes, quorum dextris mihi tanta geruntur,
 In cineres monumenta date, atq; inuolnite flammis.

Hānibal nō
 leuora in
 dedecus Ro
 manorum
 Carthago
 nensiu por
 ticibus iscri
 pturū se mē
 natus, eam
 porticu dirē
 mi suis mi
 litibus man
 dat.

HERMANNI BVSCHII PASIPHIL
 si argumentum in Librum Septimum.

Lectus dubijs dictator, & anchora rebus
 Non facilis vinci Fabius, virtute, nec astu,
 Mox superis Romæ per templa indicit honores.
 & dibus, & votis diuum sibi mitigat iram.
 Exin Sidonium cantus contendit ad hostem,
 Non commissurus pugnam, nisi Marte coactō.
 Quem cum non astu solito, terrore nec vllō
 Hannibal eliceret, Dauni tellure relicta,
 Clauditur in tumultis, à dictatore, Falernis.
 Hinc patrijs ad sacra deis peragenda profectus
 l.ij.

S I L I T A L .

Præposuit castris, equitum de more magistrum.
 Sed vetitum conferre manus. Fabio tamen ille
 Absente in pugnam ruit: æquatúrq; vetanti,
 Moxq; errasse pigens, illi ius omne remisit.

S I L I I I T A L I C I P V N I C O R V M

Liber Septimus.

Fabi⁹ dicta
 tor cū exer
 citu in Apu
 liā ad Han
 nib. conten
 dit, nisi co
 actus copiā
 pugnae ho
 sti nō factu
 rus, q; cogni
 to Fabij cō
 filio, cum in
 Campaniā
 moueret, in
 Falernis ab
 eo clauditur
 vnde euasit
 miro cōmē
 to. Post hæc
 profecto Ro
 mā Fabio,
 Minuti⁹ ca
 stris præpo
 situs, quod
 semel cū Hā
 ni. nō admo
 dū male in
 terim pu
 gnasset, Di
 statori pos

i

Nterea trepidis, Fabius spes vni
 ca, rebus
 Ille quidem socios, atq; ægram vul
 nere præcep
 Ansoniam armabat, viridique ad
 dura laborum

Bellator senio, iam castra monebat in hostem.
 Sed mens humana maior, nec tela, nec enses,
 Nec fortes spectabat equos, tot millia contra
 Pænorum, inuictūmq; ducem, tot in agmina solus
 Ibat, & in sese cuncta arma, virōsq; gerebat.
 Ac ni sacra seni vis, impressūmq; fuisset
 Sistere cunctando fortunam aduersa fouentem,
 Vltima Dardanijs transisset nominis ætas.
 Ille modum Superis in Punica castra fauoris
 Addidit, & Libyæ finem, inter prospera bella
 Vincendi statuit, tumefactum cladibus ille
 Hesperijs, lento Pænum moderamine lufit.
 Summe ducum, qui regna iterum labentia Troiæ,
 Et fluxas Latij res, maiorūmq; labores,
 Qui Carmentis opes, & regna Euandria seruas,

Surge age, & merito sacrum caput inferere caelo.
 At Libyæ ductor postquam nona nomina lecto
 Dictatore vigent, raptim mutata Latinis
 Imperia haud frustra reputans, cognoscere auebat
 Quæ fortuna viro, quodnam decus, vltima fessis
 Anchora cur Fabius, quem post tot Roma procellas
 Hannibali putet esse parem, feruore calentes
 Angebant anni, fraudiq; inaperta senectus
 Ocyus accitum captiuo ex agmine poscit
 Progeniem, ritusq; ducis, dextræq; labores
 Cilinus Arreti Tyrrenis ortus in oris
 Clarum nomen erat, sed leua adduxerat hora
 Ticini iuuenem ripis, fususq; ruentis
 Vulsere equi, Libycis præbebat colla catenis.
 Hic ardens extrema malis, & rumpere vitam.
 Non cum Flamminio tibi res, nec feruida Gracchi
 In manibus consulta, inquit, Tyrrinthia gens est:
 Quam si fata tuis genuissent Hannibal oris
 Terrarum imperium Cartaginis arce videres.
 Non ego te longa serie per singula ducam,
 Hoc sat erit. nosces Fabios certamine ab vno.
 Vcientum populi violata pace negabant
 Acceptare iugum, ac vicino Marte furebant,
 Ad portas bellum, Consulq; ciebat ad arma,
 Delectus vetiti, priuatq; castra penates
 Herculei implerere, domo (admirabile) ab vna
 Patritius iunctis exercitus ibat in armis.
 Tercentum exiliere duces, quocunq; liberet
 Vno non pauidus rexisses bella magistro.

L.iiij.

testatis iure
 equatur te
 meritate ple
 bis, sed è me
 dia morte
 non multa
 posterept^o à
 Fabio, agna
 scēs suū &
 vulgi erro
 rē, plenum
 ius illi resti
 tuit. tātum
 de argumē
 to huius ses
 ptimi.
 Hannibal cu
 piens cogna
 scere fortū
 nā Fabij, à
 Cilino quo
 dā è capti
 uis omnia
 comperit.

Narrat Ci
 linus tercē
 tum Fabio
 rū pugnam
 cum Veien
 tib^o, ad Cre
 merā infeli
 citer pugna
 tā, nam ad
 vñ omnes
 cæsi sunt, at
 nō inulti tā

men, nã plu
res hostiũ q̄
pro numero
Fabiorũ p̄
ierant.

Sed dirum egressis omen, scelerata minaci
S tridentis sonitu tremuerunt limina porte,
M aximãq; Herculei muginit numinis ara.
I nuasere hostem, numerariq; aspera virtus
H aud est passa viros, & plures milite cedes,
S æpe globo densi, sæpe & per denia passim
D ispersi subiere vices, meritiq; labore
& quato, nulli quisquam virtute secundus
D ucere tercentum Tarpeia ad templa triumphos,
(Spes heu fallaces, oblitãq; corda, caducum
M ortali quodcunq; datur) grex ille virorum,
Q ui Fabia gente incolumi deforme putabat
P ublica bella geri, pariter cecidere deorum
I nuidia, subitis circumuenientibus armis.
N ec tamen occisos est cur letere, supersunt
Q uot tibi sint, Libyæq; satis, certauerit vnus,
T ercentum dextris, tam viuida membra, laborq;
P ronidus, & cauta sollertia tecta quiete.
N ec vero calidi nunc tu cui sanguinis etas
F oderis in pugna velocius ilia planta
B ellatoris equi, frenisq; momorderis ora.
Q uem cernens auidum lethi post talia Pœnis,
N equicquam nostras demens, ait, elicis iras,
E t captiua paras moriendo euadere vincla.
V iuendum est, arcta seruentur colla catena.
H æc iuuenis, Diuisq; tumens, ausisq; secundis.
A t patres, Latiasq; nurus raptabat ad aras
C ura deum, mæsto suffusa lumina vultu,
F æmineus matres graditur chorus, ordine sonoy

Fabio ad ho
stem egresso
so, aliquot

Iunoni pallam, conceptaq; vota dicabant.
 Huc ades o regina deum, gens casta precamur,
 Et ferimus digno quæcumq; est nomine turba
 Ansonidum, pulchrúmq;, & acu subtegmine fuluo
 Quod nostræ neuere manus venerabile donum.
 At dum decrescit matrum metus, hoc tibi diua
 Interea velamen erit, si pellere nostris
 Marmaricam terris nubem dabis, omnis in auro
 Pressa tibi varia fulgebit gemma corona.
 Nec non & proprio venerantur Pallada dono,
 P hæbúmq;, armigerúmq; deum, primámq; Dionem.
 Tanta adeo cum res trepidæ reuerentia diuúm
 Nascitur, & raræ fumant felicibus aræ.
 Dum Roma antiquos templis indicit honores,
 Iam Fabius canto præcedens agmine, & arte
 Bellandi, lento similis, præcluserat omnes
 Fortunæq;, hostiq; vias, discedere signis
 Haud licitum, summúmq; decus, quo tollis ad astra
 Imperij Romane caput, parere docebat.
 Verum ubi prima satis conspecta in montibus altis
 Signa procul, fulsitq; nouis exercitus armis,
 A recte spes sidoniæ, feruétq; secundis
 Fortune iuuenis, vincendi sola videtur
 Quod nondum steterit acies, mora, pergite clamat
 Ite citi, ruite ad portas, propellite vallum
 Pectoribus, quantum campi distamus ad umbras
 Tantum hosti superest, resides ad bella vocantur
 Queis pudeat certare senes, quodcumq; videtis
 Hoc reliquum est, primo damnatum, & inutile bello.

l.iiiij.

ædes publi-
 ce dijs vor-
 te, Iunoni
 aurea palla
 dicata a ma-
 tronis, qua-
 rum preces
 etiã subian-
 git poeta.

Nihil tã sa-
 lubre in re
 militari ex-
 istimabant
 Ro. q; pare-
 re ducibus.
 Describit
 Hærib. au-
 dũ pugnae,
 & ut Fa-
 bio detras-
 hat Græci-
 clũ & Flã.
 præ illo ef-
 ferentẽ, mi-
 litẽ vero il-
 lius inutilẽ
 & prio dã
 natũ bella
 canillantẽ.

SILITAL.

H e u vbi nūc Gracchi, aut vbi sunt nūc fulmina gētis
 S c i p i a d e ? p u l s i A u s o n i a n o n a n t e p a u e n t e s
 D i m i s e r e f u g a m , q u a m t e r r o r a d v l t i m a m u n d i
 O c e a n ū m q u o t u l i t p r o f u g o s : n u n c e r r a t v t e r q u o
 N o m i n a n o s t r a t r e m e n s , & r i p a s s e r u a t I b e r i .
 E s t e t i a m c u r F l a m m i n i o m i b i g l o r i a c e s o
 C r e n e r i t , & t i t u l i s l i b e a t c u r f i g e r e n o s t r i s
 C r u d u m M a r t e v i r i n o m e n , q u o t d e m e r e n o s t e r
 H u i c a n n o s F a b i o g l a d i u s v a l e t ? & t a m e n a u d e t .
 A u d e a t . h a u d v l t r a f a x o s p e c t e t u r i n a r m i s .
 T a l i a v o c i f e r a n s v o l u c r i r a p i t a g m i n a c u r s u ,
 A c p r a e u e c t u s e q u o , n u n c d e x t r a p r o u o c a t h o s t e m ,
 N u n c v o c e i n c r e p i t a t , m i s s a n u n c e m i n u s h a s t a
 F e r t u r o u a n s , p u g n a q u o a g i t a t s i m u l a c r a f u t u r a .
 V t T h e t i d i s p r o l e s P h r y g i j s v u l c a n i a c a m p i s
 A r m a t u l i t , c l y p e o a m p l e x u s t e r r a m q u o , p o l u m q u o
 M a t e r n ū m q u o f r e t u m , t o t ū m q u o i n i m a g i n e m u n d u m .
 C a s s a r u m s e d e t i r a r u m s p e c t a t o r , & a l t i
 C e l s u s c o l l e i n g i d o m a t e x u l t a n t i a c o r d a ,
 I n f r a c t a s q u o m i n a s d i l a t o M a r t e f a t i g a t
 S o l e r s c u n c t a n d i F a b i u s . c e n n o c t e s u b a t r a
 M u n i t i s p a s t o r s t a b u l i s , p e r o u i l i a c l a u s u m
 I m p a u i d u s s o m n i s e r u a t p e c u s , e f f e r a s e u i t ,
 A t q u o i m p a s t a t r u c e i s v l u l a t u s t u r b a l u p o r u m
 E x e r c e t , m o r s u q u o q u a t i t r e s t a n t i a c l a u s t r a .
 I r r i t u s i n c e p t i , m o u e t i n d e , a t q u o A p p u l a t a r d o
 A r u a L i b y s p a s s u l e g i t , a c n u n c v a l l e r e s e d i t
 C o n d i t u s o c c u l t a , s i p r a e c i p i t a r e s e q u e n t e m ,
 A t q u o i n o p i n a t a d e t u r c i r c u n d a r e f r a n d e :

Comparat
 Achilli Hā
 nibalē pro
 uocantē Ro
 manos ad
 pugnam.
 Cōparatio
 à pastore
 sumpta, ita
 ouile aduer
 sus luporū
 vim muniē
 te, ut frus
 tra seuiāt,
 praedamq;
 affectent.

Punica cal
 liditas Hās
 nibalis ad
 eliciendum
 Fabium.

Nunc nocturna parat caeca celantibus umbris
 Furta via, retroque abiturum, fictosque timores
 Assimulat, nunc castra citus deserta, relicta
 O stentat praeda, atque innuit prodigus hostem.
 Qualis Meonia passim Meandrus in ora,
 Cum sibi gurgitibus flexis reuolutus oberrat.
 Nulla vacant incepta dolis, simul omnia versat,
 Miscetque exacuens varia ad conamina mentem.
 Sicut aquae splendor radiatus lampade solis
 Disultat per tecta, vaga sub imagine vibrans
 Luminis, & tremula laquearia verberat umbra.
 Iamque dolore furens ita secum immurmurat irae:
 Obuia si primus nobis hic tela tulisset,
 Nulla essent Trebiae & Thrasimeri nomina, nullos
 Ingererent titulos, nunquam Phaetontius annis
 Sanguinea pontum turbasset decolor unda.
 Inuentum dum se cohibet, terimurque sedendo)
 Vincendi genus, quoties velut obuius iret
 Discinxit ratione dolos, fraudesque resoluit.
 Haec secum, mediam somni cum buccina noctem
 Diuideret, iamque excubias sortitus iniquas
 Tertius abrupta vigil iret ad arma quiete,
 Vertit iter, Danni que retro tellure relicta
 Campanas remeat notus populatur in oras.
 Hic vero, intravit postquam vberis arua Phalerni
 Diues ea, & nunquam tellus mentita colono,
 Adhuc sunt frugiferis inimica incendia ramis.
 Haud fas Bacche tuos tacitum transmittere honores,
 Quaequam magna incepta vocant, memorabere sacri

Hanni. in se
 diosa itinere,
 ra, comparat
 errabundis
 Meandri flu
 uij flexib^o,
 à quib^o tor
 tuosas quas
 que flexu
 ras Poetae
 Meandros
 frequenter
 nominat.
 Vibrantem
 Hanni. me
 tem comparat
 fulgori ra
 diorū sola
 riū ex reper
 cussu aqua
 rū tremulo
 nutu summi
 tecti laquea
 ria ferienti.
 Verba Han
 nibalis pra
 cipuam Fa
 bii testatia
 prudentia,
 eis enim vel
 inuitus fate
 tur hostis, si
 hunc prima
 sibi oppo
 suissent Ro
 mani, nulla
 se ipsos in si
 gni clade as
 ficere potu
 isse.

SIL. ITAL.

Falernū vi-
nū, à Bac-
cho Hispa-
niā petēte,
Falerno cui-
dam hospiti
suo mōstra-
tum primo
in Campa-
nia, hospiti
præmium,
quo is ma-
gna seduli-
tate ipsum
(deū tū esse
ignorans)
exceperat,

Largitor laticis, grandidæ cui neētare vites
Nulli dant prælis nomen præferre Falernis.
Massica sulcabat meliore Falernus in ævo
Ensibus ignotis senior inga, pampinus umbras
Nondum vna virides nudo texebat in arvo,
Pocula nec norant succis mulcere Lyei,
Fonte sitim, & pura soliti defendere lymphæ,
Attulit hospitio pergentem ad littora Caspes,
Extremūmq; diem pes dexter, & hora Lyeum,
Nec pigitum paruosq; lares, humilissq; subire
Limina calicolam tecti, cœpere volentem
Fumosi postes, & ritu pauperis ævi
Ante focos mensæ, lætus nec senserat hospes
Aduenisse deum: sed enim de more parentum
Grato cursabat studio, instabātq; senectæ,
Donec opes festas puris nunc corna canistris
Composuit, nunc irriguis citus extulit hortis
Rorantes humore dapes, tum lacte, favisq;
Distinxit dulceis epulas, nullōq; cruore
Polluta castus mensa, cerealia dona
Attulit, ac primum Vestæ deterisit honorem
Vndiq; & in mediam iecit libamina flammam,
Deesse tuos latices, hac sedulitate senili
Captus Iacche vetas, subito (mirabile dictu)
Fagina pampineo spumarunt pocula succo,
Pauperis hospitij pretium, vilissq; rubenti
Fluxit mulctra mero, & quercu in cratera canata
Dulcis odoratis humor sudavit ab vuis.
En cape, Bacchus ait, nondum tibi nota: sed olim

Viticose nomen peruulgatura Falerni
 Munera: & haud ultra latuit deus: inde nitentem
 Lumine purpureo frontem cinxere Corymbi,
 Et fusa per colla comæ, dextrâq; pependit
 Cantharus, ac vitis Thyrso delapsa virenti
 Festas Niseo rediminit palmitè mensas.
 Nec facilis leto certasse Falerne saporì,
 Postquam iterata tibi sunt pocula, iam pede risum,
 Iam lingua titubante moues, patrioq; Lyeo
 Tempora quassatus, grates & præmia digna
 Vix intellectis conaris reddere verbis,
 Donec composuit luctantia lumina somnus,
 (Somnus Bacche tibi comes additus.) hinc ubi primo
 Vngula dispersit rores phaetontia Phæbo,
 Viriferis late florebat Massicus aruis
 Miratus nemora, & fulgenteis sole racemos.
 It montis decus, atq; ex illo tempore diues
 Tmolus, & ambrosijs Aruisia pocula succis,
 Ac Methymna ferax Latijs cessere Falernis.
 Hac tum vasta dabat, terrisq; infestus agebat
 Hannibal, & sicci stimulabant sanguinis enses,
 Ludificante ducem Fabio, iamq; improba castris
 Alysionis vota, & pugnandi praua libido
 Gifficebat, proni decurrere monte parabant.
 Da fama da Musa virum, cui vincere bina
 Concessum castra, & geminos domitare furores.
 Fernida si nobis corda, abruptumq; putassent
 Ingenium Patres, & si clamoribus, inquit,
 Turbari facilem mentem, non vltima rerum,

Bacch⁹, deñ
 se confessus
 subito, hoc
 præcipuo
 munere ho-
 spitè suū re-
 munerat, cui
 ius benefi-
 cio etiā fa-
 ma & no-
 mē Falerni
 late enulge-
 tur olim.

Fabij verba
 ad milites
 temere pu-
 gnam affe-
 ctantes, qui-

SIL. ITAL.

bus inquit, ideo sibi à patribus cōmissam rē pub. quo ei aliorū temeritate penè precipitate, ipse cōsilio & cūctatōe sua succurrat rursus, nō sumditus p̄ditū eat, & Minutij in se maledicta oblique confutat, dicēs nō se (vt ille interpretetur) pugnā differre, quod timeat sed quoniā tempus hoc ita postulet, & modo in rem sit cunctari.

Et deplorati mandassent Martis habenas,
 Stat pensata diu belli sententia, vincam
 Seruando inuitos, urgenteisq; vltima fata.
 Nulli per Fabium è vobis cecidisse licebit,
 Si lucis piget, & supremis esse cupido est
 Nominis Ansonij, tædetq; in tempore tali
 Nullum clade noua, claræq; fragore ruine
 Insignem fecisse locum, renocandus ab atris
 Flamminius vobis est sedibus, ille ruendi
 Iam dudum properans, signum, auspiciūq; dedisset,
 An nondum præceps, vicināq; fata videtis?
 Vna, vt debellet, satis est victoria Pæno.
 State viri, & sentite ducem, cum optabile tempus
 Deposcet dextras, tunc ista ferocia dicta
 & quentur factis, non est (mibi credite) non est
 Arduus in pugnas ferri labor, vna reclusis
 Omnibus iam portis in campum effuderit hora:
 Magnum illud solisq; datum quos mitis euntes
 Iuppiter aspexit, magnum est ex hoste reuerti.
 Fortune Libys incumbit, flatūq; secundo
 Fudit agens puppim. Dum desinat aura, sinisq;
 Destituat tumidos subducto flamine ventus,
 In rem cunctari fuerit, non vlla perenni
 Amplexu fortuna fouet: iam copia quanto
 Arctior est nullo Tyrijs certamine? quantum
 Detritum est fame? quin inter cetera, nostra
 Haud laude absuerit, modo qui: sed parcere dictis
 Sit melius, iam vos acies & prælia & hostem
 Poscitis? ò maneat superi fiducia talis.

Modo qui,
 subaudi pro
 sternebat o-

Interea exclusa maioris sorte pericli
 Me solum, quæso toti me opponite bello.
 His dictis fractus furor, & rabida arma quierunt:
 Ut cum turbatis placidum caput extulit undis
 Neptunus, totumq; videt, totq; videtur
 Regnator ponto, seui fera murmura venti
 Dimittunt, nullasq; movent in frontibus alas,
 Tum sensim infusa tranquilla per æquora pace
 Languentes tacito lucent in littore fluctus.
 Sensit cura sagax Pœni, fraudisq; veneno
 Aggreditur mentes. pauca atq; hæc ruris auiti
 Ingera, nec multis Fabius vertebat aratris,
 Massicus vni feris addebat nomina glebis:
 Hinc pestem placidam moliri, & spargere causas
 In castra ambiguas, ferro flammisq; pepercit,
 Suspectamq; loco pacem dedit, arte maligna:
 Seu clandestino traheretur fœdere bellum.
 Intellectus erat Fabio, Tyriosq; videbat
 Dictator seuire dolos: at non vacat egre
 Inuidiam gladios inter lituosq; timere,
 Et dubia morsus famæ depellere pugna,
 Donec reptantem, & nequicquam sepe trahendo
 Huc illuc castra, & scrutantem prælia Pœnum,
 Qua nemorosa iuga, & scopulosi vertice colles
 Exurgunt, clausit, sparsa ad diuortia turma.
 Hinc Lestrigoniæ saxoso monte premebant
 A tergo rupes, undosis squalida terris.
 Hinc Linterna palus: nec ferri aut militis usum
 Prohibebat regio, septos sed fraude locorum

nia, nullo
 certamine à
 nobis super-
 rat^o est, qd
 reticuit vt
 vitaret ar-
 rogantiam.
 Alias rapi-
 da.

Compat Fa-
 biū oratiōe
 militiē à pu-
 gna inhibē-
 tē Neptuno
 sedātiautho-
 ritate flu-
 et^o marcos.
 Hānibal cū
 dictatorem
 elicere ad
 pugna non
 posset, mon-
 strato à p̄su-
 gis illi^o sibi
 agello, om-
 nibus circa
 vastatis, cal-
 lide pepercit
 vt occulti a-
 licuius pacti
 ea merces
 videri pos-
 set, qua ve-
 risimili pro-
 ditionis su-
 spicione a-
 spergeretur
 sed ille opti-
 me omnia
 intellexit &
 inuicta vir^o

eute contem-
psit.

Hänibal dū

Sepius huc

illuc circūer

rās insidia-

tur Fabio,

tandem ipse

locorū impe-

ritia ab illo

elanditur in

Palernis, ob-

stāibus Ca-

ietanis, &

Formianis

montibus à

tergo, ab a-

lia parte Li-

terna palu-

de, vnde mi-

rabili coms-

mento soler-

tissim⁹ Dux

emerfit ta-

men.

Descriptio

noctis.

Teliū Balea-

re, funda.

Hänibal ad

propinqua

fratris ca-

stra progres-

sus, medita-

tū illi comu-

nicat cōsiliū

enadendi, A-

ridos inq̄s

A rēta fames pœnas misera exactura Saguntū

V rgebat, finisq̄z aderat Carthaginis armis.

C uncta per & terras, & lati stagna profundi

Considerat somnus, positóq̄z labore dierum

P acem nocte datam mortalibus orbis agebat.

A t non Sidonium curis flagrantia corda

D uctorem, vigilesq̄z metus haurire sinebant

D ona soporiferæ noctis, iam membra cubili

E rigit, & fului circundat pelle leonis,

Q ua super instratos proiectus gramine campi

P resserat ante toros, tunc ad tentoria fratris

F ert gressus vicina citos: nec degener ille

B elligeri ritus, taurino membra iacebat

E ffultus tergo, & mulcebat tristia somno.

H and procul hasta viri terræ defixa propinqua,

E t dira è summa pendeat cuspide cassis,

E t clypeus circa, loricáq̄z, & ensis, & arcus,

E t telum Baleare, simul tellure quiescunt,

I uxta lecta manus, iuvenes in Marte probati.

E t sonipes strato carpebat gramina dorso.

V t pepulere leuem intrantis vestigia somnum,

H ens, inquit, paritèq̄z manus ad tela ferebat,

Q uæ te cura vigil fessum germane fatigat?

A c iam constiterat, sociósq̄z in cespite fusos

I ncussa reuocat castrorum ad munera planta.

T um Libyæ ductor: Fabius me noctibus agrum

I n curas Fabius nos excitat, illa senectus

H en fatis, quæ sola meis currentibus obstat.

C ernis vt armata circumfundare corona,

Et vallet clausos collectus miles in orbe.
 Verum age (nunc quoniam res arctæ) percipe porro
 Que meditata mihi. latos correpta per agros
 Armenta assueto belli de more sequuntur,
 Cornibus arentes edicam innectere ramos,
 Sarmentiq; leues fronti religare maniplos,
 Admotus cum fernorem disperferit ignis,
 Ut passim exultent stimulante dolore iuuenti,
 Et vaga per colleis cernice incendia iactent.
 Tum terrore nouo trepidus laxabit iniquas
 Custos excubias, maiorq; nocte timebit,
 Si cordi, consulta moras extrema recusant,
 Accingamur ait. gemino tentoria gressu
 Inde petunt, ingens clypeo cernice reposta
 Inter equos, interq; viros, interq; iacebat
 Capta manu spolia, & rorantia cæde Maraxes:
 Accidrum in somno cen bella capesseret, amens
 Clamore tum forte dabat, dextrâq; tremente
 Arma toro, & notum quærebat feruidus ensem.
 Hic Mago, inuersa quatiens vt dispulit hasta
 Bellantis somnum: tenebris fortissime ductor
 Iros compesce, atq; in lucem prælia differ.
 Ad fraudem, occultâmq; fugam, tutosq; receptus
 Nunc nocte vtendum est, arenteis neçtere frondes
 Cornibus, & latis accensa immittere syluis
 Armenta, oppositi reserent quo claustra manipuli
 Germanus parat, atq; obsessa euellere castra.
 Emergamus, & hic Fabio persuadeat astus
 Nos certare dolis, nihil hic cunctante, sed acris

sarmentorū
 fasciculos
 vndiq; colle
 ctos boum,
 quos excepē
 mus præda
 bundi, cornū
 bus præliga
 bimus, qui-
 bus accessis,
 boues ad mē
 tes agem⁹
 qui cū coepe
 rint stimu
 lante dolore
 passim exul
 tare, i prouē
 sa specie tot
 igniū terri
 t⁹ miles Ro.
 custodias
 haud dubie
 laxabit, na
 bisq; pote
 statem hinc
 exendi præ
 bebbit, proba
 to consilio
 Achææ da
 tū negotiū,
 tesserat tot is
 castris emis
 sa docere q̄
 essent pro
 peranda.

SIL. ITAL.

Incepti læto iuvene, ad tentoria Acherræ
 Festinant, cui parca quies, minimumq; soporis,
 Nec notum somno noctes æquare, feroci
 Peruigil infernibat equo, fessumq; lenabat
 Tractando, & frenis ora exagitata fouebat.
 At socij renouant tela, arentemq; cruorem
 Ferro detergunt, & dant mucronibus iras.
 Quid fortuna loci poscat, quod tempus, & ipsi
 Quenam agitent, pandunt, & cæptis ire ministrum
 Haud segnem hortantur, discurret tessera castris,
 Intentiq; docent quæ sint properanda, mouentq;
 Quisq; suos, instant trepidi, stimulatq; ruentes
 Nauus abire timor, dum cæca silentia, dumq;
 Maires umbræ, rapida iam subdita peste
 Virgulta, atq; altis surgunt è cornibus ignes.
 Hic vero vt gliscente malo, & quassantibus agræ
 Armentis capita, adiutæ pinguescere flamme
 Cæpere, & vincens fumos erumpere vertex,
 Per colles, dumosq; lues agit atra, per altos
 Saxosi scopulos montis, lymphata feruntur
 Corpora anhela boum, atq; obsessis naribus igni
 Luctantur frustra rabidi mugire iuenci.
 Per iuga, per valles errat vulcania pestis,
 Nusquam stante malo, vicinaq; littora fulgent,
 Quàm multa intentus celo sub nocte serena
 Fluctibus è medijs sulcator nauita ponti
 Astra videt, quàm multa videt feruoribus atris
 Cum Calabros vrunt ad pingua pabula saltus,
 Vertice Gargani residens incendia pastor.

Tessera, est
 signum, seu
 imperiū du-
 cis.

Alias Quo
 Calabros.

Hac facie subita volitantum in montibus altis
 Flammarum, queis tunc cecidit custodia sorti
 Horrere, atq; ipsos nullo spargente vagari
 Credere, & indomitos pasci sub collibus ignes.
 Calone exciderint, & magna fulmina dextra
 Torserit omnipotens, an cecis terra cavernis
 Fuderit egestas accenso sulfure flammâs
 Infelix tellus, tantis damnata ruinis.
 Iamq; fugam Rutuli media in formidine quærunt,
 Atq; abeunt, faucésq; viæ citus occupat armis
 Pænis, & in patulos exultans emicat agros.
 Huc tamen vsq; vigil processerat arte regendi
 Dictator Trebiam, & Tusci post stagna profundi
 Effet vt Hannibali Fabium Romanâq; tela
 Ensisse satis, quin & vestigia pulsi,
 Et gressus premeret castris, ni sacra vocarent
 Ad patrios veneranda deos: tum versus ad urbem
 A loquitur iuuenem, cui mos transmittere signa,
 Et belli summam, primâsq; inebat habenas,
 Atq; his præformat dictis, fingitq; monendo.
 Si factis nondum Minuti te tanta probare
 Erudijt fortuna meis, nec ducere verba
 Ad verum decus, ac pravis arcere valebunt,
 Vidisti clausum Hannibalem, nil miles & alæ
 Inuere, aut densis legio conferta manipulis.
 Testor te, solus clausi, nec deinde morabor,
 Dijs sine me libare dapem, & solennia ferre.
 Nunc iterum, atq; iterum vincitū vel montibus altis,
 Annibus aut rapidis (modo pugna absistite) tradam.

In solito visu
 diffugienti-
 bus Ro. va-
 pti suos Pæ-
 nis educit.

Fabius urbē
 sacrorū cau-
 sa petere co-
 alet Minu-
 tiū præpo-
 suit belli sū-
 mæ, sed ita
 obstrictū ne
 vsq; absente
 se confligat
 cum hoste.
 Fabij verba
 à Minutio
 contendētis
 ne icat præ-
 liū cū Hāni-
 bale. Et est
 sēsus. Si nec
 cunctatio
 mea nec ver-

SIL. ITAL.

*ba te value
rūt erudire
hactenus, e-
rudiat saltē
claus⁹ à me
solo te teste
Hannibal.*

Interea, crede experto, non fallimur, agris
 Nil mouisse salus rebus, sit gloria multis
 Et placeat. quippe egregium prosternere ferro
 Hostem, sed Fabio sit vos seruare triumphus.
 Plena tibi castra atq; intactus vulnere miles
 Creditur, hos nobis (erit hæc tibi gloria) redde.
 Iam cernes Libycum huic vallo assultare leonem.
 Iam prædas offerre tibi, iam vertere terga,
 Respectantem adeo, atq; iras cum fraude coquentē.
 Claude oro castra, & cunctas spes eripe pugne.
 Hæc monuisse satis, sed si compescere corda
 Non datur oranti, magno te iure piq; ^{q;}
 Dictator capere arma veto: sic castra relinquens
 Vallarat monitis, ac se referebat ad urbem.
 Ecce autem flatu classis Phœnissa secundo
 Littora Caietæ, Lestrigoniōsq; recessus
 Sulcabat rostris, portūsq; intrabat apertos,
 Ac totus multo spumabat remige pontus,
 Cum trepidæ fremitu vitreis è sedibus antri
 & quoræ pelago simul emersere sorores,
 Ac possessa vident infestis littora proris.
 Tum magno percussa metu Nereia turba
 Attonitæ propere refluent ad littora nota,
 Teleboi medio surgunt quæ regna profundo,
 Pumiceæq; procul sedes, immanis in antro
 Conditur abrupto Protheus, ac spumea late
 Cantibus obiectis reiecit cœrula, vates.
 Is postquam sat gnarus enim rerūq; metūsq;
 Per varias lusit formas, & terruit atri

Nouū poete
 figmētum,
 quo fingit
 Tyrrheni
 maris nym-
 phas infesta
 classe terri-
 tas Protheū
 vatem tunc
 Capreis ha-
 bitantē ad-
 ūisse, solici-
 tas de exitu
 rei, & ab eo
 nō solū na-
 uigationis
 eius causam
 sed etiā to-
 tius belli e-
 zentum edo-
 ctas.

Serpentis squamis, horrendaq; sibi torsit,
 Et fremuit toruo mutatus membra leone,
 Dicite ait, quæ causa viæ? quisve ora repente
 Peruasit pallor? cur scire futura libido?
 Ad quæ Cymodoce nympharum maxima natu
 Invalidum, nosti nostros præ sage timores.
 Quid Tyriæ classes, ereptaq; littora nobis
 Portendunt? num migrantur Rheteia regna
 In Libyam superis? aut hos Sarranus habebit
 Nautia iam portus? patria num sede fugatæ
 Atlantem, & Caspen extrema habitabimus antra?
 Tum sic innuens repetita exordia retro
 Incipit ambiguus vates, referatq; futura:
 Laomedontens Phrygia cum sedit in Ida
 Pastor, & erranteis dumosa per ania tauros
 Arguta reuocans ad roscida pascua canna,
 Audiuit sacre lentus certamina formæ.
 Tum matris currus niveos agitabat olores
 Tempora sollicitus litis seruasse Cupido.
 Parvulus ex humero coritus & aureus arcus
 Fulgebat, nutuq; vetans trepidare parentem
 Monstrabat granidam telis se ferre pharetram.
 Ast alius nivea comebat fronte capillos
 Purpureos, alius vestis religabat amictus,
 Cum sic suspirans roseo Venus ore decoros
 Alloquitur natos: testis certissima vestre
 Ecce dies pietatis adest, quis credere saluis
 Hoc ausit vobis? de forma atq; ore (quid vltra
 Iam superest rerum?) certat Venus: omnia parnis
m.ij.

Teleboi ve-
 gna: Capre
 as intelligit
 insula est in
 sinu Neapo-
 litano Tybe-
 ri principis
 secessu cele-
 brata.

Verba Cy-
 modoce
 nymphe ad
 Protheū sci-
 scitantis ab
 eo quid Ty-
 riæ classis
 aduentus de-
 signet.

Migrantur
 none dictū,
 protransfe-
 runtur.

Protheus hic
 altius repe-
 tit causam
 irarum Lu-
 nonis & Pal-
 ladi i Ro-
 manos, or-
 tam à iudi-
 cio, videlicet
 Paridis Tro-
 iani.

Verba Ve-
 neris ad su-
 os Amores,
 quibus eos
 hortatur ut

præcipue pi
etate suam
in hoc iudi-
cio pro ma-
tre ostendat
Paride sibi
conciliato.

Deleto Ilio
Aeneas pro
fugus i Ita-
liam venit.
saffon in su-
la est inter
Epyrum &
Brudusiu in
mari Adria-
tico, i quod
emittit Au-
fidus, in cu-
ius ripis ac-
cepturi erant
memorable
elade Roma-
ni. cui etia
eos carmina
sibyllina
premonue-
rant.

Si mea tela dedi blando medicata veneno,
Si vester caelo ac terris qui foedera sancit,
Stat supplex, cum vultis aures, victoria nostra
Cypron idumæas referat de Pallade palmas
Et Iunone, Paphos centum mihi fumet in aris.
Dumq; hæc aligeris instat Cytherea, sonabat
Omne nemus gradiente dea. iam bellica virgo
& gide deposita, atq; assuetum casside crinem
Innuoluit, tum compta comam, pacemq; serenis
Conniuens oculis ibat, lucóq; ferebat
Prædicto sacrae vestigia concita plantæ.
Parte alia intrabat iussas Saturnia sylvas,
Iudicium phrygis, & fastus pastoris, & Idam,
Post fratris latura toros, postrema nitenti
Affulsit vultu ridens Venus, omnia circa,
Et nemora, & penitus frondosis rupibus antra
Spirantem sacro traxerunt vertice odorem.
Nec index sedisse valet, fessiq; nitoris
Luce cadunt oculi, metuit dubitasse videri.
Sed victæ fera bella deæ vexere per æquor,
Atq; excisa suo pariter cum iudice Troia est,
Tum pius Æneas terris iactatus & vudis,
Dardanos itala posuit tellure penates.
Dum cete innabunt ponto, dum sidera caelo
Lucebunt, dum sol Indo se littore tollet
Hic regna, & nullæ regnis per secula metæ.
At vos ò natæ, currit dum immobile filum,
A driaci fugite infaustas saffonis arenas,
Sanguineis tumidus ponto miscbitur vudis

Aufidus, & rubros impellet in equora fluctus,
 Damnatōq; deūm quondam per carmina campo
 & tole rursus Teucris pugnabitis umbra.
 Punicā romuleos quatient mox spicula muros,
 Multa quoq; Hasdrubalis fulgebit strage Metaurus.
 Hinc ille ē furto genitus, patriq; piabit
 Idem vltor patriq; necem: tum littus Elisæ
 Implebit flammis, auellētq; itala Pœnum
 Viscera torrentem, & proprijs superabit in oris.
 Huic Carthago armis, huic Africa nomine cedit.
 Hic dabit ex sese qui tertia bella fatiget,
 Et cinerem Libyæ ferat in Capitolia victor.
 Quæ dum arcana deūm, vates euoluit in antro,
 Iam monita, & Fabium, belliq; equitūmq; magister
 Exuerat mentem, ac præcep̄s tendebat in hostem.
 Pascere nec Pœnus prauum ac nutrire fauorem
 Deerat, & vt paruo maiora ad prælia damno
 Eliceret, dabat interdum simulantia terga:
 Non aliter, quàm qui sparsa per stagna profundi
 Euocat è liquidis piscem penetrabilibus esca.
 Cūmq; lenem summa vidit iam nare sub vnda,
 Ducit captiuum sinuato ad littora lino.
 Fama furit versos hosteis Pœnūmq; salutem
 Inuenisse fuga, liceat si vincere, finem
 Promitti cladum, sed enim ditione carere
 Virtutem, & pœnas vincentibus esse repostas.
 Clausurum iam castra ducem, rursūsq; referri
 Vaginæ iussurum enses, reddatur in armis
 Vt ratio, purget miles cur vicerit hostem.

Apud Me-
 taurū Has-
 drubal cum
 exercitu ce-
 sus est. Ho-
 rat. Testis
 Metaurum
 flumen &
 Hasdrubal
 Denicus.
 Scipionē va-
 ticinatur A-
 fricani co-
 gnomen ha-
 biturū à de-
 victa Africa
 Redit poeta
 ad Minutiū
 & Hāniba-
 lē: quē eliciē-
 tem parua
 iactura suo-
 rū Minutiū
 mandatorū
 Fabij oblitū
 ad pugna,
 apte compa-
 rat piscata-
 ri esca pi-
 sces allicien-
 ti, deinde ia-
 cto rete ca-
 ptiuos ad se
 trahenti.

S I L I T A L .

Minutio e- Hæc vulgus, nec non patrum Saturnia mentes
guatur im- Invidia stimulo fodit, & popularibus auris.
periu cū Fa- Tunc indigna fide censent, optandâq; Pæno,
bio incōsul- Quæ mox haud paruo luerent damnata periclo.
ta tmerita Diuiditur miles, Fabioq; equitumq; magistro
te patriæ, Imperia æquantur, penitus cernebat, & expers
ne in illum Irarum senior, magnas ne penderet alti
posset iure Erroris pœnas patria inconsulta timebat.
potestatis a- Ac tum multa putans secum, vt remeant ab vrbe
nimaduerte Partitus socias vires, vicina propinquis
re, q. contra Signa iugis locat, & specula sublimis ab alta
ei^o imperiū Non Romana minus seruat, quàm punica castra.
pugnasset Nec mora, disiecto Minuti vecordia vallo
sum hoste. Perdendi simul, & pereundi ardebat amore.

Minutius te- Quem postquam rapidum vidit procedere castris,
mere cū ho- Hinc Libys, hinc Fabius, simul accendere sagaces
ste secundo Insubitum curas: propere capere arma manipulis
confligit. E dicit, nullôq; tenet munimine turmas

Verba hæ- A usonius, torquet totas in prælia vires
nibalis te- Pænorum ductor, propellitq; agmina voce:
meritatem Dum dictator abest, rape miles tempora pugne,
Minutij no- Non sperata diu plano certamina campo
tantis, dum Offert, ecce deus, quoniam data copia, longum
nulla re ma- Detergete situm ferro, multôq; cruore
gis q̄ Fabij Exatiate viri plenos rubiginis enses.
absentia ad A tq; ea cunctator pensabat ab aggere valli,
victoriam Perlustrans campos oculis, tantôq; periclo
nititur. Discere quis nam esset Fabius, te Roma dolebat.

Verba ado- Cui natus, iuncta arma ferēs, dabit improbus, iugit,
lescentis Fa-
bij iuuenili-

Quas dignum pœnas, qui per suffragia cæca
 Inuasit nostros hæc ad discrimina fasces.
 In sane spectate tribus, prob lubrica rostra,
 Et vanis fora læta viris, nunc munera Martis
 & quent imperio, & solem concedere nocti
 Siscant, imbelles magna mercede piabunt
 Erroris rabiem, & nostrum violasse parentem.
 Tum senior quatiens hastam, lachrymisq; coortis:
 Sanguine Pœnorum iuuenis tam tristia dicta
 Sunt abolenda tibi: patiârne ante ora manusq;
 Civem deleri nostras? aut vincere pœnum
 Me spectante sinam? nos equanisse, minori
 Solvetur culpa, si sint mihi talia corda.
 Iamq; hoc (ne dubites) longævi nate parentis
 Accipe, & eterno fixum sub pectore serua:
 Succensere nefas patriæ, nec fœdior vlla
 Culpa sub extremas fertur mortalibus umbras.
 Sic docuere senes: quantus, qualisq; fuisti
 Cum pulsus lare, & extorris Capitolia curru
 Intrares exul, tibi corpora cæsa Camille
 Damnata quot sunt dextra? pacata fuissent
 Ni consulta viro, mēnsq; impenetrabilis iræ,
 Mutassentq; solum sceptris Æneia regna:
 Nullaq; nunc stares terrarum vertice Roma.
 Pone iras ò nate meas, socia arma feramus,
 Acceleremus opem, iamq; intermixta sonabant
 Classica, concursusq; viros colliserat acer.
 Primus claustra manu portæ dictator, & altos
 Dissiccit postes, rupitq; in prælia cursum.

m.iiij.

ter exultā-
 tis Minutius
 dare pœnas
 equati im-
 perij, quem
 pater incre-
 pans vetat
 irasci pa-
 triæ, nullā
 dicēs fœdio-
 rē culpā q̄
 patrie irā
 nō remitte-
 re, cui nulla
 pacto succē-
 sere fas sit:
 idq; vno Ca-
 milli exēplo
 ostendit, qui
 cū esset ini-
 que dānat⁹
 exilio ab ea
 nihilo segnī
 us tamē ca-
 ptam postea
 asseruit à
 Gallis.

SILITAL.

Fabij repē- Non grauiore mouent venti certamina mole,
 tinā i aciē O drysius boreas, & Syrtim tollere pollens
 Hannibalis A fricus, obnixi cum bella furentia torquent,
 pro Minu- Distraxere fretum, ac diuersa ad littora voluunt
 tio impres- & quor quisq; suum, sequitur stridente procella
 sionē elegā Nunc huc, nunc illuc raptim mare, & intonat vndis.
 tissima com Haud tantum daret vllus honos, tellusq; subacta
 paratiōe as P hœnicum, & Carthago ruens, iniuria quantum
 similat vē- O rta ex inuidia decoris tulit: omnia namq;
 tis flat? sui Haud tantum daret vllus honos, tellusq; subacta
 violētia to- P hœnicum, & Carthago ruens, iniuria quantum
 tum æquor pcellētibus. O rta ex inuidia decoris tulit: omnia namq;
 Fabius non Dura simul deuicta viro, metus, Hannibal, iræ,
 esset affecu- I nuidia, atq; vna fama, & fortuna subacta.
 tus maiore P œnus ab excelso rapidos decurrere vallo
 laudē deni- V t vidit, tremuere iræ, ceciditq; repente
 Et Cartha- Cum gemitu spes, haud dubiæ præsumpta ruine:
 gine, quàm Quippe aciem denso circumuallauerat orbe
 adeptus est H austurus clausos coniectis vndiq; telis.
 ex hac mo- A tq; hic Dardanius prauo certamine ductor
 deratione, I am styga, & æternas intrarat mente tenebras.
 qua ciues fer- N am Fabium, auxiliūmq; viri sperare pudebat,
 nauit, hostē Cum senior gemino complexus prælia cornu
 vicit, & pa- V lteriore ligat Pœnorum terga corona.
 tris iniuriā E t modo claudentes aciem, nunc extima cingens.
 lenissime tu C lausos ipse tenet, maiorem surgere in arma,
 lit. M aiorēmq; dedit cerni Tirynthius, altæ
 Vt cinxerat S cintillant cristæ, & (mirum) velocibus ingens.
 vndiq; Mi- P ersubitum membris venit vigor, ingerit hastas,
 nutianos A duersūmq; premit telorum nubibus hostem.
 Hannibal, Q ualis post iuuenem nondum subeunte senectā
 ita Fabius R ector erat Pylus bellis ætate secunda.
 ediuerso ho-
 filem.

Fabiū quā-
 quam senē,
 iuuenili ta-

Inde ruens, Turin, & Buten, & Marin, & Arsen
 Dat letho, fisumq; manus conferre Maleon,
 Cui decus insigne, & quæsitum cuspide nomen.
 Tum Garadum, largumq; comæ consternit Adherbè,
 Et geminas acies superantem vertice Tysin,
 Qui summas alto prensabat in aggere pinnas.
 Et minus hos: gladio Sapharum, gladioq; Monesum,
 Et Morinum pugnas æris stridore cientem,
 Dexteriore gena sedit cui lethifer ictus,
 Perq; tubam fixæ decurrens vulnere malæ,
 Extremo fluxit propulsus murmure sanguis.
 Proximus huic iaculo Nasamonius occidit Idmon.
 Namq; super tepido lapsantem sanguine, & ægra
 Lubrica nitentem nequicquam euadere planta
 Impacto prosternit equo, trepidèq; leuantem
 Membra afflictæ solo, pressa violentius hasta
 Implicuit terræ, telumq; in cæde reliquit.
 Heret humi cornus motu tremefacta iacentis,
 Et campis seruat mandatum affixa cadaver.
 Necnon exemplo laudis furiata inuentus,
 Sylla ruunt, Crassusq; simul, iunctusq; Metello
 Fannius, ac melior dextræ Torquatus, inibant
 Spectati Fabio: miser hic vestigia retro
 Dum rapit, & molem subducto corpore vitat
 Inorti Bibulus saxi, atq; in terga refertur,
 Strage super lapsus socium, quæ fibula morsus
 Lorice crebro laxata resolverat ictu
 Accipit lateri, penitusq; in viscera adegit
 Extabat fixo quod forte cadauere ferrum.

men vigore
 in hoste de-
 pugnantē,
 cōparat Ne-
 stori in æta-
 te secunda
 bellū cū cē-
 tauris ge-
 renti.

Non vulga-
 rē mortē Bi-
 buli refert
 prolixius, q-
 saxum vita-
 re cupiens,
 ferro quod
 e cadauere
 quodā forte
 promiebat,
 resupinus
 interiit.

SIL. ITAL.

Hen sortem necis, euasit Garamantica tela,
 Mar maridumq; manus, vt inerti cuspide fufus
 Occideret, telo non in fua vulnera miffo.
 Voluitur exanimis, turpatq; decora iuuenta
 Ora nouus pallor, membris dimiffa folutis
 Arma fluunt, erratq; niger per lumina fomnus.
 Venerat ad bellum tyria Sidone, nepotum
 Excitus prece, & auxilio foci arma ferebat
 Coa tumidus pharetrati militis ala

Cleada sy-
 donium to-
 tum gemis,
 auro, &
 purpura ful-
 gente, Brus-
 tus intere-
 mit, vltus
 necē Casca
 armigeri
 fui.

Gens Cadmi Cleadas, fulua cui plurima paffim
 Caffide, & aurato fulgebat gemma monili.
 Qualis vbi oceani renouatus lucifer vnda
 Laudatur Veneri, & certat maioribus aſtris.
 Oſtro ipſe, ac ſonipes oſtro, totumq; per agmen
 Purpura Agenoreis ſaturata micabat ahenis.
 Hic anidum pugnae, & tam clarum excindere nomen
 Brutum exoptantem, varie nunc leuus in orbem,
 Nunc dexter leuibus flexo per denia gyris.
 Ludificatus equo, volucrem per terga ſagittam
 Fundit, Achemenio detrectans praelia ritu.
 Nec damnata manus, medio ſed (flebile) mento
 Armigeri Casca penetrabilis heſit arundo,
 Obliquumq; ſecans ſubrecta cuspide vulnus
 Vuenti ferrum admonit tepefaeta palato.
 At Brutus diro caſu turbatus amici,
 Auſum multa virum, & ſpargentē in vulnera ſeuos
 Fraude fugę calamos, iam nullis curſibus iſtat
 Prendere cornipedis, ſed totam peſtoris iram
 Mandat atrox haſte, telumq; volatile nodo

Excitit, & summum, qua laxa monilia crebro
 Nudabant cursu, transmittit cuspide pectus.
 Labitur intento cornu transfixus, & vna
 Arcum leua cadens, dimisit dextra sagittam.
 At non tam tristi sortitus praelia Marte
 Phœbei Soractis honor Charmelus agebat:
 Sanguine quippe suo iam Bragada tinxerat enses,
 Dux rectorq; Iubæ populi, iam fusus eidem.
 Rexis, Amyclei stirpis impacata Phalanti,
 Quem tulerat mater claro phœnissa Laconi.
 Talia dum metuit, nec pugnae fusus in hoste
 Tam rapido, nec deinde fugam suadente pauore,
 Per dumos miser, & vicina cacumina quercus
 Repserat, atq; alta sese occultarat in umbra
 Nansicus, insistens tremulis sub pondere ramis.
 Hunc longa, multa orantem Charmelus, & altos
 Mutantem saltu ramos transuerberat hasta:
 Vt qui viscatis populatur arundine lucos,
 Dum nemoris celsi procera cacumina sensim
 Subtracta certat tacitus contingere meta,
 Sublimem calamo sequitur crescente volucrem.
 Effudit vitam, atq; alte manante cruore
 Membra pependerunt curuato exanguia ramo.
 Idemq; in palanteis ac versos terga, feroces
 Pugnabant Itali, subitus quum mole pauenda
 Terrificus nigris prorumpit Maurus in armis.
 Nigra viro membra, & fului iuga celsa trahebant
 Cornipedes, totusq; nouæ formidinis arte
 Concolor æquabat linentia currus equorum

Nudabant,
 alias nuda-
 bant, id est
 mouebantur.

Describit
 ignaniam
 Nansici foe-
 do metu in
 quercum de-
 lati, vbi à
 Charmelo
 hasta trans-
 fixus hesit
 exanimis.
 Charmelus
 sonat lati-
 ne pugna-
 cem.
 Charmelum
 cõparat au-
 eupi, Nam
 pscum va-
 luerit.
 Pugnam
 vi hic refer-
 tur, quæ Ca-
 so obtinuit.
 Legendum
 furui, non
 fului, vt ha-
 bent exemo-
 plaris.

SIL. ITAL.

Terga, nec erectis similes imponere cristis
 Cessarat pennas, atérq; tegebat amictus.
 Ceu quondam æternæ regnator noctis, ad imos
 Cum fugeret thalamos, et nea virgine rapta
 Eggit nigrantem stygia caligine currum.
 At Cato tum prima sparsus lanugine malas,
 Quod peperere decus circeo thyscula dorso
 Mænia, Laertæ quondam regnata nepoti,
 Quamquam tardatos turbata fronte Latinos
 Collegisse gradum videt, imperterritus ipse
 Ferrato calce, atq; effusa largus habena
 Cunctantem impellebat equum, negat obuius ire,
 Et trepidat crassa sonipes exterritus umbra.
 Tum celer in pugnam dorso delatus ab alto
 À lipedem planta currum premit, atq; volanti
 Assilit à tergo, cecidere & lora repente,
 Et stimuli, ferrumq; super cervice tremiscens.
 Palluit infelix subducto sanguine Maurus,
 Ora rapit gladio, præfixaq; cuspide portat.
 At seuo Mauorte ferox perrumpit anhelum
 Dictator cum cæde globum (miserabile visu)
 Vulneribus fessum, ac multo labente cruore
 Ductorem cernit suprema, ac fæda precantem,
 Manuere genis lachrymæ, clypeoq; pauentem
 Protegit, & natum stimulans, fortissime labem
 Hanc pellamus ait, Pænoq; ob mitia facta
 Quod nullos nostris igneis disperferit agris,
 Dignum expendamus pretium: tunc arte paterna
 Ac stimulis gaudens inuenis, circumdata Pænum

Nepotē La
 erta, Tele
 gonū dicit,
 Vlyssis &
 Circes filiū,
 qui Tusculū
 oppidum cō
 didit nō lō
 ge ab vrbe.

Fabius Di
 ctator, for
 tissime pers
 rupto hosti
 um globo,
 Minutiū ob
 iccto Clypeo
 iam panitā
 tem extres
 ma seruanit
 à morte.

Pulchra Pa
 bij ironia.

Agmina deturbat gladio, campumq; relaxat,
 Donec Sidonius decederet equore ductor.
 Ceu stimulante fame, rapuit cum Martius agnum
 A uerso pastore lupus, fœtumq; trementem
 Ore tenet presso, tum si vestigia cursu
 Auditis celeret balatibus obuia pastor,
 Tam sibi met metuens, spirantem dentibus imis
 Riectat prædam, & vacuo fugit ager hiatu,
 Tum demum terris, quas circumfuderat atra
 Tempestas, Stygiæ tandem fugere tenebræ,
 Torpebant dextra & sese meruisse negabant
 Seruari, subitisq; bonis mens ægra natabat,
 Ut qui collapsa pressi iacuere ruina,
 Eruta cum subito membra, & nox atra recessit,
 Conniuent, solèmq; pauent agnoscere visu.
 Quis actis, senior numerato milite letus
 Collibus, & tuto repetebat in aggere castra.
 Ecce autem è media iam morte renata iuuentus
 Clamorem tollens ad sidera, & ordine longo
 Ibat ouans, Fabiumq; decus, Fabiumq; salutem
 Certatim, & magna memorabat voce parentem.
 Tum qui partitis discesserat ante manipulis
 Sancte ait ò genitor renocati ad lucis honorem,
 Si fas vera queri, cur nobis castra, virosq;
 Dividere est licitum? patiens cur arma dedisti,
 Que solus rexisse vales? hoc munere lapsi
 & ternas multo cum sanguine vidimus umbras.
 Otius huc aquilas, seruataq; signa referte,
 Hic patria est, muriq; vrbis stant pectore in vno.

Hannibalē
 cedentē, des
 serentēq;
 iam captū
 propè Mis
 nutiū, cōpa
 rat lupo, cui
 interuentu
 pastoris sub
 ito præda è
 faucibus eri
 pitur.

Minuti^o me
 dia è moro
 te à Fabio
 liberatus,
 errorē suū
 agnoscens,
 ei omne ab
 reptum ius
 restituit, &
 eū eū patrē,
 eius milites
 patronos sa
 lutasset, su
 is militibus
 idem facere
 iussis, signa
 ad tribunal

SIL. ITAL.

retulit, &
castra cum
Fabio con-
iunxit.

Tūq; dolos Pœne, atq; astus tandem exue notos,
Cum solo tibi iam Fabio sunt bella gerenda.
Hæc ubi dicta dedit, mille hinc (venerabile visum)
Cespite de viridi surgunt properantius aræ.
Nec prius aut epulas, aut munera grata Lyei
Fas cuiquam tetigisse fuit, quam multa precatus
In mensam Fabio sacrum libavit honorem.

HERMANNI BVSCHII PASIPHYL
li argumentum in Librum OCTAVUM.

¶ I c iã Varro loquax, medio in discrimine rerũ
Consul, Romanas capit, indignante senatu,
Insanæ plebis stultæq; favore, secures
Cum Paulo Emilio. Noscens nona vulnere Inno
Prescia Cannarum, stagnis laurentibus Annam
Alloquitur, Pœnum vt inbeat nunc tendere regem
Explicat arentes, ubi fernida Apulia, campos,
Fatãq; promittat ibi prosperiora peractis.
Anna audita facit, grates agit Hannibal Annæ
Et mouet in campos Diomedis nomine dictos.
Hinc toto è Latio funebria miles in arma
Cogitur. at liquido, varijs prodentia monstris
Numina, vicinam cladem ostendere, sed amens
Prodigijs Varro spretis, sese obicit hosti.

SILII ITALICI PVNICORVM

Liber Octauus.

Rimus Agenoridum cedentia ter-
ga videre

Eneadis dederat Fabius: Romana
parentem

Solum castra vocant, solum vocat
Hannibal hostem.

Impatiensq; mora fremit, vt sit copia Martis
Expectanda viri fata, optandumq; sub armis
Parcarum auxilium. nanq; hac spirante senecta
Nequicquam sese Latium sperare cruorem.

Iam vero concors miles, signisq; relatis
Indivisus honos, iterumq; & rursus eidem
Sibi oblectandum Fabio, maioribus egrum
Angebat curis, lentando feruida bella

Distator, cum multa adeo, tum miles egenus
Cunctarum vt rerum tyrius foret, arte sedendi
Egerat, & quanquam finis pugnâq; manûq;
Haud dum partus erat, iam bello vicerat hostem.

Quin etiam ingenio fluxi, sed prima feroces
Vaniloquum, Celtae, genus, ac mutabile mentis,
Respectare domos, mœrebant cæde sine vlla
(Insolitum sibi) bella geri, siccasq; cruore
Inter tela siti Mauortis hebescere dextras.

His super, internæ labe, & cinica vulnus
Inuidia angebant, leuus conatibus Hanno
Victoris, non vlla domo submittere patres

Cum antea
semper fe-
rè aduersa
Marte cum
Hannibale
pugnatum
esset, Fabi-
cunctando
adeo ei ex-
ultantè vi-
ctorijs anis
mû fregit,
Vt de pugna
eo superstiti-
te desperas,
tandè de re
linquenda
rursum Ita-
lia consiliis
sæperis.

Erat hoc se-
cundū quod
Hannibalem
angebat:
quod scilicet
Galli prima
impetu fera-
ces instabis-
les tamè, cū
copia pue-

SIL. ITAL.

gnæ nō fieret, domos
 repetere cogitabant.
 Et hoc quoque Hanni-
 torq̄bat q̄, Hānone ob-
 stante, sibi auxiliū non
 subministra retur.
 Iuno Roma norū dadis
 apud Can- nas præ-
 scia, Annā Didōis soro-
 rē, & Beli filiā, ad quē
 Hannibal originē re-
 ferebat, è Numicio flu-
 nio, in quē Lauiniā sur-
 giens se præcipitē dede-
 rat, euocat, ut Hāniba-
 lē de Fabio sollicitū con-
 soletur, atq; admoneat
 nō cum Fa- bio, sed cum
 Varrōe ma- nus consere-
 das.
 Acneā in eo dē Numicio

Auxilia, aut vllis opibus inuisse sinebat.
 Quei s lacerum curis, & rerum extrema patientem
 Ad spes armorum, & furialia vota reducit
 Prescīa Cannarum Iuno, atq; elata futuris.
 Nanq; hac accitam stagnis laurentibus Annam
 Affatur voce, & blandis hortatibus implet:
 Sanguine cognato iuuenis tibi diua laborat
 Hannibal, à nostro nomen memorabile Belo.
 Perge age, & insanos curarum comprime fluctus.
 Excute sollicito Fabium, sola illa Latinos
 Sub inga mittendi mora, iam discingitur armis,
 Cum Varrone manus, & cum Varrone serenda
 Prelia, ne desit fatis, ad signa mouenda.
 Ipsa adero, tendat iam dudum in Iapyga campum.
 Huc Trebiæ rursus, & Thrasimēni fata sequentur.
 Tum diua indigetis castis contermina lucis,
 Haud, inquit, tua ius nobis præcepta morari.
 Sed fas sit, tantum queso retinere fauorem
 Antiquæ patriæ, mandatq; magna sororis,
 Quanquam inter Latios Annæ stet numen honores.
 Multa retro rerum iacet, atq; ambagibus æui
 Obtegatur densa caligine mersa vetustas,
 Cur Sarrana dicent Oenotri numina templo,
 Regnisq; Lneadum germana colatur Elise.
 Sed pressis stringam reuocatam ab origine famam
 Narrandi metis, breuiterq; antiqua reuoluam.
 Iliaco postquam deserta est hospite Dido,
 Et spes abrupta è medio, in penetralibus atram
 Festinat furibunda pyram, tum corripit ense

Certa necis, profugi donum exitiale mariti,
 Despectus tede regnis se imponit Hyarbas,
 Et tepido arma rogo figit, quis rebus egenis
 Ferret opem Nomadum late terrente tyranno?
 Battus Cynere molli tum forte fouebat
 Imperio, mitis Battus, lachrymasq; dedisse
 Casibus humanis facilis, qui supplice visa
 Intrenuit regum euentus, dextramq; tetendit.
 Atq; dum flauas bis tondet messor aristas
 Seruata interea sedes, nec longius vti
 His opibus Battusq; fuit: nam ferre per equor
 Exitium misera iam Pygmaliona docebat.
 Ergo agitur pelago diuis inimica, sibiq;
 Quid se non dederit comitem in suprema sorori,
 Donec iactatam laceris (miserabile) velis
 Fatalis turbo in laurenteis expulit oras.
 Non celi, non illa soli, non gnara colentum
 Sidonis in latia trepidabat naufraga terra.
 Ecce autem Eneas sacro comitatus Iulo
 Iam regni compos, noto sese ore ferebat,
 Qui terra defixam oculis, & multa timentem,
 Ac deinde adlapsam genibus lachrymantis Iuli
 Atollit, mitiq; manu intra limina ducit,
 Atq; vbi iam casus, aduersorumq; pauorem
 Hospitij leniuit honos tum discere mæsta
 Exposcit cura lethum infelicis Elisæ.
 Cui sic verba trahens, largis cum fletibus Anna
 Incipit, & blandas addit pro tempore voces:
 Nate dea, solus regni, lucisq; fuisti

flunio submersu quod non comparuisset ionē indigetē appellabant. Hic dicit cōtermina casis lucis indigetis: intellige, Ac nec.

Cur à Latinis colar (ēquit) enarrare longū esset, paucis tamen perstringam. Narratiōis initium.

Blandis his verbis bene uolentiā capiat. sentit autem contraria.

SIL. ITAL.

Amatoriã
exprimit in
constantia.

Germanæ tu causa meæ, mors testis, & ille
 Heu cur non idem mihi tunc rogas, ora videre
 Postquam est ereptum miseræ tuæ, littore sedit
 Interdum, stetit interdum, ventosq; sequuta
 Infelix oculis, magno clamore vocabat
 & neam, comitemq; tuæ se imponere solam
 Orabat paterere rati, mox turbida anhelum
 Rettulit in thalamos cursum, subitoq; tremore
 Substitit, & sacrum timuit tetigisse cubile.
 Inde amens, nunc sideream, Iuliq; tuamq;
 Effigiem fouet amplexu, nunc tota repente
 Ad vultus conuersa tuos, ab imagine pendet.
 Conqueriturq; tibi, & sperat responsa remitti.
 Nonnunquam spem ponit amor, iam tecta, domumq;
 Deserit, & rursus portus furibunda remisit,
 Si qui te referant conuerso flamine venti.
 Ad magicas etiam fallax, atq; improba gentis
 Massile leuitas descendere compulit artes.
 Heu sacri vatium errores, dum numina noctis
 Eliciunt, spondentq; nouis medicamina curis.
 Quod vidi, decepta, nefas? congeffit in atram
 Cuncta tui monumenta pyram, & nõ prospera dona.

Aeneas pri
stino amore
motus, An
næ sermone
interrupit:
Italiã (in
quit) quam
petere me
sæpe audi
stis, iuro me

Tum sic Aeneas dulci repetitus amore:
 Tellurem hanc iuro, vota inter nostra frequenter
 Auditam vobis, iuro caput Anna, tibiq;
 Germanæq; tuæ, dilecti mitis Iuli,
 Respiciens, ægerq; animi tum regna reliqui
 Vestra, nec abscessem thalamo, ni magna minatus
 Mæq; sua ratibus dextra imposuisset, & alto

Egisset rapidis classem Cyllenius euris.
 Sed cur, heu seri monitus? cur tempore tali
 Incustodito seuire dedistis amori?
 Contra sic infit, voluens sic murmur anhelum
 Inter singultus, labiisq; trementibus Anna:
 Nigro forte Ioui, cui tertia regna laborant,
 Atq; atri sociæ thalami noua sacra parabam
 Quis agram mentem, & trepidantia corda lenaret,
 Infelix germana tori, furnasq; trahebam
 Ipsa manu properans ad visa pianda bidentes.
 Namq; asper somno dirus me impleuerat horror,
 Tèq; suam Dido, ter cum clamore vocarat,
 Et leta exultans ostenderat ora Sychæus.
 Que dum abigo menti, & sub lucem, vt visa secundet
 Oro cælicolas, ac viuo purgor in antro,
 Illa cito passu peruecta ad littora, mutæ
 Oscula quæ steteras bis, tèq; infixit arenæ.
 Deinde amplexa sinu late vestigia fouit:
 Ceu cinerem orbate pressant ad pectora matres.
 Tum rapido præcepit cursu, resolutaq; crinem
 Euasit propere in celsam, quam struxerat ante
 Magna mole pyram, cuius de sede dabatur
 Cernere cuncta freta, & totam Carthaginis urbem.
 Hic Phrygiam vestem, & baccatum induta monile,
 Postquam illum infelix hausit, quo munera primum
 Sunt conspecta diem, & conuiuia mente reduxit,
 Festasq; aduentu mensas, tèq; ordine Troie
 Narrantem longos se peruigilante labores,
 In portus amens rorantia lumina flexit,

n.ij.

inuitum re-
 gna vestra
 reliquisse.

Didonis exi-
 tum Anna
 prosequitur

Cōparatio.

S I L I T A L.

Verba hæc
Didonis se-
ipsam inter
empturæ
fuerunt.

A tqz hæc sparsa comam diuis in morte profudit:
 Dij longæ noctis, quorum iam numina nobis
 Mors instans maiora facit, precor, inquit, adeste,
 Et placidi victos ardore admittite manes
 & neæ coniux Veneris nurus, vltæ maritum.
 Vidi constructas nostræ Carthaginis arces,
 Nunc ad vos magni descendet corporis vmbra.
 Me quoqz fors dulci quondam vir notus amore
 Expectat, curas cupiens equare priores.
 Hæc dicens, ensem media in præcordia adegit,
 Ensem dardanijs quæsitum in pignus amoris.
 Viderunt comites, tristiqz per atria planctu
 Concurrunt, magnis resonant vlulatibus ædes.
 Accipi infelix, dirisqz exterrita fatis
 Ora manu lacerans lymphato regia cursa
 Tectâ peto, celsosqz gradus euadere nitor.
 Ter diro fueram conata incumbere ferro,
 Ter cecidi exanimæ membris reuoluta sororis.
 Iamqz ferebatur vicina per oppida rumor,
 Tum cyrenæam fatis agitantibus urbem
 Deuenio, hinc vestris pelagi vis appulit oris.
 Motus erat, placidumqz animum, mentemqz quietam
 Troius in miseram rector suscepit Annam.
 Iamqz omneis luctus, omnesqz e pectore curas
 Dispulerat, Phrygijs nec iam amplius aduena tectis
 Illa videbatur, tacito nox atra sopore
 Cuncta per & terras, & lati stagna profundi
 Condiderat, tristi cum Dido ægerrima vultu
 Has visa in somnis germanæ effundere voces.

His soror in tectis longa indulgere quieti
 Hec nimium secura potes? nec quæ tibi fraudes
 Tendantur, quæ circumstent discrimina cernis?
 A c nondum nostro infastos generiq; solòq;
 L comedontæ noscis telluris alumnos?
 Dum cælum rapida stellas vertigine voluet,
 Lunaq; fraterno lustrabit lumine terras,
 Pax nulla Eneadas inter, Tyriòsq; manebit.
 Surge age, iam tacitas suspecta Laninia fraudes
 Mollitur, dirumq; nefas sub corde volutat.
 Præterea (ne falsa putes hæc fingere somnum)
 Haud procul hinc paruo descendens fonte Numicus
 Labitur, & leni per valles voluitur amne.
 Huc rapies germana viam, tutòsq; receptus.
 Te sacra excipient hilares in flumina Nymphæ,
 & ternumq; Italis numen celebrabere in oris.
 Sic fata in tenuem Phœnissa euamit auram.
 Anna nouis somno excutitur perterrita visis,
 Iq; timor totos gelido sudore per artus.
 Tunc vt erat tenui corpus velamine tecta,
 Profiliuit stratis, humiliq; egressa fenestra
 Per patulos currit plantis pernicibus agros.
 Donec arenoso (sic fama) Numicius illam
 Suscepit gremio, vitreisq; abscondidit antris.
 Orta dies totum radijs implauerat orbem,
 Cum nullam Eneadæ thalamis sidonia nacti
 Et Rutulum magno errantes clamore per agrum
 Vicini ad ripas fluij manifesta sequuntur
 Signa pedum, dumq; inter se mirantur, ab alto
 n. iij.

S I L I T A L.

A m n i s a q u a s , c u r s u m q u e r a p i t , t u m s e d i b u s i m i s
 I n t e r c æ r u l e a s v i s a e s t r e s i d e r e s o r o r e s
 S i d o n i s , & p l a c i d o T e n c r o s a f f a r i e r o r e .
 E x i l l o p r i m i s a n n i c e l e b r a t a d i e b u s
 P e r t o t a m A u s o n i a m v e n e r a u d o n u m i n e c u l t a e s t .
 H a n c p o s t q u e m i n t r i s t e s I t a l u m S a t u r n i a p u g n a s
 H o r t a t a e s t , c e l e r i s u p e r u m p e t i t æ t h e r a c u r r u
 O p t a t u m L a t i j t a n d e m p o t u r a c r u o r e m .
 D i u a d e a p a r e r e p a r a t , m a g n u m q u e L i b y s s e
 D u c t o r e m g e n t i s n u l l i c o n s p e c t a p e t e b a t .
 I l l e v i r u m c æ t u t u m f o r t e r e m o t u s a b o m n i
 I n c e r t o s r e r u m e u e n t u s , b e l l i q u e v o l u t a n s
 A n x i a d u c e b a t v i g i l i s u s p i r i a v o c e .
 C u i d e a s i c d i c t i s c u r a s s o l a t u r a m i c i s .
 Q u i d t a n t u m v l t e r i u s r e x o f o r t i s s i m e g e n t i s
 S i d o n i æ d u c i s c u r a æ g r e s c e n t e d o l o r e m ?
 O m n i s i a m p l a c a t a t i b i m a n e t i r a d e o r u m ,
 O m n i s A g e n o r i d i s r e d i j t f a u o r , e i a a g e s e g n e s
 R u m p e m o r a s , r a p e m a r m a r i c a s i n p r æ l i a v i r e s .
 M u t a t i f a s c e s , i a m b e l l u m , a t q u e a r m a S e n a t u s
 E x i n c o n s u l t o p o s u i t T i r y n t h i u s h e r o s ,
 C u m q u e a l i o t i b i F l a m m i n i o s u n t b e l l a g e r e n d a .
 M e t i b i (n e d u b i t e s) s u m m i m a t r o n a t o n a n t i s
 M i s i t . e g o O e n o t r i s æ t e r n u m n u m e n i n o r i s
 C o n c e l e b r o r v e s t r i g e n e r a t a e s a n g u i n e B e l l i .
 H a u d m o r a s i t , r a p i d o b e l l i r a p e f u l m i n a c u r s u ,
 C e l s u s i a p y g i o s q u a s e G a r g a n u s i n a g r o s
 E x p l i c a t , h a u d l o n g e t e l l u s , h u c d i r i g e s i g n a .
 H æ c , v t R o m a c a d a t , s a t e r i t v i c t o r i a P æ n i s .

Dixit, & in nubes euanida sustulit ora.
 Cui dux promissæ reuirescens pignore laudis:
 Nympha decus generis, quo non sacratius ullum
 Numen ait nobis, felix oblata secundis.
 Ast ego te compos pugnae Carthagini arce
 Armoreis sistam templis, iuxtaq; dicabo
 Quatam gemino simulacri numine Dido.
 Hæc fatus, socios stimulat, tum festus ouantes,
 Pone graues curas, tormentaq; lenta sedendi
 Fatis Latio miles, placauimus iras
 Celicolum, redeunt diui, finita maligno
 Hinc Fabio imperia, & mutatos Consule fasces
 Nuntio, nunc dextras mihi quisq; atq; illa referto
 Quæ Marte exclusus promittere magna solebas.
 En numen patrum spondet maiora peractis:
 Vellantur signa, ac diua ducente petamus
 Infansum Phrygijs Diomedis nomine campum.
 Dumq; Arpos tendunt instructi pectora Pæni,
 Subnixus rapto plebei muneris ostro,
 Scutiam rostris Varro, ingentiq; ruinae
 Festinans aperire locum, fata admonet vrbi.
 Atq; illi sine luce genus, surdumq; parentum
 Nomen, & immodice vibrabat in ore canoro
 Lingua procax, hinc auctus opes, largusq; rapinae
 Intima dum vulgi fouet, oblatratq; senatum,
 Tantum in quassata bellis caput extulit vrbe,
 Momen tum vt rerum, & fati foret arbiter vnus:
 Quo conseruari Latium victore pudcret.
 Hinc Fabios inter, sacrataq; nomina Marti

u. iiii.

Hannibal
 promissis læ
 tus Anna di
 uinos hono
 res si victor
 fuerit polli
 setur.

Dido acco
 sandi casus
 est.

Diomedes,
 quod pu
 gnans cum
 Aenea Ve
 nerem læsis
 set, multum
 agitat, &
 in reditu v
 xoris adul
 terio audis
 to, ad Apu
 liam se con
 tulit, ibique
 Arpos ex
 truxit.
 Creati noui
 Consules L.
 Aemilius
 Paulus, &

S I L I T A L .

Terentius S c i p i a d a s , i n t é r q 3 I o n i s p o l i a a l t a f e r e n t e m
 Varro. Hic M a r c e l l u m , f a s t i s l a b e m , s u f f r a g i a c e c a
 homo nouus A d d i d e r a n t , C a n n i s q 3 m a l u m e x i t i a l e f o u e b a t
 rei militis A m b i t u s , & G r a i o f u n e s t i o r æ q u o r e c a m p u s .
 ris omnino I d e m v t t u r b a r u m s a t o r , a t q 3 a c c e n d e r e s o l e r s
 ignarus, & I n u i d i a m , p r a u i s q 3 t o g æ , s i c d e b i l i s a r t e
 obscuris pa B e l l i g e r a , M a r t e m q 3 r u d i s v e r s a r e , n e c v l l o
 rentibus or I n u i d i a m , p r a u i s q 3 t o g æ , s i c d e b i l i s a r t e
 tus, cū acer B e l l i g e r a , M a r t e m q 3 r u d i s v e r s a r e , n e c v l l o
 bis in sena S p e c t a t u s f e r r o , l i n g u a s p e r a b a t a d i r e
 tū cōtiōibus A d d e x t r æ d e c u s , a t q 3 è r o s t r i s b e l l a c i e b a t .
 plebē sibicō E r g o a l a c e r , F a b i u m q 3 m o r æ i n c r e p i t a r e p r o f e s s u s
 ciliaisset, pra A d v u l g u m , i n p a t r e s & o u a n t i a v e r b a f e r e b a t :
 uo vulgi in E r g o a l a c e r , F a b i u m q 3 m o r æ i n c r e p i t a r e p r o f e s s u s
 dicio tāquā A d v u l g u m , i n p a t r e s & o u a n t i a v e r b a f e r e b a t :
 fato vrgen V o s q u o r ū i m p e r i ū e s t , c o n s u l p r æ c e p t a m o d i u m q 3
 te ad Cōsus B e l l a n d i p o s c o : s e d e ō n e , a n m o n t i b u s e r r o ,
 latū est eue B e l l a n d i p o s c o : s e d e ō n e , a n m o n t i b u s e r r o ,
 ctus, vt rem D u m m e c u m G a r a m i a s , & a d u s t u s c o r p o r e M a r t i u s
 Romanam D i u i d i t I t a l i a m ? a n f e r r o q u o c i n g i t i s , v t o r ?
 iam fermē E x a u d i b o n e d i c t a t o r , q u i d M a r t i a p l e b e s
 suppressam I m p e r i t e t , b e l l o L i b y e s R o m a m q 3 l e u a r i
 penitus des I m p e r i t e t , b e l l o L i b y e s R o m a m q 3 l e u a r i
 leret. H o s t e i u b e t , n u m f e s t i n a n t , q u o s p l u r i m a p a s s o s
 Varroniste T e r t i u s e x u r i t l a c h r y m o s i s c a s i b u s a n n u s ?
 mere exultā T e r t i u s e x u r i t l a c h r y m o s i s c a s i b u s a n n u s ?
 tis oratio I t e i g i t u r , c a p i t e a r m a v i r i , m o r a s o l a t r i u m p h o
 ad patres I t e i g i t u r , c a p i t e a r m a v i r i , m o r a s o l a t r i u m p h o
 cōscriptos, P a r u u m i t e r e s t , q u æ p r i m a d i e s o s t e n d e r i t h o s t e m
 debeātne i? P a r u u m i t e r e s t , q u æ p r i m a d i e s o s t e n d e r i t h o s t e m
 star Fabij E t p a t r u m r e g n a , & P æ n o r u m b e l l a r e s o l u e t .
 bellū trahes I t e a l a c r i s l a t i a d e n i n c t u m c o l l a c a t e n a
 re, an viso H a n n i b a l e m F a b i o d u c a m s p e c t a n t e p e r v r b e m .
 hoste mox H a n n i b a l e m F a b i o d u c a m s p e c t a n t e p e r v r b e m .
 manus conserere. H æ c p o s t q u a m i n c r e p u i t , p o r t i s a r m a i n c i t u s e f f e r t ,
 ferere. I m p e l l i t q 3 m o r a s , v e l u t i c u m c a r c e r e r u p t o
 Poeta alti? I m p e l l i t q 3 m o r a s , v e l u t i c u m c a r c e r e r u p t o
 Pauli gen? A u r i g a i n d o c i l i s t o t a s e f f u n d i t h a b e n a s ,
 repetēs ip? E t p r æ c e p s t r e p i d a p e n d e n s i n v e r b e r a p l a n t a
 sum ab A? I m p a r f e r t u r e q u i s , f u m a t m a l e c o n c i t u s a x i s ,
 mulio Al? I m p a r f e r t u r e q u i s , f u m a t m a l e c o n c i t u s a x i s ,

Ac frena incerto fluitant discordia curru.
 Cernebat Paulus (nanq; huic communia campus
 Iura atq; arma tulit) labi mergente sinistro
 Consule res, pessumq; dari, sed mobilis ira
 Turbati vulgi, signataq; mente cicatrix
 Vidanteis egro frenabat corde dolores,
 Nam cum perdomita est armis iuuenilibus olim
 Illyris ora, nigro tunc allatraverat ore
 Victorem invidia, & ventis iactarat iniquis.
 Hinc inerat metus, & duræ reuerentia plebis.
 Sed genus admotum superis, summumq; per altos
 Attingebat anos cælum, numerare parentem
 Assaracum retro præstabat Amulius author,
 Assaracisq; Ionem: nec qui spectasset in armis
 Abnueret genus, huic Fabius iam castra petenti:
 Si tibi cum Tyrio credis fore maxima bella
 Ductore, inuitus vocem hanc è pectore rumpam.
 Frustraris Paule Ansoniam, te prælia dira,
 Tæp hostis castris grauior manet, aut ego multo
 Nequicquam didici casus pernoscere Marte,
 Spondentem audiui piget heu, tædetq; senectæ,
 Si quas prospicio, restat passura ruinas)
 Cum duce tam fausti Martis, qua viderit hora
 Sumpturum pugnam. quantum nunc Paule supremo
 Abstumus exitio, vocem hanc si Consulis ardens
 Audiuit Pænus? iam latis obuia credo
 Stat campis acies, expectaturq; sub icctu
 Aster Flamminius, quantos insane ciebis
 Varro viros, tu, proh superi, tu protinus arma:

banorum
 rege, huc ab
 Assarico,
 quæ à Ione
 originē ha-
 bere fingit.

Verba Fa-
 bii Paulū ad
 bellū profi-
 ciscentē præ-
 monentis,
 plus sibi enī
 collega cer-
 taminis su-
 turū q̄ cum
 ipso Hanni-
 bale. Qua-
 re inuictō
 animo reni-
 tendum, ni-
 hilq; incon-
 siderate a-
 gendū sua-
 det.

SIL. ITAL.

Tu cāmpum noscas ante, explorēsque trahendo
 Quantum hostis ritus valeat, quæ copia rerum,
 Quæ natura loci, quod sit rimabere solers
 A rorum genus, & stantem super omnia tela
 Fortunam aspicias, fer Paule in denia recti
 Pectora: cur, vni patriam si affligere fas est,
 Vni sit seruare nefas? eget improbus arcto
 Iam victu Libys & belli feruore recluso
 Laxa fides sociūm est, non hic domus hospita tecto
 Inuitat patrio, non fidæ mœnibus vrbes
 Excipiunt, renouâtque pari se pube iuuentus.
 Tertia vix superest crudo quæ venit Ibero
 Turba virūm, persta, & canti medicamina belli
 Lentus ama: si qua interea inuitauerit aura,
 Annueritque deus, velox accede secundis.
 Cui breuiter mœsto Consul sic ore vicissim:
 Mecum erit hæc prorsus pietas, mentēque feremus
 In Pænos inuicte tuam, non me vnica fallit
 Cunctandi ratio, qua te grassante senescens
 Hannibal oppressum vidit considerare bellum.
 Sed quæ nam ira deūm? Consul datus alter opinor
 Ausonia est, alter Pænis, trahit omnia secum,
 Et metuit demens alio ne consule Roma
 Concidat: è tyrio consortem accire senatu
 Non iam sera volet, nullus qui portet in hostem
 Sufficit insano sonipes, incedere noctis
 Quod tardent cursum, tenebras dolet, itque superbis
 Tantum non strictis mucronibus, vlla retardet
 Ne pugnas mora, dum vagina ducitur ensis.

Pauli Fabio
 responden-
 tis verba,
 quibus ait
 se quidē ei
 monita ob-
 seruaturū,
 & quocunq;
 salus voca-
 bit, intrepide
 iturū: at
 quo minus
 quod velit,
 efficiat, col-
 lege temeri-
 tatē in cul-
 pa futurā ti-
 met.
 Locutione
 hæc, Tātum
 nō, q̄si edus-

Tarpeie rupes, cognatâq; sanguine nobis
 Tecta Iouis, quæq; arce sua nunc stantia linquo
 Mœnia felicitæ patriæ, quocunq; vocabit
 Summa salus, testor, spreto discrimine iturum.
 Sed si surda mihi pugnabunt castra monenti,
 Haud ego vos ultra nati, dulcémq; morabor
 Assaraci de gente domum, similém ve videbit
 Varroni Paulum redeuntem saucia Roma.
 Sic tumidi versa turbati mente petebant
 Castra duces, ac prædictis iam sederat armis
 Et tolos Pœnus seruans ad prælia campos.
 Non aliâs maiore virûm, maiore sub armis
 Agmine cornipedum concussa est Itala tellus.
 Quippe extrema simul gentiq; vrbîq; timebant,
 Nec spes certandi plus vno Marte dabatur.
 Fœnigenæ socio bella inuasere Sicano
 Sacra manus Rutuli, seruant qui Daunna regna,
 Laurentiq; domo gaudent, & fonte Numici.
 Quos castrû, Phrygibusq; grauis quondâ Ardea misit.
 Quos celso deuexa ingo Innonia sedes
 Lauinum, ac altrix casti Collatia Bruti,
 Quæq; immite nemus Triuie, quiq; ostia Thusci
 Amnis amant, tepidôq; fouent Almone Cybelen,
 Hinc Tybur Catille tuum, sacrisq; dicatum
 Fortunæ Præneste iugis, Antemnâq; prisco
 Crustumio prior, atq; habiles ad aratra Labici:
 Necnon Sceptriferi qui potant Tybridis undam,
 Quiq; Anienis habent ripas, gelidôq; rigantur
 Simbrinio, rastrisq; domant Equicula rura.

His è vagi
 na gladijs
 incederent,
 loquuntur.

Qui populû
 ex Latinis
 milites ad
 Cannensem
 pugna mise-
 rint descri-
 bit. Et vt
 quoquo mo-
 do Romana
 rû nomina
 celebret, ad
 eos vt pluri-
 mû alludit
 qui aliqua-
 do nō in ce-
 lebres exti-
 gerunt.

Omnium ho-
rum ductor
fuit Scaur⁹
tunc adole-
scēs, q post-
ea in virū
prudentem
& maturū
evasit.
Pili⁹ erat ha-
sta Roma,
norum.
setia, vrbs
Latij vino
nobilis, qua
re Lyei mē-
sis seposita.

His Scaurus monitor, tenero tunc Scaurus in auro
Sed iam Signa dabat nascens in secula virtus.
Non illis solitum crispare hastilia campo,
Nec mos pennigeris pharetram impleuisse sagittis,
Pila volunt, breuib⁹sq; habiles mucronibus enses,
Aere caput tecti, surgunt super agmina cristis.
At quos ipsius mensis seposita Lyei
Setia, & incelebri miserunt valle Velitrae,
Quos Cora, quos spumans inimico Signia musto,
Et quos pestifera Pontini vligine campi
Qua Saturæ nebulosa palus restagnat, & atro
Linentes cæno per squalida turbidus arua
Cogit aquas Vfers, atq; inficit equora limo,
Ducit anis pollens, nec dextra indignus anorum
Scævola, cui diræ celatur laudis honora
Effugie clypeus. flagrant altaribus ignes.
Tyrrenum valli medio stat Mutius ira
In semet versa, seuitq; in imagine virtus.
Tunc ic̄ti specie ruere acri in bella magistro,
Cernitur effugiens ardentem Porsena dextram,
Queis Circea iuga, & scopulosi verticis Ansur,
Hernicæq; impresso raduntur vomere saxa,
Queis putri pinguis sulcaris Anagnia gleba.
Sylla Ferentinos Priernatūmq; maniplos
Ducebat simul excitos, Soræq; iuventus
Addita fulgebat telis, hic Scaptia pubes,
Hic Fabrateriæ vulgus, nec monte ninoso
Descendens Atina aberat, detritaq; bellis
Suessæ, atq; à duro Frusino hand imbellis aratro.

At qui Fibreno miscentem flumina Lyrim
 Sulfureum tacitisq; vadis ad littora lapsum
 Accolit Arpinas, accita pube Venafro,
 Ac Larinatum dextris socia hispidus arma
 Commonet, atq; viris ingens exhaurit Aquinum.
 Tullius eratas raptabat in agmina turmas
 Regia progenies, & Tullo sanguis ab alto.
 Indole prob quanta iuuenis, quantumq; daturus
 Asonia populis ventura in secula cinem.
 Ille super Gangem super exanditus, & Indos,
 Implebit terras voce, & furialia bella
 Fulmine compescet linguæ, nec deinde relinquet
 Par decus eloquio cuiquam sperare nepotum.
 Ecce inter primos Theramneo à sanguine Clausi
 Exultat rapidis Nero non imitabilis ansis,
 Hunc Amiterna cohors, & Baëtris nomina ducens
 Casperula, hunc Foruli, magnæq; Reate dicatum
 Calicolum matri, nec non habitata pruinis
 Nursia, & à Tetrica comitantur rupe cohortes:
 Cunctis hasta decus, clypeusq; refertur in orbem,
 Vertice & implumes, ac leui tegmine cruris
 Ibant, & leti pars sanctum voce canebant
 Anihorem gentis, pars laudes ore ferebant
 Sabe tuas, qui de patrio cognomine primus
 Dixisti populos stimulat telluris alumnos,
 Et qui Picene stimulat telluris alumnos,
 Horridus, & squamis, & equina Curio crista,
 Pars belli quam magna venit, non equore verso
 Tam creber fractis albescit fluctus in undis,

Erant enim
 oppidi inco
 la non mi
 nus bello q̄.
 aratro ha
 biles.

Ad Cicero
 nem Roma
 ne eloque
 tis principē
 alludit, quē
 à Tullio Vol
 scorū rege
 originē ha
 buisse Poeta
 fingit.

A Eli^o Clau
 sus, qui post
 Claudius di
 Ense est sa
 binia (cuius
 Theramne
 oppidū) Ro
 mam cōmi
 grant, &
 Claudia sa
 milie prin
 cipiū dedit.
 A quo Clau
 dius Nero,
 qui caput
 Hasdruba
 lis à se in
 terēpti àte
 Hannibalis
 tentorium
 proici iussit
 quare poeta

S I L. I T A L.

(non imita
bilis ausis)
dixit.

Alludit poe-
ta ad Ca-
spias por-
tas quæ sūt
in oriente
vbi Bactria
naregio est.

Sanctus, Sa-
binorū deus
et anthor

extitit. Vn-
de poeta se
tire videtur
sanctū ori-

ginem, Sa-
binū eius filiū
nomē dedis-
se sabinis.

Fila quæ nē
tur colu, co-
lus dixit.

Asculum Pi-
ceni in Ita-
lia vrbs, di-
cta Asculum

picenū à Pi-
co Saturni
filio, qui à

Circe spre-
ta, in auem
rōmutatus

eiusdem no-
minis, Sabi-
norū vexil-
lo cū Thu-

sculū profici-
scretur, i si
dēs loco no-
men dedit.

Nec cætu leniore, vbi mille per agmina virgo
Lunatis acies imitatur martia peltis,
Perstrepit, & tellus, & amazonius Thermodon.
Hic & quos pascent scopulos & rura Numanæ,
Et queis littore & fumant altaria Cupræ,
Quiq; Truentinas seruant cum flumine turres
Cernere erat, clypeata procul sub sole cornu scro
Agmina, sanguinea vibrant in nubila luce.
Stat fucare colus nec Sidone vilior Ancon,
Murice nec libyco, statq; humectata Vomano
Adria, & inclemens hirsuti signifer Ascli
Vepicus quondam nomen memorabile ab alto
Saturno statuit genitor, quem carmine Circe
Exutum formæ volitare per æthera iussit,
Et sparsit plumis croceum fugientis honorem,
Ante (vt fama docet) tellus possessa pelagis,
Queis Æsis regnator erat, Flunioq; relinquit
Nomen, & à sese populos tum dixit Asilos.
Sed non ruricole firmarunt robore castra
Deteriore, canis venientes montibus Umbri,
Hos Æsis, Sapisq; lauant, rapidasq; sonanti
Vertice contorquens vndas per saxa Metaurus.
Et lauat, ingentem perfundens flumine sacro
Clitumnus taurum, Narq; albescentibus vndis
In Tybrim properans, Tiniæq; inglorius humor.
Et Clanis, & Rubico, & Senonum de nomine Senus
Sed pater ingenti medios illabitur amne
Albula, & immota perstringit mœnia ripa.
His vrbes, Arna, & latis Mevania pratis,

Hispellum, & duro monti per saxa recumbens
 Narnia, & infestum nebulis humentibus olim
 Inguinum, patuloq; iacens sine mœnibus aruo
 Fulginia: his populi fortes, Amerinus, & armis
 Vel rastris laudande Camers, his Sarsina diues
 Lactis, & haud parci martem coluisse Tudertes.
 Ductor Piso viros spernaces mortis agebat
 Ore puer, pueriq; habitu, sed corde sagaci
 Quabat senium, atq; astu superauerat annos,
 Et primum ante aciem pictis radiabat in armis.
 Aspidum, & fuluo micat ignea gemma monili.
 Langq; per Hetruscos legio completa maniplos
 Rectorem magno spectabat nomine Galbam,
 Hinc genus orditur Minos, inuisq; tauro
 Pasiphae, clariq; de hinc stant ordine patres
 Lectos Cere viros, lectos Cortona superbi
 Tarcontis domus, & veteres misere Grauisca.
 Nec non Argolico dilectum littus Aleso
 Assium, & obfesse campo squalente Fregella.
 Affuit & sacris interpres fulminis alis
 Etsula, & antiquus Romanis mœnibus horror
 Cusinum vulgus, cum Porsena magne inbebas
 Equicquam pulsos Romæ imperitare Superbos.
 Tunc quos à niveis exegit Luna metallis
 Insignis portu, quo non spatiosior alter
 Innumeras cepisse rates, & claudere pontum.
 In æoniaq; decus quondam Vetulonia gentis,
 Bis senos hæc prima dedit præcedere fasces,
 Et iunxit totidem tacito terrore secures,

Fingit id po
 eta propter
 Pisonē, qui
 postea nat^o
 Marci An-
 tonij auspi-
 cio contra
 Parthos pro-
 fectus est.
 Alludit poe-
 ta ad Gal-
 bā qui Ne-
 roni succes-
 sit. Hic enim
 Stemma in
 atrio propo-
 suit, quo pa-
 ternā origi-
 nē ad Ionē,
 maternā ad
 Pasiphaen
 Minois vxō-
 rē refere-
 bat.
 Lunēse Mar-
 mor dicit.
 Vetulonia
 Hetruriæ,
 quā Mæo-
 nij tenuerūt
 vrbiū erat

SIL. ITAL.

caput. Hos
à Tarqui-
nio prisco
victos ònia
hec magi-
stratū or-
namēta to-
tius Hetru-
ria cōsensu
in signū pa-
cis eidē ob-
tulisse ferūt.
Apolloneos
arc^o dicit à
Lycia, vbi
Apollo cole-
batur. Hi ar-
tribus dam-
natis, hastis
pugnabāt.
Anguitia
Circes &
Medeæ so-
ror Aecte
regis Colcho-
rū filiamar-
sis cōtra ve-
nena reme-
dia ostēdit.

Sanguinis ca-
stellū à Ca-
libus, origi-
nem habuit
se poeta di-
cit: hos à Ca-
lai condito-
re nomen
sortitos.

Hæc altas eboris decoravit honore curules,
Et princeps tyrio vestem prætexnit ostro.
Hæc eadem pugnas accendere protulit ære.
Hos iuxta Nepesina cohors, æquiq; Falisci,
Quiq; tuos Flauina focos, Sabatia quiq;
Stagna tenent, Ciminiq; lacum, qui Sutria tecta
Haud procul, & sacrum Phæbo Soracte frequentant;
Spicula bina gerunt, caput his cudone ferino
Stat cautum, Lycios damnant hastilibus arcus.
Hæc bellare acies norant, ac Marsica pubes
Et bellare manu, & chelydris cantare soporem,
Vipereūmq; herbis hebetare, & carmine dentem.
& etæ prolem Anguitiam mala gramina primam
Monstrauisse ferunt, tactūq; domare venena,
Et lunam excussisse polo, stridoribus amnes
Frenantem, ac Syluis montem nudasse vocatis.
Sed populis nomen posuit metuentior hospes,
Cum fugeret Phrygios trās æquora Martia Crenos;
Mygdoniam Phæbi superatus pectine loton.
Marruuium veteris celebratum nomine Marri
Urbibus est illis caput, interiōrque per vdos
Alba sedet campos, pomisq; rependit aristas.
Cætera in obscuro fame, & sine nomine, vulgi
Sed numero castella valent: coniungitur acer
Pesignus, gelidōq; rapit Sulmone cohortes.
Nec cedit studio vicinus sanguine miles,
Quem genuere Cales, non parvæ conditor urbis
(Vt fama est) Calais, Boreæ quem rapta per antras
O rithyia vago geticis nutrinit in antris.

Haud illo senior bellis Vestina iuventus
 Agmina densavit venatu dura ferarum.
 Quae Fiscelle tuas arces, Pinnamque virentem,
 Pascuamque haud tarde redeuntia tondet Auella.
 Marrucina simul Frentanis æmula pubes
 Corfini populos, magnamque Theate traherat.
 Omnibus in pugna fertur sparus, omnibus alto
 Assuetæ volucrum caelo dimittere funde.
 Pectora pellis obit cæsi venatibus vrsi.
 Iam vero quos dives opum, quos dives auorum,
 Et toto dabat ad bellum Campania tractu.
 Ducorum adventum vicinis sedibus Osci
 Servabant, Sinnessa tepens, fluctumque sonorum
 Tulturnum, quasque euertere silentia Amyclæ,
 Fundique, & regnata Lamo Caieta, domusque
 Antiphate compressa freto, stagnisque palustre
 Internum, & quondam fatorum conscia Cumæ,
 Illic Nuceria, & Gaurus navalibus apta,
 Prose Dicarchenia, multo cum milite Graia
 Illic Parthenope, ac Pæno non peruia Nola,
 Aslipbe, & Clanio contemptæ semper Acerre,
 Sarrastris etiam populos, totasque videres
 Sarni mitis opes: illic quos sulfure pingues
 Phegræi legere sinus, Misenus, & ardens
 Ore giganteo sedes ithacesia Bai,
 Non Prochyte, non ardentem sortita Typhæa
 Inarime, non antiqui saxosa Telonis
 Insula, nec parnis aberat Calatia muris,
 Surrentum, & pauper sulci cerealis Auella.

Qui ex Cæ-
 pania, cuius
 hæc oppida
 sunt, auxi-
 lii Romanis
 venerint.

Aceras,
 Clanius am-
 nis vndatio-
 nibus inse-
 stat.
 Bains socius
 Ulyssis itha-
 censis dedit
 Bais nomē,
 & quod ibi
 sunt aquæ
 calidæ, Ty-
 phæi gigā-
 tē fulmine
 ictri poetæ i
 his locis sub
 Inarime se
 pultum esse
 fingunt.

SIL. ITAL.

In primis Capua, heu rebus seruare serenis
Inconsulta modum, & prauo peritura timore,
Lectos venturo formabat Scipio bello.

Ille viris pila, & ferro circumdare pectus
Adiderat, leniora domo de more parentum
Gestabant tela, ambustas sine cuspide cornos,
Aclidis vsus erat, factæq; ad rura bipennes.

Scipionē, q.
postea Afri
canus dictus
est poetalan
dat.

Ipse inter medios venturæ ingentia laudis
Signa dabat, vibrare sudem, transmittere saltu
Muralis fossas, vndosum frangere nando
Indutus thoraca vadum: spectacula tanta

Calcaribus
ictum, dicit.

Ante acies virtutis erant: sepe alite planta
Ilia perfossum, & campi per aperta volentem
Ipse pedes præuertit equum, sepe arduus idem
Castrorum spatium & saxo transmisit, & hasta:
Martia frons, facilisq; comæ, nec ponè retròq;
Cæsaries breuior, flagrabant lumina, miti
Aspectu, gratûsq; inerat visentibus horror.

sānites de-
scribit, qui
olim à Ro-
manis victi
sub iugum
missi sunt.

Affuit & Samnis, nondum vergente fauore
Ad Pænos, sed nec veteri purgatus ab ira.
Qui Batulum, Mucrasq; colunt, Boniānia, quiq;
Exercent lustra, aut caudinis faucibus hærent,
Et quos aut Rufre, aut quos Esernia, quosve
Obscura incultis Herdonia misit ab agris.
Brutius haud dispar animorum, vnâq; iuuentus
Lucanis excita iugis, Hirpinâq; pubes
Horrebat telis, & tergo hirsuta ferarum,
Hos venatus alit, lustra incolere, sitimq;
Avertunt fluuiio, somniq; labore parantur.

Additur his Calaber, Salentinæq; cohortes,
 Necnon Brundisium, quo desinit Itala tellus.
 Parebat legio audaci permissa Cethego,
 Cui socias vires, atq; indiscreta maniplis
 Arma recensabant, nunc sese ostendere miles
 Leucosia è scopulis, nunc quem Picentia Pesto
 Misit, & exhaustæ mox Pæno Marte Carillæ,
 Nunc Silarus quos nutrit aquis, quo gurgite tradit
 Duritiem lapidum mersis inolescere ramis.
 Ille & pugnacis laudavit tela Salerni,
 Falcatos enses, & quæ Buxentia pubes
 Aptabat dextris irrasæ robora clauæ,
 Ipse humero exertus, gentili more parentum,
 Difficili gaudebat equo, roburq; inuentæ
 Flexu cornipedis duro exercebat in ore.
 Vos etiam attritæ, desolatæq; virorum
 Eridani gentes, nullo attendente deorum
 Votis tunc vestris, casura ruistis in arma.
 Certavit Mutinæ quassata Placentia bello.
 Mantua mittenda certavit pube Cremonæ,
 Mantua Musarum domus, atq; ad sidera cantu
 Euecta Andino, & Smyrneis æmula plectris.
 Tum Verona Atesi circumflua, & vndiq; sollers
 Arua coronantem nutrire Fauentia pinum.
 Vercellæ, fusciqu; ferax Pollentia villi,
 Et quondam Teucris comes in Laurentia bella
 O cui prisca domus, paruiq; Bononia Rheni.
 Quisq; graui remo, limosis segniter vndis
 Lenta paludose perscindunt stagna Rhauennæ.

o.ij.

Ad Cethegū
 qui cū Cati
 lina contra
 remp. cōiur
 auerat poe
 ta alludit.

Ille enī mas
 Cethegis à
 L. Cethego
 erat, qui in
 pugna exer
 to humero
 est vsus.

Andes vic^o
 prope Mā
 tuam Verg.
 patria.
 Fusci villi,
 quod oues
 nigras ha
 bebant pluri
 mas.
 Parui Rheni
 dixit, ad
 differētiā
 germanici.

S I L I T A L.

Tum troiana manus, tellure antiquitus orti
 Euganea, profugiq; sacris Antenoris oris.
 Nec non cum Venetis Aquileia perfurit armis.

in decus, ut
 clarior esset
 victoria.

Ad M. Bru-
 tū Caesaria
 nae caedis au-
 thorem allu-
 dit.

Tum pernix Ligus, & sparsi per saxa Vageni

In decus Hannibalis duros misere nepotes.

Maxima tot populis rector fiducia Brutus

Ibat, & hortando notum accendebat in hostem.

Leta viro gravitas, & mentis amabile pondus,

Et sine tristitia, virtus, non ille rigoris

Ingratas laudes, nec nubem frontis amabat,

Nec famam laevo querebat limite vite.

Addiderat ter mille viros in Marte, sagitte

Hieronē sy-
 racusanorū
 regē dicit.

Expertos, fidus sicula regnator ab Etna.

Non totidem Iliu viros, sed lectos cingere ferrum

Armarat patrio, quo nutrit bella, metallo.

Ignoscet quannis anido committere pugnam

Varroni, quicumq; simul tot tela videret.

Romanum
 exercitum

Græcorum
 classi cōpa-

rat, quitrās

misso Helle-

spōto Troiā
 expugnaue-
 runt.

Tantis agminibus, rheteo littore quondam

Feruere, quom magna Troiam innasere Mycena.

Mille rates vidit Leandrius Hellepontus.

Ut ventum ad Cannas, vrbis vestigia prisce,

Defigunt diro signa infelicia vallo.

Nec tanta miseris, iamq; impendente ruina,

Cessarunt superi vicinas prodere clades.

Describit

prodigia q̄

ate Cānesē

pugnā mili-

tes i castris

deteruerūt

Per subitum attonitis pila exarsere manipulis,

Et celsa toto ceciderunt aggere pinnae,

Nutantiq; ruens prostravit vertice sylvas

Gargannus, fundōq; imo muginit anbelans

Aufidus, & magno late distantia ponto

Terruerunt pauidos accensa Ceraunia nautas.
 Quæsiuit Calaber, subducta luce repente
 Immensis tenebris, & terram, & littora Sipus.
 Obseditq; frequens castrorum limina bubo,
 Nec dense trepidis absunt se innoluere nubes,
 Cessaruntq; aquilis. non vnus crine cornusco
 Regnorum euersor rubuit lethale cometes,
 Castra quoq; & vallum, rabida sub nocte silenti
 Irrupere fera, raptiq; ante ora pauentum
 Adiuuatos vigilis sparserunt membra per agros,
 Ludificante etiam terroris imagine somnos.
 Gallorum visi bustis rupere nitores.
 Tæq; quatèrq; solo penitus tremuere renulsa
 Tarpeia rupes, atq; atro sanguine flumen
 Manavit Ionis in templis, lachrymæq; vetusta
 Effugie patris large fluxere Quirini.
 Maior & horrificis sese extulit Allia ripis.
 Non alpes sedere loco, non nocte dièue
 Ingentes inter stetit Appenninus hiatus.
 Axe super medio, Libyes à parte, cornusca
 In latium Venere faces, ruptusq; fragore
 Horrisono polus, & vultus patuere tonantis.
 & tneos quoq; contorquens è cantibus ignes
 Lemnius intonuit, scopulisq; in nubila iactis
 Phegræus tetigit trepidantia sidera vertex.
 Ecce inter medios belli præfagus, & ore
 Attonito, sensusq; simul, clamoribus implet
 Miles castra feris, & anhelat clade futura.
 Parcite crudeles superi, iam stragis acernis

o. iij.

Busta Gallo
 rû iuxta Ca
 pitoliû erât
 dicta q; Gal
 licû Capita
 liû obside
 rent, illic a
 ternatos cu
 mulos suorû
 ex pestilètia
 defunctorû
 exusserant

Fingit poe
 ta militem
 mète captiû
 Romanis
 Cannensem
 cladè prædi
 cere futurâ.

SIL.ITAL.

Deficiunt campi, video per densa volantem
 Agmina ductorem Libyæ, currusq; citatos
 Arma virum super, atq; artus, & signa trahentem.
 Turbinibus furit insanis, & prælia ventus
 Inq; oculos, inq; ora rotat: cadit immemor cui
 Nequicquam Thrasimene tuis Seruilus oris
 Subductus: quò Varro fugis? proh Iuppiter icter
 Procumbit saxi fessis spes vltima Paulus.
 Cesserit huic Trebia exitio, pons ecce cadentum
 Corporibus struitur, tacitusq; cadauera fundit
 Ausfidus, ac victrix insultat belua campis.
 Gestat agenorens nostro de more secures
 Consulis, & sparsos licetor fert sanguine fasces,
 In Libyam Ausonij portatur pompa triumphis,
 O dolor, hoc etiam superi vidisse inbetis,
 Congesto læuæ quodcunq; auellitur auro
 Metitur latias victrix Carthago ruinas.

Annulos in
 telligit quos
 ad fidē cla-
 dis Mago
 Carthaginē
 detulit.

HERMANNI BVSCHII PASIPHILI
argumentum in librum nonum.

d Emēs in pugnam furit hic & vulnere Varro,
 Quannis infelix Solymus monuisset abunde
 Varronem proprio signatus sanguine fatis.
 Concurrunt igitur Pœni, fortēsque Latini
 Ingenti fremitu, summōque ardore virorum.
 stat pro Sarranis obtendens egida Pallas,
 Mars pro Romanis infesta fulgurat hasta,
 Scipiadeque manu fabricatum porrigit ensē
 Incude etnea, magis ardet Gorgone Pallas.
 Donec cœruleam demittit Iuppiter Irim,
 Ut cum fulminea reuocet Tritonide Martem.
 Vulturum emittit rapidum Innone volente
 & solus, aduersos ruit acer Paulus in hostes,
 Fœde laxatis at Varro fugit habenis.

SILII ITALICI PVNICORVM
liber nonus.

Urbato monstris Latio cladisque fu- Cannensem
 tura pugna de-
 t Scripturus,
 Signa per Ausoniam prodentibus varronis
 irrita diuis, bellicæ ar-
 Hand secus ac si fausta forent, & tis ignari
 prospera pugna vesaniâ de-
 Consul traducere noctem pingit. Quæ
 nec prodi-
 gis, nec col

SILITAL.

*legæ mōitu potuit abs-
erreri, quo
minus acies
Romanas i
iniquā pu-
gnam præci-
pitaret.*

*Mācin⁹ pri-
mus è Ro-
manis ceci-
dit.*

*Sīmā enim
imperij al-
ternis dieb⁹
habebant.*

*Varronis
verba Pau-
lū, qui popu-
li beneficio
seruat⁹ erat
tanq̄ ingra-
tū arguētis
& ironice
hosti arma
reddere in-
bentis.*

Ex somnis, telūmq; manu vibrare per umbras,
 Ac modo segnitie Paulum increpitare, modo acres
 Exercere tubas, nocturnāq; classica velle.
 Nec miror in Pæno properi certaminis ardor.
 Erumpunt vallo fortuna vrgente sinistra,
 Consertēq; manus: nam sparsi ad pabula campis
 Vicinis raptanda Macæ, fudere volucrem
 Telorum nubem: ante omneis inuadere bella
 Mancinus, gaudens hostili tinguere primus
 Tela cruore cadit, cadit & numerosa iuventus.
 Nec pecudum fibras Varro, & contraria Paulo
 Auspicia incusante deūm, compesceret arma,
 Ni fors alterni iuris, quo castra reguntur
 Arbitrium pugne properanti in fata negasset.
 Quæ tamen haud valuit perituris millibus, una
 Plus donasse die, rediere in castra, gemente
 Haud dubie Paulo, qui crastina iura videret
 Amenti cessura viro, frustra q; suorum
 Seruatas à cæde animas: nam turbidus ira
 Infensusq; moræ, dilata ob prælia ductor.
 Siccine nunc, inquit, grates pretiūmq; rependis
 Paule tui capitis? mernerunt talia qui te
 Legibus, atq; vrne dira eripuerunt minanti?
 Tradant imò hosti reuocatos ilicet enses,
 Tradant arma inbe, aut pugnantum diripe dextras,
 Sed vos quorum oculos, atq; ora humentia vidi,
 Vertere cum consul terga, & remeare inberet,
 Ne morem & pugne signum expectate petende,
 Dux sibi quisq; viam capito, cum spargere primus

Incipiet radijs gargana cacumina Phæbus.
 Pandam egomet primus portas, ruite ocys, atq; hūc
 Ereptum reuocate diem: sic turbidus ægra
 Pestifero pugna castra incendebat amore.
 At Paulus iam non idem, nec mente, nec ore,
 Sed qualis stratis dilecto milite campis
 Post pugnam stetit, ante oculos, atq; ora futuro
 Obuerfante malo, ceu iam spe lucis adempta,
 Cum stupet exanimata parens, natiq; tepentes
 Nequiquam fouet extremis amplexibus artus.
 Per toties, inquit, concussa moenia Romæ,
 Pæp̄ has, nox stygia quas iam circumuolat umbra,
 Infantis animas, cladi parce obuins ire,
 Dum transit diuūm furor, & consumitur ira
 Fortunæ, nouus Hannibalis sat nomina ferre
 Si discit miles, nec frigidus aspicit hostem.
 Nōne vides cum vicinis auditur in aruis
 Quam subitus linquat pallentia corpora sanguis?
 Quamq; fluant arma ante tubas? cunctator & æger
 (Vt rere) in pugnas Fabius, quoscunq; sub illis
 Culpatis duxit signis, nunc arma capeffunt,
 Haud quos Flamminius, sed dira auertite diui.
 Sin nostris animus monitis, precibusq; repugnat,
 Aures pande deo, cecinit grynaea per orbem
 Hæc olim vates, & te præfaga, tuosq;
 Vulsanit terris, proauorum ætate furores.
 Iamq; alter tibi, nec perplexo carmine, coram
 Fata cano vates, sistis ni crastina signa,
 Firmabis nostro Phæbeæ dicta sibyllæ

Elegans cō-
paratio.

Præatur
Varronem
Paulus vt à
pugna abs-
tineat: mo-
nētq; satis
esse si nou⁹
miles, tot vī
etorij exul-
tantē Han-
nibalē non
timeat.

Quasi di-
cat: Conser-
uandi, quē⁹
admodū à
Fabio cōser-
uati sūt: nō
perdēdi aus-
tē, vt quos
Flamini⁹ p-
didit, capeff-
sunt arma.
sibylla enī
cauendū ab
Aetolis cam-
pis prædis-
xerat.

SIL. ITAL.

Sanguine, nec Graio posthac Diomede ferentur,
 Sed te, si perstas, insignes Consule campi.
 Hæc Paulus, lachrymæq; oculis ardētibus ortæ,
 Nec non & noctem sceleratus polluit error.
 Xantippo captus, libycis tolerarat in oris
 Seruitium Satricus, mox inter præmia regi
 Autololum dono datus ob virtutis honorem:
 Hinc domus, & gemini fuerant Sulmone relicti
 Matræ in vberibus nati, Mancinus, & vnâ
 Nomine rheteo Solymus: nam dardana origo,
 Et Phrygio genus à proauo, qui sceptrâ secutus
 Læne, clarâ muris fundauerat vrbem
 Ex sese dictam Solymon, celebrata colonis
 Mox Italis paulatim attrito nomine Sulmo.
 Ac tum barbaricis Satricus cum rege catervis
 Aduectus, quo non spretum (si posceret vsus)
 Noscere Getulis latias interprete voces.
 Postquam posse datum Pelsigna renisere tecta,
 Et patrium sperare larem, ad conamina noctem
 Aduocat, ac furtim castris euadit iniquis.
 Sed fuga nuda viri, sumpto quia prodere cœpta
 Vitabat clypeo, & dextra remeabat inermi.
 Exunias igitur, prostratâq; corpora campo
 Lustrat, & exutis Mancini cingitur armis.
 Iamq; metus senior: verum cui dempta ferebat
 Exangui spolia, & cuius nudauerat artus
 Natus erat, paulo ante Maca prostratus ab hoste.
 Ecce sub aduentum noctis, primûmq; soporem,
 Aster natorum Solymus, vestigia vallo

satricus hic
 Sulmonēsis
 originem à
 Solymo ac-
 nec comite
 habens, ca-
 ptus à Xan-
 tippo laceo
 demonio, et
 regi Anto-
 lolu datus, i
 Libya serui-
 tio obnoxio
 fuit. Hic iā
 cum Hanni-
 bus rursus ad
 Italiā pro-
 fectus, ratus
 se patriæ vi-
 sione nactū
 cum alteri
 filij occisi ar-
 ma sibi ad-
 aptasset, à
 Solymo fi-
 lio alio ins-
 terimitur,
 & moriens
 Romæos ad
 monet vt
 præliū dis-
 ferat, quâ fi-
 lius ob pa-
 tris cædem
 sese occidēs,
 i clypeo feri-
 tū reliquit.

Ansonio vigil extulerat, dum sorte vicissim
 A sternat portæ excubias, fratrisq; petebat
 Mancini statum sparsa inter funera corpus,
 Fortina cupiens miserum componere terra.
 Nec longum celerarat iter, quum tendere in armis
 Aggere sidonio venientem conspicit hostem.
 Quodq; dabat fors in subitis nec opina, sepulchro
 Et soli condit membra occultata Thoantis,
 Inde ubi nulla sequi propius ponè arma, virumq;
 Incomitata videt vestigia ferre per umbras,
 Profiliens tumulto contorquet nuda parentis
 In terga, haud frustra, iaculum: tyriamq; sequentium
 Satricus esse manum, & sidonia vulnera credens,
 A thorem caci trepidus circumspicit ictus.
 Verum ubi victorem inuenit robore cursus
 Attulit, & notis fulsit lux tristis ab armis,
 Fratrumq; procul, luna prodente, retexit
 Ante oculos sese, & radianit comminus umbo,
 Exclamat iuuenis subita flammatus ab ira,
 Non sum equidè Sulmone satus tua Satrice proles,
 Nec frater Mancine tuus, fatearq; nepotem
 Pergameo indignum Solympo, si euadere detur
 Hinc nostra te impune manu: tu nobile gestes
 Germani spoliū ante oculos, referasq; superba
 Me spirante, domus Pelignæ perfidus arma?
 Hæc tibi chara parens apta ad solatia luctus
 Dona feram nati, vt figas æterna sepulchro.
 Tætalia vociferans stricto mucrone ruebat.
 At illi iam tela manu, iamq; arma fluebant

SIL. ITAL.

Verba satrici, quis sit filio indicatis.

Audita patria, natisq; & coniuge & armis,
 Ac membra & sensus gelidus stupefecerat horror.
 Tum vox semianimi miseranda effunditur ore.
 Parce precor dextræ, non ut mihi vita supersit,
 Quippe nefas hac velle frui, sed sanguine nostro
 Ne damnes ò nate manus, Carthaginis ille
 Captivus patrias nunc primum aduectus in oras
 Ille ego sum Satricus, Solymi genus, haud tua nate
 Fraus vlla est, iaceres in me cum feruidus hastam,
 Pænus eram, verum castris elapsus acerbis
 Ad vos, & charæ properabam coniugis ora.
 Hunc rapui exanimi clypeum, sed iam vniçe nobis
 Hæc fratris tumulis arma excusata reporta.
 Curarum tibi prima tamen sit nate, referre
 Ductori monitus Paulo, producere bellum
 Nitatur, Pænoq; neget certamina martis.
 Augurio exultat diuum, immensamq; propinqua
 Stragem acie sperat: quæ so prohibete furentem
 Varronem: nanq; hunc fama est impellere signa.
 Sat magnum hoc misera fuerit mihi cardine vite
 Solamen, canisse meis: nunc vltima nate
 Inuento simul, atq; amisso, redde parenti
 Oscula: sic fatus galeam exiit, atq; rigentis
 Inuadit nati tremebundis colla lacertis,
 Attoniti & nitens verbis sanare pudorem,
 Vulneris impressi telum excusare laborat.
 Quis testis nostris, quis conscius affuit actis?
 Non nox errorem nigranti condidit vmbra?
 Cur trepidas? da nate magis, da iungere pectus.

Alij: Attoniti
 toq; timēs.
 Verba satrici, filium
 ob patri illatū vuln?
 tristem consolantis.

Ahsolo pater ipse manum, atq; in fine laborum
 Hac condas oculos dextra precor. at miser imo
 Pectore suspirans iuuenis, non verba vicēs q;
 A loquio vocemve refert, sed sanguinis atri
 Sistere festinat cursum, lacerōq; ligare
 Ocus illachrymans altum velamine vulnus.
 Tandem inter gemitus, miseræ erupere querelæ.
 Siccine te nobis genitor Fortuna reducit
 In patriam? sic te nato natūmq; parenti
 Impia restituit? felix ò tēr q; quatēr q;
 Frater, cui fatis genitorem agnoscere ademptum.
 Ast ego Sidonijs impercitus, ecce parentem
 Vulnerere cognosco, saltem hoc Fortuna fuisset
 Solamen culpæ, dubia vt mihi signa dedisses
 Infausti generis: verum linquetur iniquis
 Non ultra superis nostros tolerare labores.
 Hæc dum amens queritur, iam deficiente cruore
 In vacuas senior vitam despererat auras.
 Tum iuuenis mæstum attollens ad sidera vultum,
 Pollutæ dextræ, & facti Titania testis
 Infandi, quæ nocturno mea lumine tela
 Dirigis in patrium corpus, non amplius, inquit,
 His oculis, & damnato violabere visu.
 Hæc memorat, simul ense fodit præcordia, & atrum
 Sustentans vulnus, mananti sanguine signat
 In clypeo mandata patris, fuge prælia Varro.
 Ac summi tegmen suspendit cuspide teli,
 Defletūmq; super prosternit membra parentem.
 Talia venturæ mittebant omina pugne

Cōqueritur
 de aduersā
 te sibi fortu
 na solym?
 vtinā, inq;
 qui sido
 nūs iratus,
 patrē iter
 emi, id solas
 tū solū for
 tūna cōces
 sisset, vt eū
 morientem
 non agna
 uissem.

SIL. ITAL.

Ausonij superi, sensimq; abeuntibus umbris
 Conscia nox sceleris roseo cedebat Eoo.
 Ductor in arma suos Libys, & Romanus in arma
 Excibat de more suos, Pænisq; redibat
 Qualis nulla dies omni surrexerit ævo.

Hannibal suos ad pugnam hortatur, & res præclare gestas enumerans, quibus tot sunt difficultates superate, iam præmia in manu esse persuadet.

Nec verborum, inquit stimulantum Pænis egetis,
 Herculeis iter à metis, ad Iapygis agros

Vincendo emensi, nusquam est animosa Saguntios,
 Concessere alpes, pater ipse superbus aquarum
 Ausonidum Eridanus, captivo defluit alveo.

Strage virum mersus Trebia est, atq; ora sepulto
 Lydia Flamminio premitur, latèq; resurgent
 Ossibus, ac nullo sulcantur vomere campi.

Clarior his titulis plus allatura cruoris
 Lux oritur, mihi magna satis, sat vera superis
 Bellandi merces, sit gloria, cætera vobis

Ex Hispania, dicit, quæ auri est feracissima. Et de Sicilia, in qua primo bello Punico ab Romanis Carthago victa. Cuius Italiae agrus, exteris civitatibus pollicetur.

Vincantur: quicquid diti denexit Ibero,
 Quicquid & ætneis iactavit Roma triumphis,
 Quin etiam libyco si quid de littore raptum
 Condidit, in vestros venient sine sortibus enses.

Ferte domos quod dextra dabit, nil victor honoris
 Ex opibus posco, raptor per secula longa
 Dardanus, edomitum vobis spoliauerit orbem.

Qui Tyria ducis Sarranum ab origine nomen,
 Seu laurens tibi Sigæo sulcata colono
 Arridet tellus, seu sunt Buxentia cordi
 Rura magis, centum Cereri fruticantia culmis,

Electos optare dabo inter prælia campos,
 Ad dam etiam flava Tybris quas irrigat unda

Gurgitibus late captivis poscere ripas.
 Qui vero extremo socius mihi cardine Byrsæ
 Signa mones, dextram Ansonia si cæde cruentam
 Attolles, hinc iam civis Carthaginis esto.
 Ne vos Gargani, Danniq; fefellerit ora.
 Ad muros stas Romæ, licet ania longe
 Urbs agat, & nostro procul à certamine distet:
 Hæc hodie ruet, atq; vltra te ad prælia miles
 Nulla voco, ex acie tende in capitolia cursum.
 Hæc memorat, tum propulso munimine valli
 Effarum rapuere moras, atiemq; locorum
 Consilio, curvis accommodat ordine ripis.
 Barbaricus leno stetit ad certamina cornu
 Bellator Nasamon, vnâq; immanior arctus
 Marmarides, tñ Maurus atrox, Garamasq; Macésq;
 Et Massylæ acies, & ferro vinere letum
 Vulgus Adrimachidæ, pariter gens accola Nilî
 Corpora ab immodico servans nigrantia Phæbo.
 Quis positû agminibus caput, imperiûmq; Nealces.
 At parte in dextra, sinuat quâ flexibus vndam
 Ausidus, & curvo circum errat gurgite ripas,
 Mago regit, subiere lenes, quos horrida misit
 Pyrene populi varioq; auxere tumultu
 Fulmineum latus, effulget cetrata iuventus,
 Cantaber ante alios, nec tectus tempora Vasco,
 Ac torto miscens Balearis prælia plumbo,
 Betigenæq; viri: celsus media ipse coercet
 Agmina, quæ patrio firmanit milite, quæq;
 Cæstarum Eridano perfusis sæpe catervis.

Quasi dicat: Non ob id vobis ignaviter pugnandum est, quod hinc Roma longe abest: quoniam am hac victoria parta, & ipsa expugnata erit, & vestrorum laborum finem eritis consecuti. Hannibal acie instructurus locorum rationem habes, Nealces in lævam partem constituit, dextram Mago, mediâ ipse regabat. Livius tamen aliter.

SIL. ITAL.

Sed quàm se fluvius retro labentibus undis
 Eripit, & nullo cuneos munimine vallas,
 Turritas moles, ac propugnacula dorso
 Belua nigranti gestans, cen molibus agger
 Nutat, & erectos attollit ad æthera muros.
 Cætera iam Numidis circumvolitare, citòsq;
 Ferre datum cursus, & toto feruere campo,
 Dum Libys incenso dispensat milite vires,
 Hortandòq; iterum, atq; iterum insatiabilis vrget;
 Factis quenz suis, & se cognoscere iactat
 Qua dextra veniant stridentis sibila teli:
 Promittitq; viris nulli se de fore testem,
 Iam Varro exacta vallo legione, mouebat
 Cladum principia, at pallenti lætus in vnda
 Laxabat sedem venturis portitor vmbis.
 Stant primi, quos sanguineæ pendente vetabant
 Ire notæ clypeo, defixiq; omine torpent.
 Iuxta terribilis facies, miseranda iacebant
 Corpora in amplexu, natúsq; in pectore patris
 Imposita vulnus dextra lethale tegebat.
 Effusæ lachrymæ, Manciniq; inde reuersus
 Fraternali sub morte dolor, tum triste mouebat
 Augurium, & similes defuncto in corpore vultus;
 Ocyus erroris culpam, deffendâq; fata
 Ductori pandunt, atq; arma vetantia pugnam.
 Ille ardens animi, ferte hæc, ait, omina Paulo:
 Nanq; illum, cui fœmineo stant corde timores,
 Mauerit ista manus, quæ cæde imbuta nefanda
 Cum furie expeterent pœnas, fortasse paterno

Hannibale,
 inquit, suos
 in aciem or
 dinate, Var
 ro temere
 pugnatur
 copias edu
 cebat.

Signavit moriens sceleratum sanguine carmen.
 Tum minitans propere describit munera pugnae,
 Quâq; feras seuus gentes, aciemq; Neasces
 Imperat, hac sese Marso cum milite, cumq;
 Samnitum opponit signis, & Iapyge alumno.
 At campi medio (nanq; hac in parte videbat
 stare ducem Libyæ) Seruilius obuia adire
 Arma, & Picentes, Umbrosq; inferre iubetur.
 Cetera Paulus habet dextro cartamina cornu.
 His super, insidias contra, Nomadumq; volucrum
 Scipiade datur ire manum, quâq; arte dolisq;
 Scindent se turmæ, prædicit spargere bellum.
 Iamq; propinquabant acies, agilique virorum
 Discursu, mixtoq; simul calefacta per ora
 Cornipedum hinnitu, & multum trepidantibus armis
 Errabat cacum turbata per agmina murmur.
 Sic ubi prima movent pelago certamina venti,
 Inclusam rabiem, ac sparsuras astra procellas
 Parturit vnda freti, fundoque emota minaces
 Expirat per saxa sonos atq; acta cauernis
 Torquet anhelantem spumanti vertice pontum.
 Nec vero fati tam seuo turbine, solum
 Terrarum fuit ille labor, discordia demens
 Intrauit celos, superosq; ad bella coegit,
 Hinc Maors, hinc Gradium comitatus Apollo.
 Et domitor tumidi pugnat maris, hinc Venus amens
 Hinc Vesta, & capte stimulatus cede Sagunthi
 Amphitryoniades, pariter veneranda Cybele,
 Indigetq; dei, Faunusq; satorq; Quirinus,

Romani ex
 ercitus in
 acie dispos
 sitio.

Cacum mura
 mur, ipsi
 ceci.
 Romanoru
 in hostes in
 cursum ma
 ri coparat
 quod sonitu
 quodam sus
 turam tem
 pestate par
 turit.
 Etia deos,
 non solum
 mortales
 hoc specta
 culo sollicitos
 fuisse poeta
 fingit.

SIL. ITAL.

Alternusq; animæ mutato Castore Pollux.
 Contra cinctâ latus ferro Saturnia Iuno,
 Et Pallas libycis Tritonides ædita lymphis,
 Ac patrius flexis per tempora cornibus Hammon,
 Multaq; præterea diuorum turba minorum,
 Quorum vbi mole simul venientum, & gressibus almis
 Intremuit tellus, pars implerere propinquos
 Diuisi montes, pars sedem nube sub alta
 Cœperunt, vacuo descensum ad prælia celo.
 Tollitur immensus deserta ad sidera clamor,
 Phlegæis quantas effundit ad æthera voces
 Terrigena in campis exercitus, aut sator æni
 Quanta Cyclopas noua fulmina voce poposcit
 Iuppiter, extructis vidit cum montibus ire
 Magnanimos raptum caelestia regna gigantes.
 Nec vero prima in tantis concursibus hasta
 Vlla fuit, stridens nimbus certante furore
 Telorum simul effusus, cupidæq; cruoris
 Hinc atq; hinc animæ, gemina cecidere procella.
 Acrius insanus dextra qua ducitur ensis
 Bellantum pars magna iacet, super ipsa suorum
 Corpora consistunt auidi, calcantq; gementes.
 Nec magis aut libyco protrudi Dardana nisu
 Auerti ve potest pubes, aut ordine pelli
 Fixa suo Sarrana manus, quàm vellere seda
 Si tentet Calpen impacto gurgite pontus.
 A misere ictus spatium, nec morte peracta
 Arctatis cecidisse licet, galea horrida flectis
 A duerse ardescit galeæ, clypeusq; fatiscit

Congredien
 tium militū
 clamorem,
 gigantum,
 Iouisq; ful
 mina poscē
 tis voci, cō
 parat.

Ingens mis
 litū feruor,
 qui nō ma
 gis loco ces
 serunt, q̄ in
 gens mons
 impactis flu
 etibus mo
 uatur.

Impulsu clypei, atq; ensis contunditur ense,
 Pes pede, virq; viro teritur, tellusq; videri
 sanguine operta nequit, cælumq; & sidera pendens
 Abstulit ingestis nox densa sub æthere telis.
 Quis astare loco dederat fortuna secundo,
 Contorum longo & proceræ cuspidis iectu,
 Ceu primas agitent acies, certamina miscent.
 At quos deinde tenet retrorsum inglorius ordo,
 Missilibus certant pugnas æquare priorum.
 Ultra clamor agit bellum, milēsque cupiti
 Martis inops, senis impellit vocibus hostem.
 Nec ullum defit teli genus, hi sude pugnas,
 Hi pinu flagrantem cient, hi pondere pili.
 At saxis, fundaq; alius, iaculōq; volucris.
 Interdumq; ipsis metuenda phalarica muris.
 Interdum stridens per nubila fertur arundo.
 Speramusne deæ, quarum mihi sacra coluntur,
 Mortali totum hunc aperire in secula voce
 Possē diem? tantūmne datis confidere linguæ,
 Ut Cannas vno ore sonem? si gloria vobis
 Nostra placet, neq; vos magnis auertitis ausis,
 Huc omneis cantus, Phœbumq; vocate parentem.
 Verum utinam posthac animo Romane, secunda
 Quanto tunc aduersa, feras, sitq; hæc tunc oro,
 Nec libeat tentare deis, an Troia proles
 Par bellum tolerare queat, tūq; anxia fati
 Pone precor lachrymas, & adora vulnera, laudes
 Perpetuas paritura tibi. nam tempore Roma
 Nullo maior eris, mox sic labere secundis,

Poeta horridam Cannæ sem cladem enarraturus, votum repetit, & deos ut sibi faueant, implorat. Imprecatur Romanis constantiā: ut, qui aduersa magno animo tulerūt, non frāgatur prospere.

S I L I T A L.

Vt sola cladum tuearis nomina fama.
 Iamq; inter varias Fortuna vtringq; virorum
 A sternata vices, incerto eluserat iras
 Euentu, mediâq; diu pendente per ambas
 Spe gentes, paribus Manors flagrabat in armis.
 Mitia cen viridis agitant cum flamina culmos,
 Necdum maturas impellit ventus aristas.
 Huc atq; huc it summa seges, nutansq; vicissim
 A lterno lente motu incuruata nitescit.
 Tandem barbaricis perfractam viribus acer
 Dissipat incurrens aciem clamore Nealces,
 Laxati cunei, perq; interualla citatus
 Irrupit trepidis hostis, tum turbine nigro
 Sanguinis exundat torrens, nullumq; sub ima
 Cuspide procumbit corpus, dum vulnera tergo
 Bellator timet Ansonius, per pectora senas
 Exceptat mortes, & letho dedecus arcet.
 Stabat cum primis mediæ certamina pugne
 Aspera semper amans, & par cuiusq; periclo
 Scauola, nec tanta vitam iam strage volebat,
 Sed dignum proano lethum, & sub nomine mortem.
 Is postquam frangi res, atq; aulescere vidit
 Exitium, breuis hoc vitæ quodcumq; relictum
 Extendamus ait: nam virtus futile nomen
 Ni decus adfuerit patiendo, vbi tempora lethi
 Proxima sint, pulchrâq; petat per vulnera laudis.
 Dixit, & in medios quâ dextera concita Pœni
 Litem agit, vasto connixus turbine fertur.
 Hic exultantem Calarim, atq; erepta volentem

Redit ad
 narrationē
 pugnae, quā
 primo con-
 gressu an-
 pitem fuisse
 ait, sed irru-
 ente postea
 Nealce Pœ-
 nos superiores
 euasisse.

Pœni, hoc
 est, Nealce:
 dixit enim,
 Laxati cun-
 uci.

Induere excelso caesi gestamina trunco
 Ense subit, capuloq; tenus ferrum impulit ira.
 Voluitur ille ruens, atq; arma hostilia morsu
 Appetit, & mortis premit in tellure dolores.
 Nec Gabari, Sichæq; virum tenere furentes
 Concordi virtute manus, sed perdidit acer
 Dum stat, decisam Gabar inter prælia dextram.
 At Sichæ auxilium, magno turbante dolore,
 Dum temere accelerat, calcato improvidus ense
 Succidit, & nude ferro vestigia plantæ
 Damnavit, dextrâq; iacet morientis amici.
 Tandem conuertit fatalia tela Nealce
 Fulminei gliscens inuenis furor, exilit ardens
 Nomine tam claro stimulante, ad præmia cædis.
 Tum silicem scopulo auulsum, quem montibus altis
 Detulerat torrens, raptum contorquet in ora
 Turbidus, incusso crepuerunt pondere male.
 A blatusq; viro vultus, concreta cruento
 Per nares cerebro sanies fluit, atrâq; manant
 Orbibus elisis, & trunca lumina fronte.
 Sternitur vnanimò Marius succurrere Caspro
 Conatus, metuensq; viro super esse cadenti.
 Lucis idem auspiciû, ac patrium & cômune duobus
 Paupertas, sacro inuenes Præneste creati
 Misuerant studia, & iuncta tellure serebant,
 Velle ac nolle ambobus idem, sociatâq; toto
 Mens æuo, ac paruis diues concordia rebus,
 Occubere simul, votisq; ex omnibus vnum
 Id fortuna dedit, iunctam inter prælia mortem.

Tâto impe
 tu Scænola
 pugnas, Ne
 alce tela sis
 bi mortē il
 latura in se
 cōuertit, &
 iclta lapidis
 interijt.

Magna Ma
 rij & Cas
 pri amici
 tia qbus cū
 & initiū vī
 tæ & exer
 citiū idē es
 set, alter, al
 tero mortua
 viuere recū
 sabat.

S I L I A L.

Arma fuere decus victori bina Simetho.
 Sed longum tanto letari munere casus
 Haud licitum Pœnis: aderat terrore minaci
 Scipio conuersæ miseratus terga cohortis,
 Et cuncti fons Varro mali, flauisq; comarum
 Curio, & à primo descendens consule Brutus.
 Atq; his fulta viris acies repararet ademptum
 Mole noua campum, subito ni turbine Pœnus
 Agmina frenasset iam procurrentia ductor.
 Isq; vt Varronem procul inter prælia vidit,
 Et iuxta sagulo circumuolitare rubenti
 Licetorem, nosco pompam, atq; insignia nosco.
 Flamminius modo talis ait, tum feruidus acrem
 Ingentis clypei tonitru prænuntiat iram.
 Heu miser æquari potuisti funere Paulo,
 Si tibi non ira superùm tunc esset ademptum
 Hannibalis cecidisse manu, quam sepe querere
 Varro deis, quòd sidonium defugeris ensem.
 Nam rapido subitam portans in morte salutem
 Procursu cæpta sese in discrimina vertit
 Scipio, nec Pœnum (quanquam est ereptus opinæ
 Cædis honor) mutasse piget maiore sub hoste
 Prælia, & erepti ticina ad flumina patris
 Exigere oblato tandem certamine pœnas.
 Stabant educti diuersis orbis ab oris,
 Quanto non aliàs vidit concurrere tellus
 M arte viri, dextrâq; pares, sed cetera ductor
 Anteibat Latius, melior pietate, fidèq;
 Dissilunere caua turbati ad prælia nube

Verba Hân-
 ni. Varronē
 in irruenti
 tunc cōspi-
 cientis, quē
 Poeta mise-
 rū dicit, q.
 ira deorum
 manu Han-
 ni non cecid-
 erit.

Intercursu
 enim iunior
 vis Scipiōis,
 primo con-
 tra Hâniba-
 lem prælio,
 Consul is pi-
 culū propul-
 satū plures,
 inq; Lini.
 tradidere.

Maors Scipiade metuens, Tritonia Pæno,
 Aduentūq; deūm intrepidis ductoribus, ambæ
 Contremuere acies. ater quā pectore flectit
 Pallas, Gorgoneo late micat ignis ab ore,
 Sibilāq; horrificis torquet serpentibus ægis.
 Fulgent sanguinei, geminum vibrare cometen
 Ut credas, oculi, summāq; in casside largus
 Vndantes voluit flammās ad sidera vertex.
 At Maors moto perturbans aëra telo,
 Et clypeo campum inuoluens, & tnea cycloppum
 Munere fundentem lorica incendia gestat,
 Ac pulsat fulua consurgens æthera crista.
 Ductores pugnae intenti, quantumq; vicissim
 Aderet propius mensi, tamen arma ferentis
 Sensere aduenisse deos, & lætus vterq;
 Spectari superis, addebant mentibus iras.
 Iamq; ictu valido libratam à pectore Pæni
 Pallas in obliquum dextra detorserat hastam.
 Et Gradivus opem diuæ portare ferocis
 Exemplo doctus, porgebat protinus ensē
 & tneum in pugna inueni, ac maiora inebat.
 Tum virgo ignescens penitus, violenta repente
 Suffudit flammis ora, atq; obliqua retorquens
 Lumina, turbato superavit gorgona vultu.
 Rexere omnes immania membra chelydri
 & gide commota, primiq; furoris ad ictus
 Rettulit ipse pedem sensim à certamine Maors.
 Hic dea conuulsam rapido conamine partem
 Vicini montis, scopulisq; hærentia saxa

p.iiiij.

Figit poeta
 Romanis
 Martē, Pæ
 nis Palladē
 fauētem, in
 preliū de-
 scendisse.

Inferre, scis
 licet Hæni-
 bali mortē.

SILITAL.

In Martem furibunda iacit, longèq; relatos
 Expauit sonitus, tremefacto littore Saffon.
 At non hæc superùm fallebant prælia regem,
 Demittit propere succinctam nubibus Irim,
 Quæ nimios frenet motus, ac talia fatur:
 Ideæ, & Oenotris velox allabere terris,
 Germanæq; truces dic Pallas mitiget iras,
 Nec speret fixas Parcarum vertere leges,
 Dic etiam, ni desistis (nam virus & æstus
 Flammiferæ noui mentis) nec colligis iram,
 & gide præcellant quantum horrida fulmina nosces.
 Quæ postquam accepit dubitans Tritonia virgo,
 Nec sat certa diu, patrijs an cederet armis,
 Absistemus ait campo? sed Pallade pulsa
 Num fata auertet? cælòq; arcebit ab alto
 Cernere Gargani feruentia cædibus arua?
 Hæc effata, caua Pœnum in certamina nube
 Sublatum diuersa tulit, terrâsq; reliquit.
 At Gradinus atrox, remeantis in æthera diuæ
 Abscessu reuocat mentes, fusâmq; per æquor
 Ipse manu magna nebula circumdatus atra
 Restituit pugnam, conuertunt signa, nouâmq;
 Instaurant Itali, versa formidine, cedem.
 Tum ventis positus custos, cui flamina carcer
 Imperio compressa tenet, cælumq; ruentes
 Euriq; & Boreæ parent, Coriâq; Notiâq;
 Iunonis precibus promissa haud parua ferentis
 Regnantem æolijs Vulturnum in prælia campis
 Effrenat, placet hic iræ exitiabilis ultor.

Verba Ios
 nis ad Iri,
 vt Palladē
 iussu Iuno
 nis fati ob
 sistenti, ab
 incœpto des
 sistere ius
 beat.

Alludit ad
 id, quod Ro
 manis (vt
 Livi. ait) in
 meridiē, Pœ
 nis in septē
 trionē vera
 sis, ventus

Qui se postquam & tunc cecidit candente barathro,
 Conceptitque ignes, & flammea protulit ora,
 Evolat horrendo stridore, ac Daunia regna
 Perflat agens cecam glomerato pulvere nubem.
 Eripere oculos aure, vocemque manusque,
 Vertice arenoso cidentes (flebile dictu)
 Torquet in ora globos Italum, & bellare manipulis
 Iussa lacerantur rabie, tum mole ruinæ
 Sternuntur tellure, & miles, & arma, tubæque,
 Atque omnis retro flatu occursante refertur
 Lancea, & interdum Rutulis cadit irritus ictus.
 Atque idem flatus Pænorum tela secundat,
 Et velut amento contorta hastilia turbo
 Aduat, ac tyrias impellit stridulus hastas.
 Tum denso fauces præclusus pulvere miles
 Ignavam mortem compresso mæret hiatu,
 Ipse caput flauum caligine conditus atra
 Vulturnus, multaque comam perfusus arena
 Nunc versos agitat tergo stridentibus alis,
 Nunc mediam in frontem veniens clamante procella
 Obuius arma quatit, patuloque insibilat ore.
 Interdum intentos pugnae, & iam iamque ferentes
 Hostili iugulo ferrum, conamine & ictu
 Avertit, dextramque ipso de vulnere vellit.
 Nec satis Ausonias passim fœdare cohortes,
 In Martem vomit immixtas mugitibus auras,
 Bisque Dei summas vibravit turbine cristas.
 Quæ dum romuleis exercet prælia turmis
 & olius furor, & Martem succendit in iras,

quæ Vultur
 nū icola re-
 giōis vocāt,
 aduersus Ro-
 manos coor-
 tus, multo
 pulvere in
 ipsa oravol-
 uendo pro-
 spectū ade-
 mit.

Amentū, la-
 rum est, quo
 media hasta
 religatur,
 vt iaci lon-
 gius possit.

SIL. ITAL.

Verba Pal-
 ladi apud
 Ionē de Mar-
 tis ſentia ī
 Pœnos con-
 guerētis cū
 ipſa nō ad-
 fuerit vt Ro-
 manos dele-
 ret, ſed vt ē
 diſcrimine
 Hannibalē
 ſubduceret.
 Huius ſimu-
 lacrum, di-
 ſcum Palla-
 diū Romē ī
 ſede Veſtæ
 ſeruabatur.
 Cōceſſio eſt,
 qua permit-
 tit quæ ta-
 mē minime
 fieri velit.
 Palladi ſci-
 piōis victo-
 riā & à de-
 ſicta Africa
 nomē præ-
 ſidit, Inno-
 mi vero Hā-
 nibalis exi-
 tium.

A ffatur virgo ſocia Innone parentem:
 Quantos gradiuus fluctus, in punica caſtra
 Reſpice agit, quantisq; furens ſe cædibus implet.
 Nunc quaſo terris deſcendere non placet Irim?
 Quanq̄ ego non Teucros (noſtro cum pignore regnet
 Roma, & palladio ſedes hac vrbe locarim)
 Non Teucros delere aderam, ſed lumen alumnæ
 Hannibalem Libyæ, pelli florentibus annis
 Vita, atq; extingui primordia tanta negabam.
 Excipit hæc Inno, longiq; laboris ab ira
 Imo, ait, vt noſcant gentes, immania quantum
 Regna Iouis valeant, cunctisq; potentia quantum
 Antistæt coniuſ ſuperis tua, diſcute telo
 Flagranti (nil oramus) Carthaginis arces,
 Sidoniãmq; aciem vaſto telluris hiatu
 Tartareis immerge vadis, aut obrue ponto.
 Contra quæ miti reſpondet Iuppiter ore.
 Certatis fatiſ, & ſpes extenditiſ agras.
 Ille ò nata libens cui tela inimica ferebas
 Contundet Tyrios iuueniſ, ac nomina gentiſ
 Induet, & libycam feret in capitolia laurum
 At cui tu coniuſ, cui daſ animoſq; dechiſq;
 (Fata cano) auertet populis Laurentibus arma.
 Nec longe cladiſ metæ, venit hora, dieſq;
 Qua nullas vnquam tranſiſſe optauerit alpeſ.
 Sic ait, atq; irim propere demittit oſympo,
 Quæ reuocet Martem, inbeâtq; abſcedere pugna.
 Nec vetitiſ luctatiſ abit Gradiuus in altis
 Cum fremitu nubes, quanquam litniq; tubæq;

Vulneraq; & sanguis, & clamor, & arma iuuarent
 Vt patuit liber superum certamine tandem,
 Laxatusq; Deo campus, ruit equore ab imo
 Pænis, quo sensim caelestia fugerat arma.
 Magna voce trahens equitemq; virosq; ferēq;
 Turrigeræ molem, tormentorumq; labores.
 Atq; vbi turbantem seniores ense caternas
 Agnuit iuuenem, scintillavitq; cruentis
 Ira genis, quæ nam furia, quisve egit in hostem
 En Minuti deus, vt rursus te credere nobis
 Aderes inquit? genitor tibi, natus ab armis
 Ille meis, vbi nunc Fabius? semel improbe nostras
 Sit satis euasisse manus: atq; inde superbis
 Hasta comes dictis, murali turbine pectus
 Transforat, & voces venturas occupat ictu.
 Nec ferro sœuire sat est, appellitur atra
 Mole fera, & monstris componitur itala pubes.
 Nam prouectus equo, moderantem cuspide lucas
 Maurum in bella boues, stimulis maioribus ire,
 Ac raptare inbet libycarum armenta ferarum.
 Immane stridens agitur, crebroq; coacta
 Vulnere bellatrix properos fert belua gressus.
 Lienti dorso turris flammâq; virisq;
 Et iaculis armata sedet, procul aspera grando
 Saxorum super arma ruit, passimq; volanti
 Celsus telorum fundit Libys agere nimbum.
 Stat niveis longum stipata per agmina vallum
 Dentibus, atq; ebori præfixa comminus hasta
 Fulget ab incuruo deiecta cacumine cuspis.

Verba Hæ-
 ni. Minutiū
 increpatis,
 quod qui se-
 mel per Fa-
 bium libera-
 tus sit, rur-
 sum se pu-
 gna audeat
 committere.

Lucas bo-
 nes, elephā-
 tos appellas
 tos dicit pe-
 rottus ablu-
 ce, q. lōgere
 lucebāt pra-
 pter inaura-
 tos regio-
 clypeos, quē
 bus eorū tū-
 ornata erāt
 turres.
 Ebori, hoc ē
 elephāto, ex
 cuius dentib;
 fit ebur.

Hic inter trepidos rerum, per membra, per arma
 Exigit Vfsentis sceleratum belua dentem.
 Clamantemq; ferens calcata per agmina portat.
 Nec lenius radio, lænum qua tegmine thorax
 Multiplicis lini claudit latus, improba sensim
 Corpore non læso penetrarunt spicula dentis,
 Et sublime virum clypeo resonante tulerunt.
 Haud excussa noui virtus terrore pericli,
 Utitur ad laudem casu, geminumq; citato
 Vicinus fronti lumen transuerberat ense.
 Extimulata graui sese fera tollit ad auras
 Vulnere, & erectis excussam cruribus alte
 Pone iacit voluens reflexo pondere turrim.
 Arma viriq; simul spoliataq; belua visu
 Sternuntur, subita (miserandum) mixta ruina
 Spargere flagrantes contra bellantia monstra
 Dardanius tedas victor iubet, & facis atre
 Quos fera circumfert, compleri sulfure muros.
 Nec iusso mora, collectis fumantia lucent
 Terga elephantorum flammis, raptusq; sonoro
 Ignis edax vento, per propugnacula fertur.
 Non aliter Pindo Rhodopëve incendia pastor
 Quum iacit, & syluis spatiat feruida pestis.
 Frondosi ignescunt scopuli, subitòq; per alta
 Collucet iuga dissultans Vulcanius ardor.
 It fera candenti torrente bitumine corpus
 Amens, & laxo diducit limite turmas.
 Nec cuiquam virtus propiora capeffere bella
 Longinquis audent iaculis, & arundinis ictu.

intrepidam
 Vfsentis pu-
 gnã narrat
 quẽ elephas
 raptũ, subli-
 mẽ p agmi-
 na porta-
 bat, dẽtibus
 inter arma
 & corpus,
 mẽbris illæ-
 sis, exactis:
 radiũ instar
 qui stamina
 penetrat,
 non tamen
 frangit. sed
 non abiecta
 viro virtũ:
 verũ gladio
 utroq; beluẽ
 oculo per; of-
 so, eãq; cũ
 machina in
 dorso strata
 etiã ignem
 imitti in be-
 luas iubet.
 Incẽdiũ in
 beluas im-
 missum syl-
 narũ mon-
 tiumq; in-
 cẽdijs a pa-
 storibus fa-
 ctis compa-
 rat.

Vritur impatiens, & magni corporis æstu,
 Donec vicini tandem se fluminis vndis
 Precipitem dedit, & tenui decepta liquore
 Stagnantis per plana vadi, tulit incita longis
 Extantem ripis flammam, tum deniq; sese
 Gurgitis immerfit molem capiente profundo.
 At qua pugna datur, necdum Maurusia pestis
 Igne calet, circumfusi Rheteia pubes,
 Nunc iaculis, nunc & saxis, nunc alite plumbo
 Eminus incessunt, vt qui castella per altos
 Oppugnat munita locos, atq; obsidet arces.
 Ausus digna viro, fortuna & digna secunda,
 Extulerat dextram, atq; aduersum comminus ensem
 Mutius infelix ausi, sed stridula anhelum
 Fernorem effundens monstri manus, abstulit acri
 Implicitum nexu, diròq; ligamine torsit,
 Et superas alte miserum iaculata per auras
 Tellure elisit, ac flexit (flebile) membris.
 Has inter clades viso Varrone sub armis
 Increpitans Paulus, quin inuis comminus, inquit,
 Ductori tyrio, quem vincetum colla catenis
 Statutum ante tuos currus promissimus vrbi?
 Heu patria, heu plebes scelerata, & praua fauoris
 Haud vnquam expedies tam dira sorte malorum,
 Quem tibi non nasci fuerit per vota petendum,
 Varronem, Hannibalèmne magis? dum talia Paulus
 Vrget precipitans Libys, atq; in terga ruentum
 Ante oculos cunctas ductoris concitat hastas.
 Pussatur galea, & quatiuntur Consul's arma,

Ab ea parte
 inquit, qua
 nodu ignis
 in elephan-
 tos erat im-
 missus, Ro-
 mani, tanq
 castellu op-
 pugnares,
 iaculis, sa-
 xis, & gla-
 dibus e fun-
 da emissis
 incessunt.

Manus: pro
 boscidē itel
 ligit, q, ea
 tanq manu
 vtatur.

Verba Pau-
 li Varronē
 increpatis,
 atq; obijciē-
 tis, quod ia-
 ctarat se
 Hannibalē
 catenis vin-
 ctu per vr-
 bē ducturū.

SIL. ITAL.

Incusat patriam Varro
quod se cō-
sulem crea-
verit.

Acrius hoc Paulus medios ruit asper in hostes.
 Tum vero excussus mentem, in certamina Paulo
 A via deducto, conuertit Varro: manūq;
 Cornipedem inflectens, das inquit patria pœnas
 Quæ Fabio incolumi, Varronem ad bella vocasti.
 Quæ nam autem mentis, vel quæ discordia fati?
 Parcarūq; latens fraus est? abrumpere cuncta
 Iamdudum cum luce libet: sed comprimit ensē
 Nescio quis Deus, & memē ad grauiora reseruat.
 Vinām ne? & fractos, sparsosq; cruore meorum
 Hos referam populo fasces? atq; ora per vrbes
 Iratas spectanda dabo? & quō senius ipse
 Hannibal haud poscat, fugiam, & te Roma videbo?
 Plura indignantem, telis propioribus hostes
 Egere, & sonipes rapuit laxatus habenas.

HERMANNI BVSCHII PASIPH
 li argumentum in librum decimum.

Inter funesta, non prospera tempora pugnae,
 Cannarūq; altos, & latos stragis acernos
 Obruitur Paulus, coeuntibus vndiq; telis.
 Sedibus hinc tacitis, placitum Saturnia somnum
 Euocat, vt iuuenem victorem à mœnibus vrbis
 Arceat. At fugiens Canusinum miles in agrum
 Colligitur, placet exilio mutare labantem
 Ausoniam pubi, pauido suadente Metello.
 Sed quatiens gladium flammata Scipio dextra,
 Non deserturos patriam iurare coëgit.

Interea celebrat laudato funera Paulo
 Hannibal, & Marti scutorum incendit acervos.
 Fama mali tanti tristem leuis aduolat urbem,
 Et redit amisso iactatus milite Varro.

SILII ITALICI PVNICORVM
 liber decimus.

Aulus vt aduersam videt increbre
 scere pugnam,
 Cen fera, quæ, telis circumcingen-
 tibus, vltro
 Assilit in ferrum, & per vulnera
 colligit hostem,

Pauli ingē-
 tis fortitudi-
 nis laus hoc
 volumine ce-
 lebratur: q̄
 vt impera-
 torē decebat
 cū suos vr-
 geri conspi-
 ceret, nullū
 subire peri-
 culum for-
 midabat.

In medios fert arma globos, seseq̄ periculis
 Ingerit, atq̄ omni lethum molitur ab ense.
 Incepat horrendum perstate, & fortiter, oro
 Pectoribus ferrum accipite, ac sine vulnere terga
 Ad manes deferte viri, nisi gloria mortis
 Quis superest: idem sedes adeuntibus imas
 Hic vobis dux Paulus erit. velocius inde
 Hemonio Borea, pennaq̄ citatior ibat
 Que redit in pugnâs fugientis arundine Parthi:
 Atq̄ vbi certamen primi ciet immemor ani
 Petus Gradinus mente, & cito fertur in hostes,
 Ac iuuenem quem Vasco leuis, quem spicula densus
 Cantaber vrgebat, lethalibus eripit armis.
 Et scessere retro, pauidiq̄ in terga relatos
 Adhucere gradus, vt latus valle remota

Fugiedo enī
 sagittas ex
 equis emit-
 tunt.

Paulus è dif-
crimine pe-
tū liberans
cōparatur
leoni q suo
occurſu iam
ferè captā
capreā ex-
torquet ve-
natori.

Ocris & O-
piter Setini
erant. Allu-
dit autē ad
Labienu q
tēpore Iulij
Caſaris pro-
pria pecu-
nia Cingu-
lū oppidum
i Piceno adi-
ficauit.
Ad Meccē-
natem tem-
pore Augu-
ſti clarū al-
ludit, qui ab
Hetrufcis re-
gibus origi-
nē habuit.
Figit poeta
Iunonem in
Metelli for-
mā cōuerſā
Paulo fugā
ſuadere.

Cum capream venator agit, feſſamq propinquo
Inſequitur curſu, & ſperat iam tangere dextra,
Si ferus aduerſo ſubitum ſe protulit antro,
Et ſtetit ante oculos frendens leo, deſerit vna
Et color, & ſanguis, & tela minora periclo.
Nec iam ſperata cura eſt in pectore præde.
Nunc in reſtantes mucronem comminus urget,
Nunc trepidos, ac terga mala formidine verſos
Aſſequitur telis, furere, ac decorare labores,
Et ſauire iuuat, cadit ingens nominis expers
Vni turba viro: alter ſi detur in armis
Paulus Dardanijs, amittant nomina Canne.
Tandem inclinato cornu ſine more ruebat
Prima acies, non parca fugæ. Labiennus, & Ocris
Sternuntur letho atq Opiter, quos Setia colle
Vitifero, ceſſis Labiennum Cingula ſaxa
Miſerunt muris, iunxit fera tempora lethi
Sidonijs non conſimili diſcrimine miles:
Nam Labiennus obit penetrante per illa cornu,
Fratres, hic humero cecidere, hic poplite caſo.
Oppetis & tyrio ſuper inguina fixe veruto
Mecænas, cui Mæonia venerabile terra,
Et ſceptris olim celebratum nomen Hetrufcis.
Per medios agitur, proiecto lucis amore
Hannibalem luſtrans Paulus: ſors vna videtur
Aſpera, ſi occumbat ductore ſuperſtite Pæno.
Quam metuens molem (neq enim certamine ſumpto
Tempeſtas tanta, & rabies impune fuiſſet)
In faciem pauidi Iuno conuerſa Metelli,

Quid vanos, inquit, Latio spes vnica Consul
 Incassum renouas fato rennente furores?
 Si superest Paulus, restant Æneia regna,
 Sin secus, Ansoniam tecum trabis ire tumentem
 Tu contra iuuenem, & caput hoc abscindere rebus
 Turbatis ò Paule paras? nunc Hannibal ipsi
 (Tam letus bello est) ausit certare tonanti.
 Et iam (conuersis vidi nam flectere habenis)
 Enasit Varro, ac sese ad meliora reseruat.
 Sit spatium fatis, & dum datur eripe letho
 Hanc nostris maiorem animam, mox bella capeffes.
 Ad que suspirans ductor mortemne sub armis
 Cur poscam, causa ista parum est, quod talia nostræ
 Pertulerint aures suadentem monstra Metellum?
 Idemens, i carpe fugam, non hostica tela
 Excipias tergo, superos precor, integer oro
 Intactisq; abeas, atq; intres mœnia Romæ
 Cum Varrone simul, talin' pauidissime dignum
 Me vita? pulchrâq; indignum morte putasti?
 Quippe sinit Pœnus, qui nunc contraria bella
 Ipsi ferre Ioni valeat, prob degener alte
 Virtutis patrum, quando certamen inire,
 Cuiue viro malle memet componere, quàm qui
 Et victus dabit, & victor per secula nomen?
 Talibus increpitat, mediôsq; aufertur in hostes,
 Ac retro cursum tendentem ad crebra suorum
 Agmina, & in densis furantem membra manipulis,
 Per conferta virum, & stipata vmbonibus arma
 Consequitur melior planta, atq; obtruncat Acerram.

Hoc est: Bre
 ni meliorifa
 to pugna-
 bis.

Te, iquit, mi
 hi fugã sua
 dere, satis
 cause est
 cur mortem
 sub armis
 nõ formidẽ.

Obicit Me-
 telloq; a ma-
 ioribus de-
 generet.

Paul' i ho-
 stes irruẽs,
 Acerrã sese
 in conferto
 agmine oc-
 cultantẽ ob-

SIL. ITAL.

truncat.

Paulū quē
rētē Hāni.
cani sagaci
mare ferā in
vestigāti cō
parat.

Inno, cū Pau
lū à pugna
deterrenō
posset, assū
pta forma
Gelastæ, qui
ex Maurita
nia venerat
Hannibali,
vt contra
Paulū ar
ma ferat, p
suadet.

Christā Tu
deriē, in Au
fidi ripis v
nā cū sex fi
lis pugnā
tē, & cū eis
dē ab Hāni
bale occisum
Poëta ganit.

Ut canis occultos agitatur quum belgicus apros,
 Errorēsque fera sollers per denia mersa
 Nare legit, tacitoque premens vestigia rostro
 Lustrat inaccessos venantum indagine saltus.
 Nec sistit, nisi conceptum sectatus odorem,
 Depreudit spissis arcana cubilia dumis.
 At conuix Ionis, ut Paulum depellere dictis
 Nequicquam fuit, & Consul non desinit ire
 In faciem Mauri, rursus mutata Gelastæ
 Aduocat ignauum sena ad certamina Pœnum.
 Huc tela, huc, inquit, dextram implorantibus affer
 O decus æternum Carthaginis, horrida iuxta
 Stagnantes Consul molitur prælia ripas,
 Et laus haud alio maior datur hoste perempto.
 Hæc ait & iuuenem diuersa ad prælia raptam.
 Flumineo Libycam turbabat in aggere pubem
 Christæ nomen erat, bis terni iuncta ferebant
 Arma senem circa nati, pauperque penatum.
 Sed domus haud obscura Tuder, notisque per Umbros
 Bellator populos, factis & cæde docebat
 Natorum armigeram pugnas tractare cohortem.
 Unanima inde phalanx crudo ducente magistro,
 Postquam hominum satiata necem, prostrauerat ictu
 Innumero cum turre feram, facibusque secuta,
 Ardentem monstri spectabat læta ruinam,
 Cum subitus galeæ fulgor, conoque corusca
 Maiore intremuere iubet: nec tarda senectus
 Agnouit hac luce virum, rapit agmina natos
 Sæua parens vltro in certamina, & addere passim

Tela iubet, nec manantes ex ore feroci,
 Aut que flagrarent galea exhorrescere flammis.
 Armiger haud aliter magni, Iouis, anxia nido
 Quum dignos nutrit gestanda ad fulmina fetus,
 Obversam spectans ora ad Phaetontia prolem,
 Explorat dubios phœbea lampade natos.
 Iam p̄ suis daret vt pugne documenta vocatis,
 Stridentem gelidis vibravit viribus hastam,
 Que medias raptim volox præternolat auras.
 Hæsit multiplici non alte cuspis in auro,
 Atq; senem inualido dependens prodidit ictu.
 Cui Pœnus: quis nam ad cassos furor impulit ictus
 Exanguem dextram senio? vix prima momordit
 Tegmina callaici cornus tremebunda metalli.
 En reddo tua tela tibi, memorabilis ista
 A nobis melius discet bellare iuventus.
 Sic propria miseri transfigit pectora cornu.
 At contra (horrendum) bis terna spicula dextra
 Torta volant, paribusq; ruunt conatibus hasta.
 Haud secus ac Libyca foeta tellure leena
 Invadunt rapidi iam dudum, & inania tentant
 Nondum sat firmo catuli certamina dente.
 Consumit clypeo tela, & collectus in arma
 Sustinet ingentes crepitantibus ictibus hastas
 Sidonius ductor: nec iam per vulnera credit,
 Aut per tot cedes actum satis, iraq; anbelat,
 Ni setho det cuncta virum, iungatq; parenti
 Corpora, & excidat miseros cum stirpe penates.
 Tunc Abarim affatur, nanq; vna hic armiger ira

Aquila, Iouis ales dicitur, ob id potissimum, quod sola contra orientis solis radios immota acie oculorum tenere possit, sic quoque generosos patris probet. Increpat Hannibal senem, quod iam senio confectus filios instruere tentat eumque hasta propria imbelli ictu missa transfigit. Comparatio.

SILITAL.

Flāmabat martem, atq; omneis comes ibat in actus.
 Suppedita mihi tela, vadis liuentis Auerni
 Demitti globus ille cupit, qui nostra laceffit
 Tegmina, iam stultæ fructus pietatis habebit.
 Hæc fatus, iaculo Lucam, qui maximus eni
 Transadigit, pressa iuuenis cum cuspidē labens
 Arma super fratrum resupino concidit ore.
 Mortiferum inde manu properantem vellere ferrū
 Pilo Volsonem (nanq; hoc de strage iacentum
 Fors dabat) affixa sternit per tegmina nare.
 Tum Vesulum calido lapsantem in sanguine fratrum
 Ense metit rapido, plenāq; (heu barbara virtus)
 Abscisi galeam capitis, ceu missile telum
 Conuersis in terga iacit. Telesinus ad ossa
 Illiso saxo, quā spina interstruit artus,
 Occumbit, fratrisq; videt labentia membra
 Quercentis, quem fundā procul per inane voluta
 Sopierat, dum supremam Telesinus in auras
 Exhalat lucem, & dubitantia lumina condit.
 At fæssus mærore simul cursūq; metūq;
 Et tamen haud iræ vacuus, non certa per equor
 Interdum insistens Perusinus membra ferebat,
 Hunc sude, quam Libyci raptam per terga iacentis
 Armiger obtulerat monstri, super inguina fixum
 O btruncat, quercūq; premit violentus obusta.
 Tentarat precibus senum lenire furorem,
 Sed stygius primos implenit fernor hiatus
 Et pulmone tenus depressit anhelitus ignem.
 Tandem cum toto cecidit grege, nomen in Vmbro

stygius fer
 nor, hasta
 obusta est.

Clarum Christa diu populo, cen fulmine celsa
 Et scelus, aut proavis ab origine cognita quercus
 Cum fumat percussa Ioui, sacrosq; per ænum
 Etethereo ramos populantur sulfure flammæ,
 Donec victa deo late procumbit, & omnem
 Collabens operit spatioso stipite prolem.
 Atq; ea dum iuxta Tyrius stagna Aufida ductor
 Mollitur, Paulus numerosa cæde futuram
 Ultus iam mortem, cen victor bella gerebat.
 Inter mille viros iacet ingens Phorcus, ab antris
 Herculeæ calpes, calatus Gorgone parmam,
 Unde genus tristisq; deæ manabat origo.
 Hunc obiectantem sese, atq; antiqua tumentem
 Nomina, saxifica monstrosa ex stirpe Medusæ.
 Dum lenum petit incumbens violentius inguen
 Detrahit excelsi correptum vertice coni,
 Afflictumq; premens, tergo quâ balteus imo
 Simatur, coxâq; sedet munimen utraq;
 Coniecto fodit ense, supernomit ille calentem
 Sanguinis effundens per hiantia viscera rivum,
 Et subit Etolos atlanticus accola campos.
 Has inter strages rapido terrore coorti
 Invadunt terga, atq; auerso turbine miscent
 Bella inopina viri, Tyrius quos fallere doctos
 Hanc ipsam pugnae rector formarat ad artem,
 Succinctiq; dolis, fugerent cen punica castra,
 Dederant dextras. tum totis mentibus ætiam
 In cedes aciem, ponè atq; in terga ruentes
 Precipitant, non hasta viro, non deficit ensis,
 q. iij.

Elegans cō-
 paratio.
 Sicut enim
 quercus icta
 fulmine ca-
 dēs suā so-
 bolem pro-
 terit, ita
 Christa fili-
 os in disci-
 mēdeduxit.

Phorcū hūc
 Maurum à
 Medusa se
 origine ha-
 bere iactā-
 tē, Paulus p
 conū galææ
 cepit, terre
 que illi sum
 premēs, iter
 balteum &
 coxā gladio
 perfodit. Sic
 Phorcus
 Maurus in
 Aetolis ceci-
 dit campis.
 Horū Lini⁹
 quingentos
 ferè fuisse dī
 cit. Hi à Pœ-
 no edocti,
 cum specie
 trāsfugarū
 ab suis ade-
 quitassent,
 & proiectis
 armis i me-
 diā Roma-

S I L I T A L.

norū acie ac
 cepti, atque
 à tergo cō-
 fidere inssi
 essēt, postq̄
 omnium ani-
 mos intētos
 in praelium
 viderūt, ar-
 reptis iter
 caesurū acer
 uos clypeis,
 Roma. à ter-
 go sūt ador-
 ti. stragem-
 que dederūt
 ingentem.
 Enyo à Grae-
 cis Bellona
 dicitur, quae
 belli dea est.

E strage est ferrum, atqz auulsa cadauere tela.
 Raptum Galba procul (neqz enim virtutis amore
 A duersa exemisse valent) vt vidit ab hoste
 A usferri signum, connixus corpore toto
 Victorem assequitur, lethaliqz occupat ictu.
 Ac dum comprehensam caeso de corpore praedans
 Anellit, tardeqz manus moribunda remittit,
 Transfixus gladio propere occurrentis Amorgi
 Occidit, immoriens magnis non prosper in ausis.
 Hæc inter veluti nondum satiaisset Enyo
 Iras sæua truces, sublatum puluere campum
 Vulturinus rotat, & candentes torquet arenas,
 Iamqz reluctantes stridens immane procella
 Per longum tulit ad campi suprema, cauisqz
 Afflictos ripis, tumidum demersit in amnem.
 Hic tibi finis erat, metas hic Aufidus cui
 Seruabat tacito non felix Curio letho.
 Nanqz furens animi dum consternata moratur
 Agmina, & oppositu membrorum sistere certat,
 In præceptis magna propulsus mole ruentum
 Turbatus hauritur aquis, fundiqz volutus
 Adriaca iacuit sine nomine mortis arena.
 Ingens ferre mala, & fortunæ subdere colla
 Nescius, aduersa fronte incurrebat in arma
 Vincentum Consul, pereundi Martius ardor,
 Atqz animos iam sola dabat fiducia mortis.
 Quum Viriatus agens telis regnator Iberæ
 Magnanimus terræ, iuxta atqz ante ora furentis
 Obtruncat Pauli, fessum certaminis hostem.

Curio dum
 turbatā vē-
 to aciem, ne
 præceptis in-
 flunū ruat
 retinere co-
 nat, vi at-
 que tumultu
 consternato
 rū in aquas
 deijctur.

Viriatū lau-
 dat, ne ab-
 ibecilli ser-
 uilius videa

Hec dolor, heu lachrymæ, Seruilis optima belli
 Post Paulum, belli pars optima corruit ictu
 Barbarico, magnamq; cadens letho addidit vno
 Inuidiam Cannis: tristem non pertulit iram
 Consul, & insani quanquam contraria venti
 Exarmat vis, atq; obtendit puluere lucem,
 Squalentem rumpens ingestæ toruus arena
 Ingreditur nimbum, ac ritu iam moris Iberi
 Carmina pulsata fundentem barbara cetra
 Inuadit, læuq; fodit vitalia mamma.
 Hic fuit extremus cædum labor, addere bello
 Haud ultra licuit dextram, nec tanta relictum
 Vti Roma tibi posthac ad prælia Paulo.
 Saxum ingens vasto libratum pondere, cæca
 Venit in ora manu, & perfractæ cassidis æra
 Ossibus infodiens compleuit sanguine vultus.
 Inde pedem referens labentia membra propinquo
 Imposuit scopulo, atq; vndanti puluere anhelans
 Sedit terribilis clypeum super, ore cruento:
 Immanis cen depulsis senioribus hastis
 Accipit leo cum tandem per pectora ferrum,
 Stat teli patiens media tremebundus arena,
 Ac manante in bis rictuq; & naribus vnda
 Sanguinis, interdum languentia murmura torquens,
 Effundit patulo spumantem ex ore cruorem.
 Tum vero incubuit Libyes super ipse citato
 Ductor equo, quæ flatu agit, quæ peruius ensis,
 Quæ sonipes, quæ belligero fera belua dente.
 Obrutus hic telis, ferri per corpora Piso

q. iiii.

Sunt casus.

Viriatum de
 Scruili cæ-
 de exultat
 Et pulsato
 clypeo car-
 mina canē-
 tem, Paulus
 cecidit.
 Paulus sun-
 da (vt Lini
 ait, licet pa-
 etia aliter)
 grauiter
 ictus prælio
 excessit, &
 egra mem-
 bra i pro-
 pinquo saxo
 locauit: leo-
 nis instar,
 qui accepto
 tādē lethali
 vulnere tre-
 mit, frustra
 que rugitū
 attollit.

Piso in me-
dia strage

S I L I T A L .

Semimortu⁹ R e c t o r e m v t v i d i t L i b y æ , c o n n i x u s i n h a s t a m
 cū Hāniba- I l i a c o r n i p e d i s s u b r e c t a c u s p i d e t r a n s i t ,
 lē Romanos p e r s e q u e t e C o l l a p s o q z s u p e r n e q u i c q u a m i n c u m b e r e c æ p t a t .
 p e r s e q u e t e C o l l a p s o q z s u p e r n e q u i c q u a m i n c u m b e r e c æ p t a t .
 cōspexisset, C u i P æ n u s p r o p e r e c o l l e c t o c o r p o r e , q u a n q u a m
 s u b n i x u s h a C e r n u u s i n f l e x o s o n i p e s e f f u d e r a t a r m o ,
 s t a e i ⁹ e q u ū V m b r æ n e A u s o n i æ r e d i u i n a i n b e l l a r e t r a c t a n t
 c u s p i d e t r a s P o s t o b i t u m d e x t r a s n e c i n i p s a m o r t e q u i e s c u n t ?
 u e r b e r a t : S i c a i t , a t q z a g r u m c æ p t a n t i a t t o l l e r e c o r p u s
 q u e Hāni- A r d u u s i n s u r g e n s t o t u m p e r m i s c u i t e n s e m .
 b a l , a d m i E c c e c y d o n e a v i o l a t u s a r u n d i n e p l a n t a m
 r a s i a m o r t u o s e t i a R o m a n o s p u g n ā i n n o u a
 t u o s e t i a R o m a n o s p u g n ā i n n o u a
 m a n o s p u g n ā i n n o u a L e n t u l u s , e f f u s i s c a m p u m l i n q u e b a t h a b e n i s ,
 m a n o s p u g n ā i n n o u a r e , e n s e t r a s C u m v i d e t i n s c o p u l o r o r a n t e m s a x a c r u o r e ,
 m a n o s p u g n ā i n n o u a f o d i t . C u m v i d e t i n s c o p u l o r o r a n t e m s a x a c r u o r e ,
 I e t u l u s s p e T o r n o q z o b t u t u l a b e n t e m i n t a r t a r a P a u l u m ,
 v i c t o r i e a M e n s a b i j t , p u d u i t q z f u g æ , t u m v i s a c r e m a r i
 m i s s a , c ū f u R o m a v i r o , t u n c a d p o r t a s i a m s t a r e c r u e n t u s
 g i e s c o s u l e H a n n i b a l , & t o t i t u m p r i m u m a n t e o r a f u e r e
 c r u o r e o p S o r b e n t e s L a t i u m c a m p i , q u i d d e i n d e r e l i c t u m e s t
 p l e t ū , i n s a C r a s t i n a c u r T y r i o s l u x n o n d e d u c a t a d u r b e m ?
 x o s e d e t e m D e s e r i s i n t a n t i s p u p p i m s i c P a u l e p r o c e l l i s ?
 v i d i s s e t , c o n C r a s t i n a c u r T y r i o s l u x n o n d e d u c a t a d u r b e m ?
 s t e r n a t ⁹ m e D e s e r i s i n t a n t i s p u p p i m s i c P a u l e p r o c e l l i s ?
 t e , & d e p a T e s t o r c æ l i c o l a s , i n q u i t , n i d a m n a g u b e r n a s
 t r i a d e s p e C r u d e l i s b e l l i , v i n i s q z i n t u r b i n e t a n t o
 r a s n i C o n I n n i t u s , p l u s P a u l e (d o l o r v e r b a a s p e r a d i c t a t)
 s u l s e r u e t u r P l u s V a r r o n e n o c e s . c a p e q u æ s o h u n c v n i c e r e r u m
 a i t : L . A e m i l i c a p e h u n c P l u s V a r r o n e n o c e s . c a p e q u æ s o h u n c v n i c e r e r u m
 l i c a p e h u n c e q u ū d ū t i b i v i r ū a l i F e s s a r u m , c a p e c o r n i p e d e m , l a n g u e n t i a m e m b r a
 e q u ū d ū t i b i v i r ū a l i q u i d e s t , e g o I p s e l e n a b o h u m e r i s , & d o r s o t u t a l o c a b o .
 q u i d e s t , e g o I p s e l e n a b o h u m e r i s , & d o r s o t u t a l o c a b o .
 c o m e s t e t o l H æ c i n t e r , s a c e r o m a n a n t e m e x o r e c r u o r e m
 l e r e p o s s ū a c E i e c t a n s c o n s u l , m a c t e ò v i r t u t e p a t e r n a ,
 p r o t e g e r e . N e c v e r o s p e s a n g u s t æ , c u m t a l i a r e s t e n t
 v e r b a P a u l i L e t u l u m P e c t o r a R o m u l e o r e g n o , c a l c a r i b u s a u f e r
 m o n e t i s , v t

Quā vulnus permittit equum, atq; hinc ocyus vrbis
 Claudantur portæ, ruet hæc ad mœnia pestis.
 Dic oro, rerum Fabio tardantur habena,
 Nostris pugnavit monitis furor, amplius acta
 Quid superest vita, nisi cæcæ ostendere plebi
 Paulum scire mori? ferar an consumptus eidem
 Vulneribus? quātive emptū velit Hannibal, vt nos
 Vertentes terga aspiciat? nec talia Paulo
 Pectora, nec manes tam parua intramus imago.
 Ille ego, sed vario quid enim te demoror ager
 Lentule conquestu? perge atq; hinc cuspide fessum
 Eripe quadrupedem propere. tum Lentulus urbem
 Magna ferens mandata petit: nec Paulus inultum
 Quod superest de luce sinit, cen vulnere tigris
 Lethifero cedens tandem, proiectaq; corpus
 Luctatur morti, & languentem pandit hiatum
 In vanos morsus, nec sufficientibus ira
 Etibus, extrema lambit venabula lingua.
 Iamq; coruscanti telum, propiusq; ferenti
 Gressum exultantem, & securo cædis Ilerthe
 Non expectatum surgens defixerat ense,
 Sidoniumq; ducem circumspectabat, in illa
 Exoptans animam certantem ponere dextra.
 Sed vicere virum coeuntibus vndiq; telis
 Et Nomas, & Garamas, & Celte, & Maurus, & Astur.
 Hic finis Paulo. iacet altum pectus, & ingens
 Dextra, quem (soli si bella agitanda darentur)
 & quares forsan Fabio, mors additur vrbi
 Pulchra decus, misitq; viri inter sidera nomen.

se, quatenus
 per vulnus
 licet, è ma-
 nibus hostiū
 eripiat: pe-
 tētisq; quā
 do hostē vis-
 ctorem ad
 mœnia ruis-
 turum con-
 fidebat, vt
 nuntiet con-
 tra irruens
 tem hostem
 urbem gra-
 muniant.

Ille ego, in-
 tellige, Pau-
 lus sum, qui
 in senatu sū
 professus, si
 fortuna ad-
 uerfetur,
 Romā me
 amplius nō
 visurum.

Paulus è sa-
 xo surgens,
 Ilerthe qui
 eum semio
 mortuū pu-
 tabat, nō ex-
 pectatū telū
 infixit.

SIL. ITAL.

*Cædis varie
tatem ante
oculos ponit* Postquam spes Italum, mentesq; in Consule lapsæ,
 Ceu truncus capitis, seuis exercitus armis
 S ternitur, & victrix toto furit Africa campo.
 Hic Picentum acies, hic Vmber martius, illic
 Sicana procumbit pubes, hic Hernica turma.
 P assim signa iacent, quæ Samnis belliger, & quæ
 S arrastes populi, Marsæq; tulere cohortes.
 T ransfixos clypeos, galeæq; & inutile ferrum
 F ractaq; conflictu parmarum tegmina, & ore
 C ornipedum direpta fero spumantia frena,
*Aufidæ rei
uentem ca-
lauera,
naufragio
oia dissipan-
ti cõparat.
Denictis in
acie Roma-
nis & desti-
nante Han-
nibale poste-
ro die exer-
citũ ad Vr-
bẽ moyere,
fingit poeta
Somnu à Iu-
none mitti,
vt visis de-
berreatur
ne obsistẽti-
bus fatis Ro-
mã, vbi im-
periũ futu-
rũ sciebat,
petere i ani-
mum indus-
tri.* S anguineus tumidis in campos Aufidus vudis
 E iectat, redditq; furens sua corpora ripis.
 S ic Lagæa ratis, vasto velut insula ponto
 C onspecta illisit scopulis, vbi nubifer Eurus
 N aufragiũ spargens operit freta, iamq; per vndas
 E t transtra, & mali, lacerôq; aplustria velo,
 A c miseri fluitant renouentes equora nante.
 A t Pænus per longa diem certamina seuis
 C ædibus emensus, postquam eripuerit furori
 I nsignem tenebræ lucem, tum deniq; martem
 D imisit, tandemq; suis in cæde pepercit.
 S ed mens innigilat curis, noctisq; quietem
 F erre nequit, stimulat dona inter tanta deorum.
 H ortatur nondum portas intrasse Quirini.
 P roxima lux placet, hinc strictos ferre ocyus enses
 D um fernet cruor, & perfusa cæde cohortes,
 D estinat, ac iam claustra manu, iam mœnia flamma
 O ccupat, & iungit Tarpeia incendia Cannis.
 Q uo turbata viri coniux Saturnia cæpto

Parum p̄ Ionis, Latiiq̄ haud nescia fati,
 Incantum ardorem, atq̄ avidas ad futile votum
 Spes iuuenis frenare parat, ciet inde quietis
 Regnantem tenebris Somnum, quo sepe ministro
 Edomita inuicti componit lumina fratris.
 Atq̄ huic arridens, non te maioribus, inquit,
 Ansis sine voco, nec posco vt mollibus alis
 Des victum mihi Somne Iouem, non mille premendi
 Sunt oculi tibi, nec spernens tua numina custos
 In hac multa superandus nocte iuuenca.
 Ductori precor immittas noua somnia Pæno,
 Ne Romam, & vetitos cupiat nunc visere muros,
 Quos intrare dabit nunquam regnator olympi.
 Imperium celer exequitur, curuq̄ volucris
 Per tenebras portat medicata pauuera cornu.
 Ast ubi per tacitum allapsus, tentoria prima
 Barcei petijt iuuenis, quatit inde soporas
 Deuexo capiti pennas, oculisq̄ quietem
 Irrorat, tangens Lethæa tempora virga.
 Exercent rabidam truculenta insomnia mentem.
 Lâmp̄ videbatur multo sibi milite Tybrim
 Cingere, & insultans astare ad mœnia Romæ.
 Ipse refulgebat Tarpeie culmine rupis
 Et lata torquens flagrantia fulmina dextra
 Iuppiter, & lati fumabant sulfure campi,
 Ac gelidis Anio trepidabat cœnulus undis,
 Et densi ante oculos, iterumq̄ iterumq̄ (tremêdum)
 Vibrabant ignes, tunc vox effusa per auras:
 Sat magna o iuuenis prensa est tibi gloria Cannis,

Pingunt poe-
 te sônu cor-
 nu gestare,
 quod sônia
 tanq̄ p̄ cor-
 nu translu-
 cidu cōspici-
 untur.

Apud Anie-
 nem fluiu-
 castramet-
 tus est Has-
 nibal.

SIL. ITAL.

Maiores, P cene magis dabitur, nostrum quàm scindere muris
 quoniam su A ttonitum visis, maiorâq; bella pauentem
 perum. P ost confecta sopor Iunonia iussa reliquit,
 Magoni de N ec lux terribili purgavit imagine mentem.
 dita hostiū Quos inter motus somni, variosq; tumultus
 castra nuns tiati, & qn D edita per noctem reliquo cum milite castra
 to die, si p N untiat, & prædam pleno trahit agmine Mago.
 seueret, i Ca H uic ductor letas Tarpeio in vertice mensas
 pitolio epu las spon spondenti, cum quinta diem nox orbe tulisset
 dent, Han ni. somnium celatis superum monitis, clausoq; pauore,
 relâs respō U ulnera, & exhaustas sæuo certamine vires,
 det, milites A c nimium letis excusat fidere rebus.
 reficiendos T um spe deiectus inuenis, ceu vertere ab ipsis
 & nō nimi T erga inberetur muris, ac signa referre,
 um letis fi T anta mole, inquit, non Roma (vt credidit) ipsa,
 dēdum esse. S ed Varro est victus: quo nam tam prospera martis
 Quem Ma M unera destituis fato? patriamq; moraris?
 go increpat, M ecum exultet eques, inro hoc caput, accipe muros
 quod tā fau I liacos, portâsq; tibi sine Marte patentes.
 sto tēpe ad D umq; ea Mago fremit cauto non credita fratri,
 urbē nō tē dat, patrio I am Latius sese Canusina in mœnia miles
 amque iam propè ipe Colligere, & profugos vicino cingere vallo
 rio cōpato C æperat: heu rebus facies inhonora sinistris.
 fraudet. N on aquilæ, non signa viris, non Consul's altum
 Romanorū Imperium, non subnixæ lictore secures,
 turpē i su T runca, atq; ægra metu, ceu magna elisa ruina
 ga habitū C orpora debilibus nituntur sistere membris.
 & luctū de q; modo iā Clamor sæpe repens, & sæpe silentia fixis
 scribit, quō recepti hostes pido sint eo
 Canusū re nati.

In tellurem oculis, nuda plerisque sinistra
 Detrito clypeo, desunt pugnacibus enses.
 Saucius omnis eques, galeis carpsere superbum
 Cristarum decus, & damnarunt martis honores.
 At multa thorax perfossus cuspide, & hærens
 Lorica, interdum maurusia pendet arundo.
 Interdum mæsto socios clamore requirunt.
 Hic Galba, hic Piso, & letho non dignus inertì
 Curio defletur, grauis illic Scænola bello:
 Hos passim, at Pauli pariter, ceu dira parentis
 Fata gemunt, vt vera mali presentia nunquam
 Cessarit canere, & Varronis sistere mentem.
 Atq; diem hunc quoties nequicquam auerterit vrbi,
 Atq; idem quantus dextra: sed cura futuri
 Quos premit, aut fossas instant producere muris,
 Aut portarum adituq; (vt rerum est copia) firmant,
 Quaq; patet campus planis ingressibus hosti,
 Ceruorum ambustis imitantur cornua ramis,
 Et silus oculitur, cæcum in vestigia telum.
 Ecce super clades, & non medicabile vulnus,
 Reliquias belli, atq; imperdita corpora Pænis,
 Impia formido, ac maior iactabat erinnys.
 Trans æquor, tyrios enses, atq; arma parabant
 Punica, & Hannibalem mutato euadere cælo.
 Dux erat exilio collectis Marte Metellus,
 Sed stirpe haud parui cognominis, is noua bello
 Pectora, degeneremq; manum, ad deformia agebat
 Consulta, atq; alio positas spectabat in orbe
 Quis sese occulerent terras, quo nomina nulla

silus telum
 aduncis est
 ad similitu
 dinem repã
 di nast.
 Consultanti
 bus Canusij
 de rerum
 summa alio
 quot nobili
 bus adolescẽ
 tibus, nũtia
 tur Metelli
 cum nõnul
 lis inire cõ-

S I L. I T A L.

filii, ut de-
serta Italia
trans mare
ad regū ali-
quē trāsfu-
giant. Quo
audito, Sci-
pio cū pau-
cis armatis
in hospitium
Metelli irru-
pit, ibi sup-
consultatū
iuvenū capi-
ta stricte en-
securo, in-
quit, ut ego
tempu. non
deserā, neq;
aliū ciuē ro-
manū dese-
rere patiar:
idē Metelle
iures expos-
tulo, ceteri
q; q. adestis.
qui nō iura-
uerit, in se
hunc gladi-
um stricte
esse sciat. his
territi mi-
nis, omnes
iurant.

Pœnorum, aut patriæ penetraret fama relicte.
 Quæ postquam accepit flammata Scipio mente,
 Quantus Sidonium contra fera prælia miscens
 Ductorem stetit in campis rapit ocyus ense,
 Atq; ubi turpe malum, Latiorq; extrema coquebant
 Cæpta viri, ruptis foribus sese arduus infert:
 Tum quatiens stricte cum voce ante ora pauentium
 Mæcronem, Tarpeia pater, qui templa secundam
 Incolis à cælo sedem, & Saturnia nondum
 Iliacis mutata malis, tuq; aspera pectus
 & gide gorgoneos virgo succincta furores,
 Indigetq; dei, sponte inter numina nostra,
 Pèr q; caput nullo leuius mihi numine patris
 Magnanimi iuro, nunquam Launia regna
 Linqvam, nec linqvi patiar, dum vita manebit.
 Ocyus en testare deos, si mœnia tedis
 Flagrabunt libycis, nullas te ferre Metelle
 Ausurum in terras gressus: ni talia sancis,
 Quem tremis, & cuius somnos formidine rumpis,
 Hannibal hic armatus adest, moriere, nec vlllo
 Pœnorum melior parietur gloria cæso.
 His excussa incepta minis, iamq; ordine iusso
 Obstringunt animas patriæ, dictatq; iurant
 Sacramenta deis, & purgant pectora culpa.
 Atq; ea dum Rutulis turbata mente geruntur,
 Lustrabat campos, & sæuæ tristia dextre
 Facta recensebat pertractans vulnera visu
 Hannibal, & magna circumstipante caterua
 Dulcia præbebat trucibus spectacula Pœnis,

Quas inter strages confossus pectora telis,
 Seminecem extremo vitam exhalarat in auras
 Annere deficiens iam Clælius, oraq; nisu
 Languida vix agro, & dubia cernice lenabat.
 Agnoui sonipes, arrectisq; auribus acrem
 Hinnitum effundens, sternit tellure Vagesum,
 Quem tunc captiuo portabat in agmina dorso.
 Hinc rapidum glomerans cursum, per lubrica pinguis
 Stante cruore soli, & mutata cadavera cæde
 Evolat, ac domini consistit in ora iacentis.
 Inde inclinatus collum, submissus & armos
 De more, inflexis præbebat scandere terga
 Cruribus, ac proprio quodam trepidabat amore.
 Milite non illo quisquam felicius acri
 Insultarat equo, vel si resupina citato
 Proiectus dorso ferret cum membra, vel idem
 Si nudo staret tergo, cum rapta volucris
 Transigeret cursu sonipes certamina campi.
 At Libys humanos æquantem pectore sensus
 Haud parce miratus equum, qui nam ille sinistra
 Depugnet morti inuenis, noménq; decúsq;
 Erogitat, lethiq; simul compendia donat.
 Hinc Cynna (ad Tyrios nãq; is sua verterat arma)
 Credulus aduersi, qui tum comes ibat onanti,
 Auribus huic, inquit, ductor fortissime origo est
 Non indigna tuis, quondam sub regibus olim
 Que libycos renuit frenos, sub regibus olim
 Roma fuit, sed enim solium indignata superbi
 Ut sceptrâ exegit, confestim ingentia bella

Equus Clæ-
 lii iam semi
 mortui, do-
 minu pro-
 stratu agno-
 scens, excus-
 so in seffora
 Vageso, p
 media cade
 nera accurr-
 rit, & Clæ-
 lios flexis cr-
 uribus terga
 conscendens
 da præbuit.

Equi ingenti
 um admira-
 tus Hanni-
 bal, quis nã
 inuenis sit
 exquirat, es-
 umq; citius
 lethodonari
 iubet. Cui
 Cynna, qui
 aduersis ter-
 ritus ad Hã-
 nibalẽ defes-
 cerat, hic,

SIL. ITAL.

quit, iuueis C lusina venere domo, si Porsena fando
 à clælia pu A uditus tibi, si Cocles, si Lydia castra.
 ella, quæ oli I lle ope mæonia, & populo succinctus hetrusco
 Porcena vr B e propter C ertabat pulsos per bella reponere reges.
 bē exactos rez M ulta adeo nequicquam ausi, pressitq; tyrannus
 te, interrita I aniculum incumbens, ubi mox iam pace probata
 Tybrim tra C ompressere odia, & positum tum fœdere bellum,
 nant, origi O bsidibusq; obstricta fides, mansuescere corda
 nem ducit. N escia (proh superi) & nil non immite parata
 G ens Italum pro laude pati, bis Clælia senos
 N ondum complebat primæni corporis annos,
 U na puellarum Laurentum, & pignora pacis
 I nter virgineas regi transmissa cateruas,
 F acta virum sileo, rege hæc, & fœdere, & annis,
 E t fluvio spretis, mirantem interrita Tybrim
 T ranavit, frangens vndam puerilibus vlnis:
 C ui si mutasset sexum natura, reuerti
 F orsan Tyrrhenas tibi non licuisset in oras
 P orsena, sed iuveni (ne sim tibi longior) huic est
 E t genus, & clara memorandum à virgine nomen.
 T alia dum pandit, vicinus parte sinistra
 P er subitum erumpit clamor, permixta ruina,
 I nter & arma virum, & lacerata cadauera, Pauli
 E ruerant corpus, media de strage iacentum.
 H eu quis erat, quàm non similis modo Punica telis
 A gmina turbanti, vel cum Taulantia regna
 V ertit, & Illyrico sunt addita vincla tyranno.
 P uluere canicies atro, arentiq; cruore
 S qualebat barba, & perfracti turbine dentes

Paulus iter
 pmixta ca-
 dauera de-
 prehensus,
 ab Hâniba-
 le tumuli ho-
 nore decora-
 tus, & cum
 eiusdē mili-
 tum cadaue-
 ribus crema-
 tus est.

M. uralis saxi, tum toto corpore vulnus.
 Quem postquam aspexit geminatus gaudia ductor
 Sidonius, fuge Varro, inquit, fuge Varro superstes,
 Dum iaceat Paulus: patribus Fabidq; sedenti
 Et populo, Consul totas ediffere Cannas.
 Concedam hanc iterum, si lucis tanta cupido est,
 Concedam tibi Varro fugam. at cui fortia, & hoste
 Me digna, haud paruo caluerunt corda vigore,
 Funere supremo, & tumuli decoretur honore.
 Quantus Paule iaces? qui tot mihi millibus vnus
 M. aior letitie causa es: cum fata vocabunt,
 Tale precor nobis salua Carthagine lethum.
 Hæc ait, & socium mandari corpora terra
 Postera cum thalamis aurora rubebit apertis
 Imperat: armorumq; iubet consurgere acervos
 Aturos Gradine tibi. tum munera inssa
 Defessi quanquam accelerant, sparsosq; propinquos
 Agmine prosternunt lucos, sonat acta bipenni
 Frondosis sylua alta ingis, hinc ornus, & alta
 Populus alba comæ validis accisa lacertis
 Scinditur, hinc ilex proavorum condita seclo,
 Deuoluunt quercus, & amantem littora pinum.
 At ferale decus, mæstas ad busta cupressos,
 Funereas tum deinde pyras certamine texunt.
 Officium infelix, & munus inane peremptis.
 Donec anhelantes stagna in Tartessia Phæbus
 Mersit equos, fugiensq; polo Titania cæcam
 Orbita nigranti traxit caligine noctem.
 Post vbi fulserunt primis phaetontia frenas

SIL. ITAL.

Ignibus, atq; sui terris rediere colores,
 Supponunt flammam, & manantia corpora tabo
 Hostili tellure cremant, subit horrida mentem
 Formido incerti casus, tacitusq; pererrat
 Intima corda pavor, si fors ita Martis iniqui
 Mox ferat, ac ipsis inimica sede iacendum.
 Ast tibi bellipotens, sacrum constructus acervo
 Ingenti mons armorum, surgebat ad astra.
 Ipse manu celsam pinum, flammâq; comantem
 Attollens ductor, Graduum in vota ciebat,
 Primitias pugnae, & lethi libamina belli
 Hannibal Ausonio cremat hæc de nomine victor,
 Et tibi Mars genitor votorum haud surde meorum
 Arma electa dicat, spirantum turba virorum.
 Tum face coniecta populatur feruidus ignis
 Flagrantem molem, & rupta caligine in auras
 Actus apex, claro perfundit lumine campos.
 Hinc citus ad tumultum, donatâq; funera Paulo
 Ibat, & hostilis lethi iactabat honorem,
 Sublimem eduxere pyram, mollesq; virenti
 Stramine composuere toros, superaddita dona
 Funerem decus expertis, inuisus & ensis,
 Et clypeus, terrorq; modo, atq; insigne superbum,
 Tum lateri fasces, captâq; in Marte secures.
 Non coniux, native aderat, nõ iuncta propinquo
 Sanguine turba virum, aut celsis de more feretris
 Præcedens prisca exequias decorabat imago.
 Omnibus exequijs nudo, iamq; Hannibal vnus
 Sat decoris laudator erat, fulgentia pingui

Verba Hã-
 nibalis Mar-
 ti cremada
 arma dicant
 tis.

In funere eo
 nim gentili
 tio oia stem-
 mata, &
 maioru ima-
 gines præ-
 ferbantur.

Murice suspirans iniicit velamina, & auro
 Intexam chlamydem, ac supremo affatur honore.
 I decus Ausoniae, quò fas est ire superbas
 Virtute & factis animas, tibi gloria letho
 Lam parta insigni, nostros fortuna labores
 Versat adhuc, casusq; iubet nescire futuros.
 Hac Libys, atq; repens crepitatibus undiq; flammis
 & thereas anima exultans euasit in auras.
 Fama dehinc gliscente sono iam sidera adibat,
 Lam maria ac terras, primamq; intrauerat urbem.
 Diffidunt muris, solam pauitantibus arcem
 Sperauisse sat est. nec enim superesse inuentam,
 Ac stare Ausoniam, vacuum sine corpore nomen.
 Quòdq; adeo nondum portis irruerit hostis
 Contemptu cessare putant, iam tecta cremari,
 Ac delubra rapi, cedesq; ante ora nefande
 Natorum, septemq; arces fumare videntur.
 Lux vna euerfas bis centum instare curules,
 Ac inuenum bis tricenis orbata gemebat
 Millibus exhaustæ nutantia mœnia Romæ,
 Atq; ea post Trebiã, post Thusci stagna profundi,
 Nec socium numero pariter leniore perempto.
 Hac inter sed enim reliqui pia turba senatus
 Munera sortito inuadunt, celer omnia lustrans
 Clamitat attonitus Fabius, non vlla relicta
 Credite cunctandi ratio, appropereamus, vt hostis
 Nequicquam armatos ansit succedere muros.
 Dura inter panidos alitur fortuna sedendo,
 Et gliscunt aduersa metu, ite ite ocyus, arma

Oibus Pau-
 li cognatis
 absentibus,
 solus Han-
 nibal virtu-
 tis eius lau-
 dator exis-
 sit. Et est
 maior Pau-
 li laus, q. ab
 hoste eo ho-
 nore digno
 habitus est,
 q. si a co-
 gnatis exhi-
 bito fuisset.
 Fama cla-
 dis, re ipsa
 maiore, Ro-
 mæ perlata
 tatus subito
 exortus est
 timor, vt ne
 vrbi qdē sa-
 tis fideret,
 & tanquã
 obuersantē
 in cede ho-
 stem coram
 cerneret, ex-
 pauesceret.
 In tanta
 tius vrbis
 turbatione,
 senatus qui
 cladi super-
 fuerat, pfor-
 tes custodiē
 de vrbis of-
 ficia accipie-
 unt, & tre-

S I L I T A L.

pidantium
 animos con-
 fortant,
 Diripite ò pubes templis, vos atria raptim
 Nudate, & clypeos in bella refigite captos.
 Sat patriæ sumus è numero, si ad prælia noster
 Nil minuit pavor: in patulis illa horrida campis
 Sit metuenda lues, myros haud fregerit vnquam
 Exultare,
 non mœnia
 expugnare.
 Exultare lenis nudato corpore Maurus.
 Dum Fabius lapsas acuit formidine mentes,
 Varronem aduentare vagus per mœnia rumor
 Spargit, & occulto perfundit pectora motu:
 Haud secus, ac fractæ rector si forte carinæ
 Littoribus solus vacuis, ex æquore sospes
 Adnatet, incerti trepidant, tendantne, negentve
 Iactato dextras, ipsamq; odere salutem
 Vnius amissa superantis puppe magistri.
 Quam restare viro labem, qui accedere portis
 Audeat, ac dirum veniat pavitantibus omen.
 Hos mulcens questus Fabius, deforme docebat
 Cladibus irasci, vulgumq; arcebat ab ira.
 Aduersis etenim frangi non esse virorum,
 Qui Martem inscribant genti, non posse dolores
 Condere, & ex pœna solatia poscere luctus.
 Si vero exprobrare sinant, sibi tristius illum
 Illuxisse diem, quo castris viderit ire
 Varronem, quàm quo videat remeare sine armis.
 His dictis sedere mine, & conuersa repente
 Pectora, nunc fati miseret, nunc gaudia pœno
 Consulibus reputant cæsis erepta duobus.
 Ergo omne effundit longo iam se agmine vulgus
 Gratantum, magnaq; actum se credere mente

Consuli ex
 tanta cæde,
 cui ipse ma

Testantur, quod fisis anis, sceptrisq; superbis
 Laomedontiadum non desperauerit vrbi.
 Nec minus infelix culpa, grandiq; pudore
 Turbatus Consul, titubantem ad mœnia gressum
 Portabat lachrymans: deiectum attollere vultum,
 Ac patriam aspicere, & luctus renocare pigebat.
 Quod vero reduci, tum se populisq; patresq;
 Offerrent, non gratari, sed poscere natos
 Quisq; suos, fratresq; simul, miser. & q; parentes
 Ire videbantur, laceranda ad Consulis ora.
 Sic igitur muto lictore innectus in urbem,
 Damnatum superis aspernabatur honorem.
 At patres, Fabiusq; simul mœrore remoto,
 Precipitant curas, raptim & delecta inuenta,
 Seruitia armantur, nec claudit castra salutem
 Postpositus pudor. infixum est Æneia regna
 Parcarum in leges quacunq; reducere dextra:
 Proq; arce, & sceptris, & libertatis honore,
 Vel famulas armare manus: primæna suorum
 Corpora prætexto spoliant velamine, & armis
 Insolitis cingunt puerilis casside vultus
 Clauditur, atq; hostis pubescere cæde iubetur.
 Iidem obsecrantes, captiuum vulgus vt auro
 Pensarent paruo, nec pauca fuere precantum
 Millia, miranti durarunt prodere Pæno.
 Cuncta adeo scelera, & noxam superauerat omnem
 Armatum potuisse capi. tunc terga dedisse
 Damnatæ, siculas longe meritare per oras
 Impositum, donec Latio decederet hostis.

r. iij.

nima causa
 fuerat, rede
 anti, ab oib;
 bus ordini-
 bus obuiam
 itū, & gra-
 tiæ actæ q;
 de rep. non
 desperasset:
 qui (vt Li-
 nius ait) sē
 Carthagi-
 nēsum du-
 ktor fuisse,
 nihil recusa-
 dū supplicij
 foret.

Ab anis enī
 xvij, &
 quosdā præ-
 textatos ar-
 mauerunt,
 nec puduit
 salutis tuē-
 de causa es-
 tiam ser-
 uos publice
 emptos ad
 arma con-
 scribere.
 Qui è cæde
 in castra cō-
 fugerant,
 Hānibaliar-
 mis traditis
 se dediderāt,
 hos, cū
 vt redimerē-
 tur peterēt,
 repulit sena-
 tus.

SILITAL.

Post te, in-
tellige Car-
thaginem
energam.

Hæc tunc Roma fuit, post te, cui vertere mores
Si stabat fatis, potius Carthago maneres.

HERMANNI BVSCHII PASIPHIA
li argumentum in Librum Vndecimum.

æ Cæpta ad Cannas ferali clade cruentas,
Mox sequitur populi defectio fœda Latini
Ad Tyrij tam fausta ducis, memorandæq; castra
At Capua in primis, rebus sufflata secundis
Ausa fuit partem summi sibi poscere iuris.
Et reiecta suas Victori pandere portas,
Inuito, & frustra Decio prohibente furorem,
Hic cum inter mensas, Campanæq; pocula victor
Desidet, inuisum regem obtruncare parabat
Confidens animi inuenis cœptumq; minaci
Ense patrasset opus, ni se tenuisset euntem
Pactulo genitor. dehinc natus Amilcare fratrem
Mittit vt ad patriæ cupidas hæc nuntiet aures
Pugnatum, & Cannas hostili cæde repletas.

SILII ITALICI PVNICORVM

Liber Vndecimus.

Vnc age, quos clades insignis Iapy-
ge campo

V erterit ad Libyam populos, Sar-
ranâq; castra

Expeditam . stat nulla diu mortali-
bus vsquam

Fortuna titubante fides, adiungere dextras

Certauere palam rumpenti fœdera Pœno,

Heu nimium faciles lesis diffidere rebus.

Senior ante alios iras seruasse repostas,
Atq; odium renouare ferox in tempore Sannis.

Mox leuis & sero pressurus facta pudore

Brutius, ambignis fallax mox Appulus armis.

Tum gens, Hirpini, vana, indocilisq; quietem,

Et rupisse indigna fidem, cen dira per omnes

Manarent populos fœdi contagia morbi.

Iamq; Atella suas, iamq; & Galatia abegit,

Eas superante metu, Pœnorum in castra cohortes.

Inde phalanteo leuitas animosa Tarento

Ausonium laxare ingum. patefecit amicas

Asta Croton portas, Aphrisq; ad barbara iussa

Thespiadum docuit submittere colla nepotes.

Idem etiam Locros habuit furor, ora vadosi

Littoris, Argiuos maior qua Grætia muros

Seruât, & Ionio luitur curuata profundo,

Letas res Libyæ, & fortunam errore sequuta

r. iiii.

Poeta hic
enarrat q
Romanorū
socij, hac ad
uersa pus
gna de im-
perio despe-
rantes, ad
Pœnos dese-
scribit.

Croton est
magna Gra-
tia vrbs in
ædito loco si-
ta, nomē ē
Crotonē las-
trone, quem
Hercules in-
teremit, hō

SILITAL.

bens. quare Iuravit p̄uitans Tyrio sua praelia Marti.
 eos nepotes Iam vero Eridani tumidissimus accola Celta
 Thespiadū, Incubuerē malis iterum, veterisq; doloris
 hoc est, filio Tota se socios properarunt iungere mole.
 rū Herculis Sed fas id Celtis, fas impia bella referre
 appellat. Boiorum fuerit populis, Capuē ne furorem,
 Esto, inquit Quem Senonum genti placuisse? & Dardana ab orthi
 fuerit fas gallis, i quo Mænia, barbarico nondum sociata tyranno,
 rum agros Quis nam mutato tantum nunc tempore credat?
 Romani olli Luxus, & insanis nutrita ignavia lustris,
 colonias de nos: nūquā Consumptusq; pudor peccando, unisq; relictus
 duxerāt, de tamen fas Diuitijs probrosus honor, lacerabat hiantem
 ficere ad nos: furorē Capue placuis- Desidia populum, ac resolutam legibus urbem.
 se: q̄ affini- Insuper exitio truculenta superbia agebat.
 tate quadā Nec vitijs deerant vires, non largior vlli
 Romā cōtis A usoniae populo, sic tum fortuna fouebat
 gebat. A Ca Auriq; argentiq; modus, madefacta veneno
 py enim Ae A ssyrio, manibus vestis, mediōq; dierum
 nea cōmili- Regales epulæ, atq; ortu conuiuia solis
 tone cōditā Deprensa, & nulla macula non illita vita.
 tradunt. Tum populo senū patres, plebesq; senatus
 Māicata ve Inuidia lacera, & collidens dissona corda
 stis, ap̄ an Seditio, sed enim interea temeraria pubes
 tiquos vitio Delicta angebat, pollutior ipsa senectus.
 dabatur. Nec quos vile genus, despectaq; lucis origo
 Gladiato- Fædabat, sperare sibi & deprecere primi
 res mutuis Deerāt imperio, ac patriæ perentis habenas.
 se vulneri- Quin etiam exhilarare viris conuiuia cede
 bus conficiētes cōiuujs Mos olim, & miscere epulis spectacula dira.
 tes cōiuujs adhibebāt.

Certantum ferro sepe, & super ipsa cadentum
 Pocula respersis non parco sanguine mensis.
 Has astu aggressus, quo verteret acrius agras
 Ad Tyrios mentes, quia nulla sorte daturam
 Certus erat Romam. neq; enim impetrata volebat
 Pactusol (fuit haud obscurum crimine nomen)
 Hortatur summi partem deposcere iuris,
 Atq; alternatos sociato consule fasces:
 Et si partita renuant sedisse curuli
 & quatumq; decus, geminasq; videre secures,
 Ulctorem ante oculos, atq; ora astare repulse.
 Ergo electa manus gressu fert dicta citato.
 Antistat cunctis præcellens Virius ore,
 Sed genus obscurum, nulliq; furore secundus.
 Impia dementis vulgi, & vix tota profudit
 Consulta, & tumidis incendit vocibus aures.
 Concordi fremitu rennentum effunditur asper
 Toto è concilio clamor, tum quisq; fatigat
 Increpitans, vocumq; tremit certamine templum.
 Hic Torquatus auum fronte equanisse seuera
 Nobilis, heu Capua portantes talia dicta
 Romuleis durastis, ait, succedere muris?
 Ad quos non ausi Carthago atq; Hannibal, arma
 Post Cannas afferre suas? nunquamne per aures
 It vestras, in Tarpeia cum sede Latini
 O rarent paria, haud verbis, haud voce, sed acri
 Propulsum dextra, qui tum mandata superbo
 Ore asportabat, tanto per limina templi
 Turbine præcipitem reuoluti corporis actum,

Pactusol per
 suasurus Cæ
 panis, vt ab
 Romanis de
 ficeret, hor
 tatur exigē
 dū hoc ini-
 quo tēpora
 vt alter cō-
 sul Cāpan⁹
 fiat si se Ro
 mani iuuari
 velint: id si
 negetur se-
 se cū pænis
 fœdus initu
 ros minetur
 Cuius lega-
 tionis Viri⁹
 executor.

Verba Tor-
 quati Viriū
 qui alterum
 Cōsulē Cam
 panum esse
 petebat, ar-
 guētis. Latī
 norūmq; ex
 emplū obij-
 cit, quorū le
 gatus Annū
 us cū simi-
 lia peteret,
 tātō fuerat

SIL. ITAL.

*Surbie per
gradus de-
surbat⁹, vt
saxo illisus
ipso in loco
expiraret.*

*Fabius com-
motus Cā-
panos tāq̄
per omnia
pudēdos in-
orepat, q. se
Romanis
æquare ausi
fuerant.*

*Marcelli in
dignatio, q.
Varro non
quamprimū
Cāpanos in
digna petē-
tes à tēplo
sumoueat,
ac Romāis
tātū creādi
consulis ius
esse doceat.*

Ut seno afflictus saxo, spectante piaret
 Tristia dicta Ioue, & lueret verba impia letho?
 En ego, progenies eius qui sede tonantis
 Expulit orantem, & nuda capitolia Consul
 Defendit dextra. rapidum hunc, palmisq; virorum
 Intentantem oculis, proauitq; facta parantem,
 Ut vidit maiore adeo crudescere motu,
 Excipit his frendens Fabius, prob cuncta pudendi,
 Sedes ecce vacat belli viduata procella:
 Quem quaeso è vobis huic imposuisse paratis?
 Inq; locum Pauli quem nam datis? an tua Viri
 Prima atq; ante alios sors concedente senatu
 Te citat, ac nostris æquat iam purpura Brutis?
 Idemens, i quò tendis, tibi perfida fasces
 Det Carthago suos. medio feruore loquentis
 Impatiens vltra gemitu cohibere furorem
 Fulminea toruum exclamat Marcellus ab ira.
 Quæ tandem & quàm lenta tenet patientia mentem
 O confuse nimis Gradiui turbine Varro?
 Ut perferre queas furibunda insomnia Consul?
 Nonne exturbatos iam dudum limine templi
 Precipites agis ad portas? & discere cogis
 Semiueros, quòd sit nostro de more creati
 Consulis imperium? non vnquam sobria pubes
 Et peritura breui, moneo, ocyus vrbe faceffe.
 Muros ante tuos (vt par est) debita ductor
 Armatus responsa dabit, consurgere cuncti
 Hinc pariter, magnòq; viros clamore premebant.
 Necnon & foribus propere campana iuuentus

Extulit acta gradum, tantæq; dolore repulsæ
 Concitus Hannibalem voluebat Virius ore.
 Fulvius (huic iam spondebant præfagia mentis
 Venturum decus, & Capuæ pereuntis imago
 Iam tum erat ante oculos) nõ si Carthaginis, inquit,
 Ductorem vestris denictum colla catenis
 Romam victor agas, posthac intrare Quirini
 Sacratas dabitur sedes. tende ocyus oro
 Quo mens ægra vocat. referunt hæc inde citati
 Mixta minis, & torua trucidis responsa Senatus.
 Tantane omnipotens caligine mersa latere
 Fata placet: veniet quondam felicior ætas,
 Cum pia campano gaudebit consule Roma,
 Et per bella diu, fasces, perq; arma, negatos
 Ulro ad magnanimos referat securâ nepotes.
 Pœna superborum tamen hæc durabit anorum,
 Quod non ante suos Capua ad suffragia mittet,
 Quam Carthago suos. postquam nunc dicta senatus,
 Nunc fata exposuit, tum veris falsa per artem
 Virius admiscens, cecinit fatale cruenti
 Turbati signum belli, furiata iuuentus
 Arma Hannibalémq; volunt, ruit vndiq; vulgus,
 Et Pœnos in tecta vocant, ingentia facta
 Sidonij iuuenis celebrant, vt vicerit alpes
 Herculei socius decoris, diuisq; propinquas
 Transierit cursu rupes, vt cæde referta
 Clauserit Eridani victor vada, victor vt idem
 Lydia Romano turbarit stagna cruore,
 Et Trebiæ ripas æterno nomine fame

Tribuit hæc
 verba Ful-
 uio nõ absq;
 ratione: quo-
 niam paulo
 post Consul
 en Claudius
 collega Ca-
 puâ obsedit.

Roma, igt,
 vltro horu,
 nepotibus fa-
 sces offeret,
 quibus tãta
 vi negant:
 sed pœna
 superbae pe-
 titiois hæc
 q; nõ prius
 q̃ Carthago
 idipsu cose-
 quentur.

Celebrata
 Hannibalis
 facta iactas
 Capani in
 Romanoru
 contemptis.

SIL. ITAL.

Tradiderit, Paulumq; idem inter praelia, & idem
 Flamminium proceres rerum, demiserit umbris.
 His super excisam primori Marte Saguntum,
 Et iuga Pyrenes, & Iberum, & sacra parentis,
 Iuratumq; viro bellum puerilibus annis.
 Accumulant, vnum ducibus tot caede peremptis,
 Tot fuis acie, stare inter praelia nullis
 Attactum telis, superum, quum munere detur
 Huic sociare viro dextras, & foedere iungi
 Fastus & exanguis populi, vanumq; tumorem.
 Nimirum Capua & dominatum perferat urbis,
 Cen famulis fasces, equataq; iura negantis.
 Prorsus enim tanto potioem nomine habendum
 Varronem, vt fugiat Consul fulgentior ostro.
 Talia iactantes iam lectam sorte parabant
 Mittere, quae Tyrios adiungat foedere pubem.
 Sed non inuictum ponebat pectore robur
 Tum solum Decius Capuae decus, isq; receptus
 In medios coetus, neq; enim differre dabatur,
 I tis, ait, ciues violanda ad iura parentum,
 Damnatumq; caput temerati foederis aris
 Iungitis hospitio? quae tanta obliuio recti?
 Magnum utiq; in magnis rebus, populisq; virisq;
 Aduersis, seruare fidem. nunc tempus inire
 Praelia pro Rutulis, nuuc signa aciemq; mouere,
 Dum trepide res, & medicinam vulnera poscunt.
 Is locus officio, cum cessant prospere, cumq;
 Dura ad opem fortuna vocat, nam lata fouere
 Haudquaquam magni est animi decus: hic age adeste.

Amilcaris
 iussu, Hanni-
 bal nouem
 natus anos
 contra Roma
 nos bella iu-
 rauit.

Ironia Cam-
 panoru, q.
 d. nos multo
 digniores
 essemus Var-
 rone, qui o-
 stro effulges
 ex acie su-
 git.
 Decius Ma-
 gius qui so-
 lus cu Ro-
 manis istu
 foedus non
 violadu esse
 bat, suos
 Hannibale
 accersitum
 eures, i Ro-
 manoru fi-
 de retinere
 conatur eos
 & officij &
 beneficioru

Noni dijs animas similes, & pectora magnis
 Nunquam angusta malis, capiunt (mibi credite) Cane,
 Et Tbrasimena vada, & Pauli memorabile lethum.

admonens.

Hi sunt qui vestris infixum mœnibus hostem
 Deiecere manu, & Capuam eripuerè superbis
 Samnitum iussis: hi sunt qui iura dedere

Romanorū
 in Cāpanos
 beneficia.

Terrore expulso, Sidicināq; bella remorunt,
 Quos fugitis socios odijs? quosve additis? ille

Redarguit
 Magius Cā
 panos, q. à
 pijs genero-
 sisq; Roma-
 nis ad im-
 pios & fœ-
 disragos Pœ-
 nos defece-
 rint.

Dardanius, cui sacra pater, cui nomina liquit
 A Ioue ducta Capys, magno cognatus Iulo:

Ille ego semihomines inter Nasamonas, & inter
 Scum, atq; equantum rictum Garamanta ferarum,
 Marmarico ponam tentoria mixtus alumno?

Ductorēq; feram, cui nunc pro fœdere, proq;
 Iustitia est ensis, solēq; è sanguine laudes?

Non ita, non Decio permixtum fās q; nefās q;
 Nec vt velle queat, nullo vos inuida tanto
 Armauit natura bono, quàm ianua mortis.

(Quod patet) è vita non equa, exire potestas.
 Nec vana auersas Decius iactauit ad aures.

Ast delecta manus iungebat fœdera Pœno.
 Iamq; aderat præmissa duci turbante tumultu

Autololes numerosa cohors, ipse agmine magno
 Festinata citus per campos signa mouebat.

Et Decius, nunc hora viri, nunc tempus, adeste
 Dum Capua dignum, dum me duce dextera vindex

Molitur facinus, procumbat barbarā pubes,
 Pro se quisq; alacres rapite hoc decus, hostis adire

Si parat, obstructas præbete cadauere portas,

Accitus Hæ
 nibal Capu-
 am, præsi-
 di-
 um præmi-
 sit, quod De-
 cius, si se Ro-
 manis pur-
 gatos velit
 iterum hor-
 tatur.

S I L. I T A L.

Et ferro purgate nefas: hic deniqz solus
 Eluerit sanguis maculatas crimine mentes.
 Dúm qz ea nequicquam, non vlli leta profatur
 Audita asperitate viri, cœptoz feroci,
 Multa foeta gerens ira præcordia Pœnus
 Astabat muris, propereqz accersere lectos
 Immitem castris Decium iubet: horrida virtusz
 Armatumqz fide pectus, relictuz cupido
 Et maior Capua mens, imperterrita mole!
 Inniecta stabat, toruoz minantia vultu
 Iussa ducis, verbisqz etiam incessabat amaris.
 Quem Libyæ rector tot signa tot arma ferentis
 Spernentem increpitans, magno clamore profatur
 Post Paulum, post Flamminium cõponimur, heu heu
 Recordi Decio mecum certasse volenti
 In decus & famam lethi, rapite, inde citati
 Signa duces, pateátqz mihi Campana vetante
 Vrbs Decio, explorare libet noua bella moventi
 Cui patuere alpes, saxa impellentia cælum,
 Atqz vni calcata deo, suffuderat ora
 Sanguis, & à toruo surgebant lumine flamme.
 Tum rictu spumas, & anhelis faucibus acta
 Versabant penitus dirum suspiria murmur.
 Sic urbem ingreditur tanto comitante senatu,
 Et vulgo ad spectanda ducis simul ora ruentes,
 Effundit cunctam rabiem, irarumqz processas.
 Necnon & Decio propiora pericula mentem
 Flammarant, tempusqz adeo cernebat adesse,
 Quo laudes ducis inniecti superaret inermis.

Audita De-
 cy asperita
 te, Hannibal
 iam muris
 appropin-
 quas ne qd
 sibi immine-
 ret ab eo pe-
 riculi eundẽ
 ad se in ca-
 stra vocari
 iubet. Quẽ
 iussa spernẽ-
 tem Pœnus
 increpat, qz
 in fame de-
 cus secũ cõ-
 gredi exo-
 rget.

Magna de-
 cy constan-
 tia, qui nec

Non illum fuga, non clausi occulere penates,
 sed liber, veluti nullus penetrasset in urbem
 Hannibal, intrepido seruauerat otia vultu.
 Cum iuuenem seuis horrendum concitus armis
 Inuadit globus, & pedibus sublime sedentis
 Duكتورis sistit: tonat inde ferocibus alte
 Incessens victor dictis, solusne ruentem
 Fugare, ac renocare paras à funere Romam?
 O demens, en qui diuim mibi munera tanta
 Eripiat. Decio prorsus seruabar inertis
 Vincendus, Decio imbelli, cui fœmina nulla
 Orta in Agenoreis nostræ Carthaginis oris
 Cesserit: huic agedum (nam cur indigna feramus?)
 Magnanimo miles meritas innecte catenas.
 Dixerat, & nondum finem conuitia norant
 Quam fera gens Decij constanti pectore corpus
 Inuadit, vincitq; manus post terga catenis.
 Illatus velut armentis super ardua colla
 Cum sese imposuit, victorq; immane sub ira
 Infremuit leo, & immersis grauis vnguibus hesit
 Mandit anhelantem pendens cervice iuuenem.
 At Decius dum vincla ligant, nec te ocyus, inquit.
 Nam sic Hannibalem decet intrauisse catenas
 Fœderis infasti pretium, sic victima prorsus
 Digna cadat Decius, nec enim te sanguine lætum
 Humano, sit fas cæsis placasse iuuenis.
 En dextra, en fœdus, nondum tibi curia, nec dum
 Templorum intranti postes, iam panditur acri
 Imperio carcer, perge ac primordia tanta

tã quidẽ à
 proposito de
 fuit cũ Hã
 nibalẽ itra
 mania suscõ
 pi audiret:
 imò qui nec
 fugeret nec
 priuatim se
 teneret: sed
 in foro otia
 se obambu-
 laret.

Verba Hã-
 nibalis ar-
 reptũ iã De-
 ciũ increpã-
 tis, quòd so-
 lus cõtra vi-
 ctorem par-
 tes Roma-
 nas tuericõ
 netur.

Cõparatio.

Vincit De-
 cius hæc ad
 circũsusam
 multitudinẽ
 vociferabat
 sed cũ moue-
 ri vulgõ vi-
 deretur, ei
 caput obuol-
 uebat, ocy-
 usq; extra
 portam ra-
 piebant.

SIL. ITAL.

A ccumula paribus factis, mihi fama sub umbris
 T e feret oppressum Capuæ cecidisse ruinis.

N ec plura effari concessum, obnubitur atra
 V erte caput, trahiturq; ferox ante ora suorum.

E xin victor ouans sedato pectore tandem
 S peclandis vr̄bis tectis, templisq; serenos

L etus circumfert oculos, & singula discit.
 Q uis muris sator, & pubes sit quanta sub armis,

Q uotq; auri pateant bello argentiq; talenta,
 N unc qualis frenata acies, nunc deinde pedestris

C opia quanta viris, monstrant Capitolia celsa.
 S tellateisq; docent campos, cereremq; benignam.

stellates cã
 pi erãt in
 agro cãpa-
 no fertilissi-
 mi.

I amq; diem ad metas defessis Phœbus olympo
 I mpellebat equis, fuscabat & Hesperus umbra

P aulatim infusa, properantem ad littora curram.
 I nstituunt de more epulas, festamq; per vr̄bem

R egifice extructis celebrant conuiuia mensis.
 I pse deum cultu, & sacro dignatus honore,

Quo appa-
 ratu exce-
 pius Hãni-
 bal: quòque
 ordine in-
 seruientium
 ministeria
 distributa.
 A spera pò-
 dera, vasa
 aurea & ar-
 gentea cœ-
 lata.

P racipuis, multoq; procul splendentibus ostro
 A ccipitur sublime toris: non vna ministri

T urba gregis: posuisse dapes his addita cura,
 H is adolere focos, his ordine pocula ferre.

N ec non & certis struitur penus, aspera mensa
 P ondera cœlati fulgent antiquitus auri.

E ripiunt flammæ noctem, strepitusq; moventium
 M urmurat alta domus, stupet inconsuetus opime

S idonius mensæ miles, faciémq; superbi
 I gnotam luxus, oculis mirantibus haurit.

V escitur ipse silens, & tantos damnat honores

Esse epulis, facilēsque coli tanto agmine mensas.
 At quum pulsa fames, & Bacchi munera duram
 Laxarunt mentem, cum fronti reddita demum
 Latitia, & posita graviorēs pectore cure,
 Personat Euboica Tenthras testudine Cymes
 Incola, & obtusas immiti murmure senae
 Inter bella tube, permulcet cantibus aures.
 Iamque Iouem, & letos per furta canebat amores
 Electraeque toros Atlantidos, vnde creatus
 Proles digna deum tum Dardanus, isque tonanti
 Ut det Erichthonium magna de stirpe nepotem.
 Hinc Tros, hinc Ilus, generis tunc ordine longo
 Assaracus, nulloque minor famaue manuue,
 Tum Capys ut primus dederit sua nomina muris.
 Concelebrant plausu pariter Sidonia pubes,
 Campanaeque manus, ante omnes ductor honori
 Domini angusto libat carchesia ritum,
 Cetera quem sequitur, bacchi que ex more liquorem
 Irrorat mensis turba, ardescitque Lyco.
 Interea Tyrio resoluta in gaudia coetum
 Conuerso neque enim inuenis non digne sileri
 Transmittam tua coepta libens, famamque negabo
 Quamquam imperfectis, magna tamen indolis ansis)
 Mens una inuiolata mero, nullisque venenis
 Potando exarmata, decus pugnaeque necisque
 Sidoniae tacito voluebat pectore molem.
 Quaeque esset miranda magis tum sacra libido,
 Pectulo genitus patrias damnauerat artes.
 Is varijs oneratum epulis, atque atria tardo

s.j.

Faciles me-
 se dicuntur,
 quae nata
 ra exigit, fa-
 cile comparā-
 tur.

Cyme cy-
 mes, & Cu-
 me cumarū
 dicitur.

Capyn à Io-
 ne originem
 habere, &
 Capuae no-
 men delisse
 Tenthras as-
 serit.

Perolla pa-
 tris facinus
 detestās, cui
 è conuiuio
 (ad quod so-
 li ex Cāpa-
 nis erat in-
 tati) egressū
 secutus, ubi
 in secretum
 peruenerūt
 consilium ve-
 nie ipetra-

SIL. ITAL.

de peccati
ab Romanis
aperit,
Ut Linius
ait, toga re
iecta ab hu-
mero, latus
succinctum
gladio na-
dat. Iā ego,
inquiēs, Jan
guine Hānt
balis sūcīā
Romanū: fā-
cus, te id
prius scire
volui, si for
te adesse,
dū facinus
patratur,
malles.

L inquentem gressu comitatus pone parentem,
 P ostquam posse datum meditata aperire, non
 P andere conatus, & liber parte relicta
 T ectorum à tergo patuit locus, accipe digna
 E t Capua, & nobis, inquit, consulta, (togāq;
 A rmatum amota nudat latus) hoc ego bellum
 C onficere ense paro, atq; anulum ferre tonanti
 R ectoris Libyci victor caput. hic erit ille
 Q ui polluta dolis iam fœdera sanciet ensis.
 S i perferre nequit spectacula tanta senectus,
 E t tremit inceptis lasso maioribus ævo,
 E t tu securis concede penatibus, & me
 L inque meæ menti: summum tu credis, & æquas
 H annibalem superis, ò quantum nomine maior
 I am Pœno tibi natus erit: vibrabat ab ore
 I gnis atrox, animusq; viri iam bella gerebat.
 C um senior tanti pondus conaminis ægra
 I am dudum vix aure ferens, tremebundus ibidem
 S ternitur, & pedibus crebro pavida oscula figens
 P er si quid superest vitæ, per iura parentis
 P ærque tuam nostra potiolem nate salutem
 A bsiste inceptis oro, ne sanguine cernam
 P olluta hospitia, ac tabo repleta cruento
 P ocula, & enersas pugna certamine mensas.
 T ùne illum, quem non acies, neq; mœnia, & vrbes
 F erre valent, cum frons propior, sumenq; corusco
 I gne micat, tūne illa viri quæ vertice fundit
 F ulmina pertuleris? si viso intorserit ense
 D iram, qua vertit per campos agmina, vocem?

Pætulonis
 verba filiū
 ut à propo
 sito desistat
 precantis.

Fallit te, mensas inter quod credis inermem.
 Tot bellis quæ sita viro, tot cædibus armat
 Maiestas æterna ducem, si admoueris ora
 Cænas, & Trebiam ante oculos, Thrasimenâq; busta,
 Et Pauli stare ingentem miraberis vmbra.
 Quid tanto in casu, comitum, iuxtâq; iacentum
 Torpebunt dextræ? parce oro, & desine velle
 Cui nequeas victor superesse: an tristia vincula
 Et Decius non erudiunt componere mentem?
 Talia commemorans, fame maioris amore
 Flagrantem vt vidit iuuenem, surdumq; timori
 Nil vltra posco, refer in conuiuia gressum
 A pproperemus ait, non iam tibi pectora pubis
 Sidonia fodienda manu tutantia regem.
 Hoc ingulo dextram explora, nanq; hoc tibi ferrum
 (si Pænum inuasisse paras) per viscera lenta
 Nostra est ducendum, tardam ne sperne senectam,
 Opponam membra, atq; enses extorquere negatum,
 Morte mea eripiam. lachrymæ tunc ore profuse,
 Et magna superum cura seruatus in arma
 Scipiade Pænus, nec tantum fata dederunt
 Externa peragi dextra, pulcherrimus iræ,
 Et dignus fieri compos memorabilis ausi,
 Amisit quantam posito conamine laudem,
 Cui tantum est voluisse decus. tum reddere sese
 Festinant epulis, & tristia fronte serenant,
 Donec leta virum soluit conuiuia somnus.
 Postera lux Phaëtontis equos proferre parabat
 Iam rapidos, omni curru splendente sub vndis.

S. ij.

Scipio enim
 de Hâniba-
 le triūpha-
 nit.

S I L I T A L.

Et iuuenis magno generatus Amilcare, duras
 Iam dudum exercet curas. Carthaginis arces
 I re ferox Mago, & patribus portare iubetur
 Nuntia facta ducis, præda & captiua leguntur
 Corpora, direptaq; viris sub Marte cruento
 Exuuiæ, fausti superis libamina belli.
 Altera curarum Libycis dimittitur oris
 Hæc Decius, reduci lentas seruatus ad iras,
 Ni pœnæ iuuenem indignæ miseratus ab alto
 Iuppiter, antiquam Batti vertisset ad urbem.
 Hic Pellea virum Ptolemæi sceptrâ, vehentum
 Eripuere minis, resolutaq; vincula collo,
 Atq; eadem vitæ custos, mox deinde quieto
 Accipit tellus ossa inuiolata sepulchro.
 Nec Venerem interea fugit exoptabile tempus
 Pœnorum mentes cæco per læta premendi
 Exitio, & luxu corda importuna domandi.
 Spargere tela manu passim fallentia natis
 Imperat, & tacitas in pectora mittere flammâs.
 Tum pueris dulcè arridens: eat improba Iuno,
 Et nos (nec mirum, quid enim sumus?) acta secundis
 Despiciat, valet illa manu, valet illa lacertis
 Paruula nos arcu puerili spicula sensim
 Fundimus, & nullus nostro de vulnere sanguis.
 Verum agite ò mea turba precor, nunc tēpus, adesse
 Et Tyriam pubem tacitis exurite telis.
 Amplexu, multoq; mero, somnoq; virorum
 Profliganda acies, quam non perfrerit ensis,
 Non ignes, non emissis Gradivus habenis.

Mago nun-
 tius Roma-
 næ cladis cū
 extractis à
 nulis ab oc-
 cisorū digi-
 tis Cartha-
 ginē mitti-
 tur.

Deciū in na-
 uē impositiū
 & Cartha-
 ginē missū
 rēpestas Cy-
 renas detu-
 lit: quæ tum
 in ditiōe re-
 gū Aegypti
 orū fuit: à
 quibus & li-
 beratus est.

Verba ve-
 neris mētes
 Pœnorū de-
 litijs emolli-
 re parātis.

Combibat illapsos ductor per viscera luxus,
 Nec pudeat picto fultum iacuisse cubili,
 Nec crinem Assyrio perfundere pugnet amomo.
 Ille sub hyberno somnos educere caelo
 Iactator, tectis malit consumere noctes.
 Ac ponat ritus vescendi, sepe citato
 Dum residet sub casside equo, discatq; Lyæo
 Imbellem donare diem. tum deinde madenti
 Post epulas sit grata chelys, segnisq; soporas
 Aut nostro vigiles ducat sub numine noctes.
 Hæc postquam Venus, applaudit lasciuus, & alto
 Mittit se caelo nineis exercitus alis.
 Sentit flammiferas pubes Maurusia pennas,
 Et pariter fuis tepuerunt pectora telis,
 Bacchi dona volunt, epulasq; & carmina rursus
 Pieria liquefacta lyra, non acer aperto
 Desudat campo sonipes, non vlla per auras
 Lancea nudatos exercet torta lacertos.
 Mollitæ flammis lymphæ languentia somno
 Membra fouent, miserisq; bonis perit horrida virtus.
 Ipse etiam afflatus fallente Cupidine ductor
 Instaurat mensas dapibus, repetitq; volentum
 Hospitia, & patrias paulatim decolor artes
 Exiit, occulta mentem vitiant sagitta.
 A stera iam patria, atq; equo sub honore vocatur,
 A stera Carthago Capua, intactumq; secunde
 Fortune ingenium vitia ad latrantia quassant.
 Nec luxus vllus, mersæq; libidine vite
 Campanis modus: accumulans, variâsq; per artes
 s.iiij.

Quo pacto
 nimia bona
 & volupta
 tes immodi
 ce pœnoris
 animos e-
 ueruarint.

S I L I T A L .

Luxu obscenitateque Capanoru, Aegyptioru lascivia coparat, q. cu ad Serapidis templum, quod in Canopo erat, descenderet, cu omni dissolutione ince- debat: & in itinere diuersoria ad libidine ex- ercedam dis- posita habe- bant.
Caop^a a Ca- nobo, classis Menelai gu- bernatore nomē habet Et Amycleo Canopo di- xit, q. Me- nela⁹ apud Laedemo- nios, vbi A- mycle sunt, regnauit. Delegit haec ad oblecta- tionem au- dientium. De Arionis Methymnei Lyra.
Lyra chy-

Scenarum, certant epulas distinguere ludo,
 Vt strepit assidue Phrygiam ad Nilotica loton
 Memphis Amycleo passim lasciuia Canopo.
 Imprimis dulcem, Pæno letante, per aures
 Nunc voce infundit Teuthras, nunc pectine cithum.
 Isq; vbi mirantem resonantia pollice fila
 Ductorem vidit Libyæ, canere inde superbas
 Aoniæ laudes sensim testudinis orsus,
 Concordem citharæ mouit per carmina linguam,
 Vincere linquenteis vitam quæ possit olores.
 Atq; hæc è multis carpsit mollissima mense
 Facta antiqua virum, placidas queis mulceat aures.
 Argolicis quondam populis (mirabile dictu)
 Exaudita chelys, lapidem testudine prompta
 Ducere, & in muros posuisse volantia saxa.
 Hæc Amphionio vallauit pectine Thebas,
 Ac silice aggeribus per se scandente vocatis,
 Iussit in immensum cantatas surgere turres.
 A ltera turbatum pleetro moderata profundum,
 Et tenuit phocas, & in omni Prothea forma
 Traxit, & equoreo portauit Ariona dorso.
 Nam quæ peliaca frenabat rupe canendo
 Heroum mentes, & magni pectora Achillis,
 Centauro dilecta chelys, compesceret iras
 Percussa fide, vel pelagi, vel tristis auerni.
 Namq; chaos, cæcam quondam sine sidere molem,
 Non surgente die, ac mundum sine luce canebat.
 Tum deus vt liquidi discussit stagna profundi,
 Tellurisq; globum media compage ligasset.

Ut celsum superis habitare dedisset olympum,
 Castaq; Saturni monstrabat secula patris.
 Sed quos pulsabat, Rhipheum ad Strimona, nervi
 Auditus superis, auditus manibus Orpheus,
 Emerito fulgent clara inter sidera plectro.
 Hunc etiam mater, tota comitante sororum
 Aonidum turba, mater mirata canentem,
 Non illo Pangæa inga, aut manortius Hemus,
 Non illo modulante sonos stetit vltima Thrace,
 Cum syluis venêre feræ, cum montibus amnes.
 Immemor & dulcis nidi, positóq; volatu
 Non mota volucris captiva pependit in æthra.
 Quinetiam Pagæsea ratis, cum cœrula nondum
 Cognita terrigenis, pontóq; intrare negaret,
 Ad puppim sacra cithera eliciente carinæ
 Adductum cantu venit mare, pallida regna
 Bistonios vates, flammisq; Acheronta sonantem
 Placavit plectro, & fixit reuolubile saxum.
 Odire Ciconum matres, geticisq; furores,
 Et damnata deis Rhodope, tulit ora reuulsa
 In pontum, ripis vtrinq; sequentibus Hebrus.
 Tum quoq; cum rapidi caput à cervice recisum
 Portarent fluctus, subito emicnere per vndas
 Ad murmur cete toto exultantia ponto.
 Sic tum pierius, bellis durata virorum
 Pectora, castalio frangebat carmine Tenthras.
 Interea placida attulerant iam flamina terris
 Magonem Libycis, lauro redimita subibat
 Optatos puppis portus, pelagóq; micabant
 s.iiiij.

ronis cētauri Achillis
 magistri.
 Rhiphei mō
 tes sūt scy-
 thie cōter-
 mini Thra-
 ciæ q̄ patria
 Orphei, &
 cuius stri-
 mō est flū-
 vius.

Execratur
 Tenthras ei
 cones mulie-
 res, quæ Or-
 pheu discer-
 pserunt, &
 caput i He-
 brum prois
 cerunt.

Quo appa-
 ratu Car-
 thaginēve,

SILITAL.

nerit Mago Captiua arma procul cessa fulgentia prora.
 qualiq; gau At patulo surgens iam dudum & equore late
 dio sit exce Nauticus implebat resonantia littora clamor,
 ptas, poeta Et simul adductis percussa ad pectora tonsis,
 describit. Centeno fractus spumabat verberare pontus.
 Nec lentum in medios rapienda ad gaudia vulgus
 Procurrit fluctus, elataq; turba favore
 Certatim ingenti celebrant noua gaudia plausu.
 & quatur rector diuis, illum vndiq; matres,
 Illum turba minor, moniti laudare nepotes,
 Et senior manus, & inxta populisq; patresq;
 Maestatis superum dignantur honore iuuenis.
 Sic patriam Mago, & portas ingressus ouanteis
 Fraternalis laudis fama. ruit inde senatus,
 Et multo patrum stipatur curia coetu.
 Tum diuos veneratus, animum de more vetusto,
 Martem agit egregium, & fractas queis Italia tellus
 Nitebatur opes, pars ipse haud parua laborum
 Nuntio, pugnatum superis in vota secundis.
 Est locus & toli signat quem gloria regis,
 Possessus quondam prisca inter secula Dauuo,
 Humenteis rapido circumdat gurgite campos
 Ausfidus, & stagnis intercipit arua refusis,
 Mox fluctus ferit Adriacos, magnosq; fragore
 Cedentem impellit retrorsum in equora pontum.
 Hic Varro, & magnum Latia inter nomina Paulus
 Nomen, queis rerum ducibus permessa potestas,
 Vix dum depulsa nigrae caligine noctis
 Innadunt campum, & late fulgentibus armis

Verba Ma-
 gonis suis
 Romanoru
 cladē apud
 Cannas de-
 nuntiantis.
 Capū, i quo
 Cānesis pu-
 gna fuit de-
 scribit.

Accendunt vltro lucem surgentis Eoi.
 Nos contra (nam germanum furor acer agebat
 Optate pugnae) castris cita signa mouemus.
 Intremuit tellus, & pulsus mugit olympus.
 Hic fluium, & campos abscondit strage virorum
 Ductor, quo nunquam maiorem ad bella tulerunt
 Rectorem terrae. vidi quum turbine seuo
 Asonia, & sonitu bellantis fusa per agros
 Vni terga daret, vidi quum Varro citato
 Afferretur equo, proiectis degener armis.
 Quin & magnanimum perfosso corpore telis
 Stare super socium, vidi te Paule cadentem.
 & gatis, ille & seruilia foedera, larga
 Vltus caede dies, non plus optasse liberet,
 Quantum concessit dexter deus, altera iam lux
 Si redeat, populis certe sis omnibus vna
 Tum Carthago caput, terrasque colere per omnes.
 Testes hi stragis, quos signum illustre superbis
 Mos Lena gestare viris. tum funditur ante
 Ora admirantum praefulgens annulus auro,
 Datque fidem verbis, haud paruo insignis acerno.
 Hinc iterum repetens. restat nunc sedibus imis
 Vertenda, atque equanda solo iam subruta Roma.
 Adnitamur, ait, vires refoвете tot haustas
 Casibus, & pateant non parca araria dextris,
 Quas emimus bellis. deficit iam belua tristis
 Asonijs terror, nec non alimenta fatigant.
 Atque ea dum memorat, toruo conuersus in ora
 Hannonis vultu, quem gliscens gloria prauum

Mago ad se
 detā letarū
 rerū annuo
 los ab occi-
 sorū digitis
 detractos
 (quos modē
 um excessis
 se fama est)
 in mediū tu-
 lit: et vt ma-
 ioris cladis
 indicij esset
 primores tā-
 tum id gere-
 re insigne
 asserbat.

SIL. ITAL.

Hannonem,
 qui ob viola
 tū fæd? Hā
 nibalē Ro-
 manis cēsue
 rat dedēdū,
 Mago incre-
 pat, & sen-
 tentiam mu-
 tare hortat
 847.

Ductoris studio iam dudum agitabat acerbo.
 Iamq; tibi dextras, incæptaq; nostra probamus,
 Iam fas Dardanio me non servire colono.
 A n'ne iterum Hannibalem dedi placet? atra veneno
 Invidia, nigroq; vndantia pectora felle
 Tandem tot titulis, totq; exornata tropheis
 Infelix muta, dextra hæc, en dextera, quam tu
 Cneadis lacerare dabas, & littora, & amnes
 Et stagna, & latos implevit sanguine campos.
 Hæc Mago, atq; animos fauor haud obscurus habebat.
 Cui simul invidia, atq; ira stimulantibus Hanno:
 Talia vesani iuuenis convitia miror
 Haud equidem, tumet ingenio, fraternaq; corda
 Non tarde agnoscas, & virus futile lingue.
 Qui ne mutatum vanis absistere credas,
 Nunc pacem orandam, nunc improba fædere rupto
 Arma reponenda, & bellum exitiale cavendum
 Auctor ego, atq; adeo vosmet perpendite queso
 Quid ferat, haud aliud nobis censere relictum est.
 Tela, viros, aurum, classis alimenta precatur,
 Belligeramq; feram: victus non plura dedissem.
 Sanguine Dardanio Rutulos saturavimus agros,
 Et iacet in campis Latium. deponere curas
 Tandem ergo bone da victor, liceatq; sedere
 In patria, liceat non exhaurire rapacis
 Impensis belli vacuos sepe penateis.
 Nunc en, nunc inquam (falsa vt presagia nostra
 Sint oro, mensq; angurio ludatur inani)
 Haud procul est funesta dies, atrociam noni

Verba Han-
 nonis iā cū
 fortuna fas-
 ceat arma
 ponenda, et
 pacē poscen-
 dam cēsēn-
 tis: Iue-
 nē vane glo-
 riātem re-
 darguētis,
 vt qui ea pe-
 rat, quæ nō
 nisi victus
 postularet.

Corda, ac prospicio natas è cladibus iras.
 Vos ego vos metuo Cannæ, submitтите signa,
 Atq; adeo tentate, agetum, & deposcite pacem.
 Non dabitur, parat ille dolor (mihī credite) maius
 Exitium accepto, citiusq; hæc fœdera victor
 Quam victus dabit, atq; adeo qui tanta superbo
 Facta sonas ore, & spumanti turbine perflas
 Ignorantum aures, dic enī germanus in armis
 Ille tuus par Gradiuo, per secula tellus
 Cui similem nunquam ductorem in bella creavit,
 Aenea romulæ cur nondum viderit vrbis?
 Sicut à gremio matrum rapiamus in hostem
 Nondum portandis habiles gravioribus armis.
 Et ratas iussu texamus mille carinas,
 Atq; omnis Libyæ queratur belua terris,
 Ut longa imperia, atq; armatus proroget annos
 Hannibal, & regnum trahat vsq; in tempora fati.
 Vos vero (neq; enim occulto circundamur astu)
 Ne dulcis spoliare domos, castrisq; potentum
 Atq; opibus sancite modum, pax optima rerum,
 Quas homini novisse datum est, pax vna triumphis
 Innumeris potior, pax custodire salutem
 Et ciues æquare potens, revocetur in arces
 Tandem Sidonias, & fama fugetur ab vrbe
 Perfidie Phœnissæ tua: si tanta libido
 Amorum tenet, atq; enses non reddere perstat
 Poscenti patriæ, nil suppeditare furori
 Hortor, & hæc fratri Magonem dicta referre.
 Plura adnectentem (neq; enim satiauerat iras

SIL. ITAL.

Senatus cō-
set Hanni-
balem in ip-
sis victoriae
metis nō de-
stitūdum,
et quāpri-
mum ei au-
xilium sub-
ministrādū:
id tamē, vt
in secundis
rebus, segni-
ter factum,
Linus ait.

Dicendo) clamor turbat diuersa volentum.
Si Libyæ decus, haud vlli superabilis armis
Hannibal est iræ tibi, destituemus ad ipsas
Victorem metas? nec opum adiumenta feremus?
Inuidia vnus sceptrā vt iam parta retardet?
Inde alacres tribuunt, quæ belli posceret vsus:
Absentiq; suum iactant sub teste fauorem.
Mox eadem terris placitum traducere Iberis,
Dum malus obtrectat facta immortalia suorum,
Nec sinit adintus ductoris crescere laudes.

HERMANNI BVSCHII PASIPHILII
Argumentum in Librum Duodecimum.

i Am Zephyro in terras flatu redeunte tepeti,
Hostis Parthenopes ad muros agmina ducit.
Irritus hinc cæpti Cumas petit: inde profectus
Marte Dicarcheam parat exagitare iuuentam.
Hinc monet ad trepidam belli molimina Nolam:
Marcello sed tum fractus, pulsusq; recessit.
Strenuus & Sardos tutatur ab hoste libyso
Torquatus: miseram ardens incendit Acerras
Hannibal: inde tuos peritura Petilia muros.
Et dempta madidum luxu capit arce Tarentum.
Necnon & Capuam, totis iam viribus vrget
Dardanus obsessam: quam cum recreare soluta
Obsidione nequit, Romam ruit acer ad altam
Hostis, vt armorum facto premat orbe vicissim.

SILII ITALICI PVNICORVM

Liber duodecimus.

Am terra glaciale caput, fœcundâq;
nimbis

Tempora, & austrifero nebulosam
vertice frontem,

Immitis condebat hyems, blandisq;
salubre

Hic poeta
enarrare i-
cipit quas
vrbes Han-
nibal Ca-
pua exacta
hyeme, ex-
pugnare tẽ-
sarit.

Ver Zephyris, tepido mulcebat rura sereno.
Prorumpit Capua Pœnus, vicinâq; late
Premisso terrore quatit. cœu condita bruma
Dum Rhiphœa rigent Aquilonis flamina, tandem
Evoluit serpens arcano membra cubili,
Et splendente die nouus emicat, atq; coruscum
Ert caput, & saniem sublatis faucibus efflat.
At Libyci ducis vt fulserunt signa per agros,
Desolata metu cuncta, & suadente pauore
Vulso se clausere simul, trepidiq; salutis
Expectant ipsis metuentes mœnibus hostem.
Sed non ille vigor, qui ruptis alpibus arma
Intulerat, dederatq; vias, Trebiâq; potitus,
At conios Italo sceleravit sanguine fluctus
Tunc inerat, molli luxu madefacta, merôq;
Illecebris somni, torpentia membra fluebant,
Queis gelidas sœtium noctes thorace granatis
Sub Ioue non aquo trahere, & tentoria sepe
Spernere, vbi hyberna ruerent cum grandine nimbi,
Ac ne nocte quidem clypei, ensesve reposti,

SIL. ITAL.

Neapoli di
Etam Par-
shenope ab
vna Sirenu
primo teta
uit Hanni-
bal, vt vrbe
maritimam
haberet qua
tuto Cartha-
gine adue-
ctos excipe-
ret.

Hannibal co
filiu, quo ab
stinuit ne ex
ipsa victo-
ria ad vrbe
cotenderet,
euentu pro-
bat qd mul-
to min^o Ro-
ma potuiss-
sent expu-
gnare, q ia
Grecam vr-
bem mollē
et quieti de-
ditā irrupe-
renō valēt.

Non pharetra, aut iacula, & pro mēbris arma fuerit
Tunc graue cassis onus, maiorāq; pondera visa
P armarum, ac nullis fusa stridoribus haste.
P rima instaurantem sensit certamina, mitis
P arthenope, non diues opum, non spreta vigoris
Sed portus traxere ducem, secura volentem
L quora, quæ peteret veniens Carthagine puppis,
N am molles vrbi ritus, atq; hospita Musis
O tia, & exemptum curis grauioribus enum,
S irenum dedit vna suum & memorabile nomen
P arthenope muris Acheloias, equore cuius
R egnanere diu cantus, cum dulce per vndas
E xitium miseris caneret non prospera nautis.
H æc ponē aggressus (nam frontem clauserat æquor)
M ænia, non vllas valuit perfringere Pænis
Tota mole vias, frustra q; inglorius ansis,
P ulsanit quatiens obstructas ariete portas.
S tabat Cannarum graia ad munimina victor
N equicq; & caute mentis consulta probabat
E uentu, qui post Danni stagnantia regna
Sanguine Tarpeias ire abstinuisset ad arces.
E n qui nos segnes, & nescire addere cursum
F atis iactastis, quod vobis scandere nuper
N on acie ex ipsa concessum mænia Romæ,
I ntrate, atq; epulas promissas sede tonantis
H is quæ graia manus defendit, reddite tectis.
T alia iactabat, famēq; pudore futura
I rritus, incepta primus si absisteret vrbe
A ndebat cuncta, atq; acuebat fraudibus enses.

Sed subita muris flammæ, totòq; fluebant
 Aggeris anfractu tela improvisa per auras.
 Haud secus, occuluit saxi quos vertice factus
 Ales fulva Iouis, tacito si ad culmina nisu
 Enasit serpens, terrètq; propinquus hiatus,
 Illa hostem rostro, atq; assuetis fulmina ferre
 Ugnibus incessens, nidi circumuolat orbem.
 Tandem ad vicinos Cumarum vertere portus
 Defessus subigit, variòq; laceffere motu
 Fortunam, & fame turbando obstare sinistra.
 Sed custos vrbi Gracchus tutela, vel ipsis
 Certior arcebat muris, iterùmq; sedere
 Portis, atq; aditus iterum sperare vetabat.
 Lustrat inops animi, rimatur & omnia circum
 A lite vectus equo, rursusq; hortatibus infit
 Laudã agitare suos, proh dij, quis terminus inquit
 Ante vrbes standi Graias, oblite tuorum
 Actorum miles? quis erit modus? Alpibus astat
 Nimirum maior moles, & scandere cælum
 Pulsanteis inbeo scopulos: quanquam altera detur
 Si similis tellus, aliæq; repente sub astra
 Eurgant rupes, non ibis? & arduus arma
 Me ducente feres? tenet heu Cumanus hiãtem
 Agger adhuc, murisq; tenet, Gracchumq; moueri
 Non ausum portis, paruo in discrimine cerno.
 An vobis gentes, quacunq; labore parastis
 Casu gesta putent? vos per Tyrrhena fauentum
 Stagna deum, per ego & Trebiam, cinerèsq; Sagynthi
 Obtestor, dignos iam vosmet reddite vestra

Neapolitas
 nos, Hãni-
 balẽ noctu
 scalis admo-
 tis in vrbe
 conscendere
 volentẽ, ars-
 centes, com-
 parat aquis
 le pullos à
 serpentibus
 tutanti.

Graias vr-
 bes, ex cons-
 tẽptu dicit,
 q; eẽ effæ-
 minatæ, &
 literis poti-
 us q; armis
 aptæ essent.

SIL. ITAL.

Quam trahitis fama, & reuocate in pectore Cannas,
 Sic ductor fessas luxu, attritasque secundis
 Erigere, & verbis tentabat sistere mentem.
 Atque hic perlustrans aditus, fulgentia cernit
 Arcis templa iugo, quorum tum Virius alte
 Immitis ductor Capuæ, primordia pandit.
 Non est hoc, inquit, nostri quod suspicis eni,
 Maiores fecere manus, cum regna teneret
 Dictæi regis, (sic fama est) linguere terras
 Dædalus inuenit: nec toto signa sequenti
 Orbe dare, ætherias aliena tollere in auras
 Ausus se penna, atque homini monstrare volatus.
 Suspensum hic librans media inter nubila corpus
 Enauit, superosque nouus conterruit ales.
 Natum etiam docuit falsæ sub imagine plume
 Attentare vias volucrum: lapsumque solutis
 Pennarum remis, & non felicibus alis
 Turbida plaudentem vidit freta: dumque dolenti
 Indulget subito, motis ad pectora palmis.
 Nescius heu planctu duxit moderante volatus.
 Hic pro nubiuago gratus pia templa meatu
 Instituit Phœbo, atque audaces exiit alas.
 Virius hæc, sed enim ductor numerabat inertes
 Atque actos sine Marte dies, ac stare pudebat.
 Ingemit aduersis, respectansque irrita tecta
 Urbe Dicarchæa parat exatiare dolorem.
 Hic quoque nunc pelagus, nunc muris æxea moles
 Officit audenti, defensantumque labores.
 Dumque tenet socios, dura atque obseptæ viarum

De templo
 Apollinis à
 Dædalo Cu-
 mis extrus-
 Elo, sic ver-
 gil. in vi.
 Reddit⁹ his
 primū ter-
 ris, tibi phœ-
 be sacravit
 Remigium
 alarum.

Repulsus à
 Cumis, Pu-
 teolos petit.

Rumpere nitentis lentus labor, ipse propinqua
 Stagnorum terræq; simul miracula lustrat.
 Primores adsunt Capuæ, docet ille tepentes
 Unde ferant nomen Baiæ, comitemq; dedisse
 Dulichie puppis stagno sua nomina monstrat.
 Ast hic Lucrino mansisse vocabula quondam
 Cocyti memorat, mediôq; in gurgite ponti
 Herculeum commendat iter, qua dispulit æquor
 Amphitryonides armenti vector Iberi.
 Ille olim populis dictum Styga, nomine verso
 Stagna inter celebrem nunc mitia monstrat Auernû,
 Tum tristi nemore atq; umbris nigratibus horrens,
 Et formidatus volucris, lethale vomebat
 Suffuso virus cælo, stygiâq; per vrbes
 Religione sacer, seenum retinebat honorem.
 Hinc vicina palus, fama est Acherontis ad vndas
 Pandere iter, cecas stagnante voragine fauces
 Laxat, & horrendos aperit telluris hiatus,
 Interdumq; nouo perturbat lumine manes.
 Ac iuxta caligante situ, longumq; per æuum
 Infernis pressas nebulis, pallente sub umbra
 Cymmerias iacuisse domos, noctemq; profundam
 Tartaræ narrant vrbis: tum sulfure & igni
 Semper anhelantes, coctôq; bitumine campos
 O stentant, tellus atro exundante vapore
 Suspirans, vstisq; diu calefacta medullis
 & sruat, & stygios exhalat in aera flatus.
 Parturit, & tremulis metuendum exhibat antris.
 Interdumq; canas luctatus rumpere sedes,

t.j.

Baiæ à se-
 pulo illi
 Vlyssis so-
 cio dictæ, ci-
 uitas Căpa-
 niæ est, i cui-
 us agro ca-
 lidæ sunt a-
 quæ.

Ferunt Her-
 culê cū per
 Italiã boues
 Geryôis tra-
 duceret, &
 Cocytus dis-
 ficilê trāsi-
 tū præberet

aggerê iter
 mare, & ip-
 sum Lucri-
 nū constru-
 xisse.

Euocabatur
 eni manes
 & umbræ,
 victima hu-
 mana.
 Acherusia
 palus Cumis
 propinqua
 ab Acheron-
 te nomen
 habet.

Horum oim
 ratio est na-
 turalis,

SIL. I T A L.

q, scilicet to-
tus ille cā-
panie tra-
ctus est sul-
fureus. Poes-
ta autē fin-
git gigantes
illic sepul-
tos flāmas
expirare.

Hoc dicit q,
instar Aet-
nae saxa
exomat, &
sic quodā fa-
cto, id est ino-
teritu diffi-
petur.

Cumani, Ne-
apolitaniq;
à Pherecy-
de corū quō-
dā duce, qui
ad Italiam
navigarūt,
Pherecy-
des dicūtur.
Nysæa, id
est bacchica,
q, mons vi-
tibus consis-
tus sit.

Aut exire foras, sonitu lugubre minaci
M ulciber immugit, laceratāq; viscera terre
M andit, & exesos labefactat murmure monteis.
T radunt Herculea prostratos mole gigantes
T ellurem iniectam quaterere, & spiramine anhelos
T orreri late campos, quotiesq; minatur
R umpere compagem impositam, expallescere celum
A pparet Prochyte senum sortita Mimanta.
A pparet procul Inaryme, quæ turbine nigro
F umantem premit Iapetum, flammāsque rebellis
O re eiectantem, & si quando enadere detur
B ella Ioni rursus superisq; iterare volentem.
M onstrantur Vesena iuga, atq; in vertice summo
D epasti flammis scopuli, fractūsque ruina
M ons circum, atq; Etne fatis certantia saxa.
N ecnon Misenum servantem Ideæ sepulchro
N omina, & Herculeos videt ipso in littore Baucos.
M iratur pelagiq; minas, terræque labores.
Q uæ postquam perspecta viro, regressus ad altos
I nde Pherecyadum muros, & frondentia leto
P almitè denastat Nysæa cacumina Gauri.
H inc ad Chalcidicam transfert citus agmina Nola
C ampo Nola sedet, crebris circumdata in orbem
T urribus, & celso facilem tutatur adiri
P laniciem vallo: sed qui non turribus arma
D efendenda daret, verum vltro mœnia dextra
P rotegeret, Marcellus opem auxiliūmq; ferebat.
I s; ubi Agenoream procul aduentare per æquor,
E t ferre ad muros nubem videt, arma, cruentis

Hostis adest, rapite arma viri, clamátqz, capitqz.
 Circumstant rapidi iuuenes, aptántqz frementi
 Sanguineas de more iuvas: sonat inde citato
 Agmina disponens passu, tu limina dextræ
 Seruabis portæ Nero: tu conuerte cohortes
 Ad læuam patrias, & Larinatia signa,
 Clarum Volscorum Tulli decus: ast vbi inisso
 Per tacitum ruptis, subita vi, fundite portis
 Telorum in campos nimbum, ferar ipse reuulsa
 In medios, equitúmqz traham certamina porta.
 Dúm qz ea Marcellus, iam claustra euellere Pœni
 Et scalis spretos tentabant rumpere muros.
 Insonuere tubæ passim, clamórqz virorum,
 Tinnitúsqz simul litui, raucóqz tumultu
 Cornua, & in membris concussa furentibus arma.
 Fertur acerba lues disiectis incita telis,
 Effusaqz ruunt inopino turbine turme,
 Improbis vt fractis exundat molibus annis,
 Propulsum vt Borea scopulis impingitur equor,
 Vt rupto terras inuadunt carcere venti.
 Nec terrente Libys visu armorúm qz virúm qz
 Dieictum sperare valet, dux Dardanus instat
 A ttonito progressus equo, tergisqz ruentum
 Incumbens hasta, socios nunc voce fatigat.
 Perge age, fer gressus, dexter deus, horáqz nostra est
 Hac iter in muros Capuæ: nunc rursus in hostem
 Conuersus, sta, quò raperis? non terga tuorum,
 Te ductor Libyæ increpito, stat campus, & arma,
 Et Mars in manibus, dimitto à cæde cohortes.

t.ij.

Ad tres por-
 tas (inquit
 Lini.) i ho-
 stes versas
 tripartito
 exercitū in-
 struxit: me-
 dia portæ
 boreæ legio-
 nū, ac Ro-
 manos equi-
 tes, duabus
 alijs portis,
 nouos mili-
 tes, læuamqz
 armaturā,
 ac sociorum
 equites sta-
 tuit.

Verba Mar-
 celli suos ad
 hortatis, &
 Hānibalem
 ad singulas
 re certamē
 prouocatis.

S I L I T A L .

S pectemur soli, Marcellus prælia posco.
 Sic rector Latius: inueniq; innadere pugnam
 Barcæo suadebat honor, pretiumq; pericli.
 Sed non hæc placido cernebat pectore Inno,
 Cæptôq; auertit suprema in fata ruentem.
 Sistere percussos ille, & renocare laborat.
 Talésne è gremio Capuæ, tectisq; sinistris
 Egredimur? state ò miseri, queis gloria summa
 D edecori est, nil vos hodie (mibi credite) terga
 Uertentes fidum expectat: meruistis vt omnis
 Ingruat Ausonia, & sæno mauorte parastis,
 Nequa spes fusos pacis vitæq; maneret.
 Uincebat clamore tubas, vocisq; vigore
 Quamuis obstructas senus penetrabat in aures.
 P olydamanteis inuenis Pedianus in armis
 Bella agitabat atrox, Troianaq; semina, & ortus
 A tq; Antenorea sese de stirpe ferebat,
 H and lenior generis fama, sacroq; Timæo
 G loria, & Euganeis dilectum nomen in oris.
 H uic pater Eridanus, Venetæq; ex ordine gentes,
 A tq; Appono gaudens populus, seu bella cietet,
 S en Musas placidus, doctæq; silentia vitæ
 M allet, & Aonios plectro mulcere labores.
 N on vllum dixere parem, nec notior alter.
 Q ui postquam effusis vrgens vestigia frenis
 P ænorum, iuxta galeam atq; insigne perempti
 A gnouit spoliū Pauli, puer illa gerebat
 N on paruo letus ductoris munere Cinyps,
 D ilectus Pæno Cinyps, quo gratior ore

Quoniã vi
 Etoria, non
 fuga salutē
 parit.

Alludit ad
 Pedianum
 Asconiũ vi
 rũ literatis
 simũ, q. Pas
 tauin⁹ fuit,
 & originē
 à Polyda
 mātē Troia
 no habuit,
 hũc ingenio
 & dextra
 valuisse di
 cit, & Ciny
 pē Pauli ar
 ma ab Han
 nibale sibi
 donata ge
 rentem in
 teremisse.

Non fuit, ac nulla nituit plus fronte decoris.
 Quale micat semperq; nouum est, quod Tyburis aura
 Pascit ebur, vel qui miro candoris honore
 Lucet in aure lapis, rubris aduectus ab undis.
 Quem postquam egregium cristis, & casside nota
 Fulgentem extremo Pedianus in agmine vidit,
 Cum subita ante oculos Pauli emerisset imago
 Sedibus infernis, amissaq; posceret arma,
 Inuadit frendens, tunc ignanissime sacri
 Portabis capitis, quæ non sine crimine vester
 Inuidiaq; deum gestaret tegmina ductor?
 En Paulus. vocat inde viri ad spectacula manes,
 Et fugientis agit costis penetrabile telum.
 Tum delapsus equo, galeam atq; insignia magni
 Consulis abrumpit dextra, spoliatq; videntem.
 Soluitur omne decus letho, nivesq; per artus
 Et stygius color, & formæ populatur honores.
 Ambrosiæ cecidere comæ, violatq; cernix
 Marmoreum in ingulum collo labente recumbit.
 Haud secus oceano rediens cythereius ignis,
 Cum sese Veneri iactat splendore refecto,
 Si subita innadat nubes, hebetatur, & atris
 Decrescens tenebris, languentia lumina condit.
 Ipse etiam capta Pedianus casside, nudos
 Attonitus stupet ad vultus, irasq; coerces.
 Tum galeam magno ad socios clamore reportans
 Immitem quatibat equum, spumantia sæno
 Frena cruentantem morsu, cui turbidus armis
 Obuia Marcellus rapido tulit ora tumultu:

En Paulus,
ironice di-
xit.

Comparat
puerum ma-
rientem stel-
le Veneris,
quæ opposi-
tis nubibus
splendorem
emittit.

SILITAL.

Agnoscénsq; decus, maecte ò virtutis auite
 Maecte Antenoride, nunc, inquit, rapta petamus
 Quod supereſt Libyci ductoris tegmina, & ardens
 Terrificis ſenam fundit ſtridoribus haſtam.
 Nec forſan voti vanus foret, obuia ni vis
 Geſtariſ oppoſito tenuiſſet corpore telum.
 Qui dum viciniſ ductorem protegit armis,
 Tranſabiit non hunc ſitiens grauis haſta cruorem,
 Ingenteſq; minas mutata morte peregit.
 Auehitur raptim ductor, diſcrimine lethi
 Turbatus, curſumq; ferens ad caſtra capeſſit.
 Iamq; fugæ immodicus tendit certamine greſſum
 Precipitem, verſiſ Pænorum exercitus armis.
 Aſſequitur telis hoſtiſ, longâſq; viritim
 Exatiant iras cladum, cæloq; cruentos
 Certatim oſtentant, & diſiſ ultoribus enſeſ.
 Ille dieſ primo docuit, quod credere nemo
 Auderet ſuperiſ, Martiſ certamine ſiſti
 Poſſe ducem Lybiæ. raptant curruſq; virôſq;
 Maſſylâmq; feram, & viniſ auulſa reportant
 Tegmina bellantum, atq; abeunt ſub cuspide terga
 Contenti viſiſſe duciſ: tum Martiſ adequant
 Marcellum decori, graditur comitante triumpho
 Maior, quàm ferret cum victor opima tonanti.
 Inde furens poſtquam vallo vix depulſit hoſtem
 Ductor Agenoreuſ, quando hanc, quantoq; cruore
 Hoſtili, labem eluerim? mea terga videre
 Contigit Auſoniæ? mène, inquit, ſumme deorum
 Poſt Trebiam ſtatuiſ tam triſti funere dignum?

Hannibal
 de turpi fu
 ga querela,
 & indigna
 tio. Non, in
 quit, ego de
 gener dedi
 Româiſ ter
 ga, ſed vo
 biſ quos vi
 tare pugna
 videbam.

Ubiq; inuicta diu, nunc heu sine Marte inuentus
 Debellata bonis Capuæ, non degener ipse
 Gestorum, Ansonijs verti victricia signa,
 Uobis terga dedi, vidi cum ad bella vocarem,
 Non secus atq; Italo fugere à ductore pauentes.
 Quid reliquum prisca Martis tibi, qui dare terga
 Me reuocante potes? fundebat talia Pœnus,
 Et Latia sese Nolana ad mœnia turmæ
 Portantes spolia insigni clamore ferebant.
 At consueta graues per longum audire suorum
 Euentus Roma, & nunquam recreare secundis,
 Allato tandem faustæ certamine pugna
 Erigitur, primòq; deum se munere tollit.
 Ante omneis pigra in Martem, fugiènsq; laborum
 Dum bellum tonat, & sese furata inuentus
 Dat Pœnas latebræ, tum qui dulcedine vitæ,
 Inuenere dolos, iuratâq; fœdera Pœno
 Corruptere, notant, & purgant crimine gentem.
 Punitur patriam meditantum linquere terram
 Consilium infelix, sceleratâq; culpa Metelli.
 Talia corda virum: sed enim non fœmina cessit
 Ante equare viros, & laudis poscere partem.
 Omnis præ sese portans capitîsq; manûsq;
 Antiquum decus, ac direpta monilia collo,
 Certatim matrona ruit, bellòq; ministrant.
 Haud tanta cessisse viros in tempore tali
 Laudis sorte piget: factòq; in secula ituro
 Letantur tribuisse locum: tum celsa senatus
 Subsequitur turba, in medium certamine magno

t.iiij.

Qui se oēs
 cultarēt, ne
 ad bellū mit
 terētur, qui
 q; fallaci in
 castro Pœo
 norū reditu
 à iuramen
 to sese absol
 uerāt punia
 untur: simā
 liter q; cum
 Metello de
 relinquēda
 patria cons
 siliū inie
 rant.

S I L I T A L .

P riuata cumulantur opes, nudare penates,
 A c nihil arcanos vite melioris ad vsus
 S eposuisse iuuat, coit & sine nomine vulgus.
 C orpore sic toto ac membris Roma omnibus vsa,
 E xanguis rursus tollebat ad aethera vultus.

Q. Fabius
 Dictor, inqt
 Lini. à Delo
 phis redyt,
 responsum
 q; ex scri-
 pto recita-
 uit. Diuina
 quoq; in eo
 erant: qbus
 quoq; modo
 supplicare
 tur.

A ddunt spem miseris dulcem Parnasia cyrrha
 P ortantes responsa viri, nam leta ferebant
 E xaudisse adytis, sacra cum voce tonaret
 A ntrum, & mugiret Phæbo iam intrata sacerdos.
 S oluite gens Veneris grauiores corde timores,
 A duersa, & quicquid duri sub Marte manebat,
 E xhaustum est vobis, restant leniora laborum,
 E t sine pernicie terror, dijs vota, precēsq;
 F erte modo, & tepidos aris libate cruores,
 N eu date terga malis, aderit Gradiuus, & ipse
 D elius auertet propiora pericula vates,
 T roianos notus semper minuisse labores.
 S ed vero, sedenim ante omnes altaria fument
 C entum festa Ioui, centum cadat hostia cultris.
 I lle trucem belli nubem, seuāsque procellas
 I n Libyam violenter aget, spectabit ipse
 E gida turbato quatientem in prelia mundo.
 A st ea Parnasi postquam clamata sub antris
 A llatum, vulgiq; deus peruenit ad aures,
 I n capitolinas certatim scanditur arces,
 S ternunturq; Ioui, & delubrum sanguine honorant.
 T um pæana canunt, responsaq; fida precantur.
 I nterea assuetis senior Torquatus in armis,
 S ardoas patrio quatiebat milite terras.

Cum Romā
 esset perla-
 tum Sardos

Namq; ortum Iliaca iactans ab origine nomen
 In bella Hampsagoras Tyrios renouata vocarat.
 Proles pulchra viro, nec tali digna parente
 Oscus erat, cuius fretus fulgente inuenta
 Ipse asper paci, crudos sine viribus annos
 Barbarici studio ritus, refonebat in armis.
 Isp ubi Torquatum raptim properata ferentem
 Signa videt, pugnaq; anidas accedere dextras,
 Fraude loci nota, latebrosa per ania saltus
 Euolat, & profusa fugæ compendia carpens,
 Occulta tegitur valle, & frondentibus vmbriis.
 Insula fluctisono circumuallata profundo
 Castigatur aquis, compressaq; gurgite, terras
 Enormes, cohibet, nudæ sub imagine plantæ.
 Inde Ichnusa prius Graiis memorata colonis,
 Mox Libyci Sardus generoso sanguine fidens
 Hercules ex sese mutauit nomina terre.
 Affluxere etiam, & sedes posuere coactas
 Dispersi pelago, post eruta pergama, Tencri.
 Nec paruum decus, aduecto cum classe paterna
 Agmine Tespiadum, terris Iolæ dedisti.
 Fama est, cum laceris Aetæon flebile membris
 Supplicium lueret, spectatæ in fonte Dianæ,
 Attonitum nouitate mali fugisse parentem
 Per freta Aristæum, & Sardoos isse recessus,
 Cyrenen monstrasse ferunt noua littora matrem.
 Serpentum tellus pura, ac viduata venenis,
 Sed tristis celo, & multa vitiata palude.
 Qua videt Italiam, saxoso torrida dorso

ad defectio
 nē spectare
 & Hāpsa-
 gora molie
 te Carthagi
 nenses, qui
 Sardiniam
 amiserant,
 renocari,
 Mālius Tor
 quatus, qui
 in cōsularu
 sardos sub
 egerat, eōcū
 exercitu mit
 titur.

Descriptio
 Sardinie, q̄
 à forma ve
 stigij prius
 Ichnusa est
 dicta: Post
 ea à sarda
 filio Hercu
 lis nomina
 ta.

SIL. ITAL.

Exercet scopulis late freta, pallidâq; intus
 Arua coquit nimium, cancro fumantibus austris.
 Cætera propense Cereris nutrita favore.
 Hoc habitu terra nemorosa per inuia crebro
 Torquatum eludens hostis, Sidonia pugne
 Tela expectabat, sociosq; laboris Iberos.
 Qui postquam appulsis animos auxere Carinis,
 Haud mora prorumpit latebris, aduersâq; late
 Agmina inborrescunt, longûmq; coire videtur,
 Et conferre gradum: media interualla patentis
 Corripiunt campi properatis eminus hastis.
 Donec ad expertos enses, fidissima tela
 Peruentum, dura inde lues, ceduntq; caduntq;
 A sterniq; animas sæuo in mucrone relinquunt.
 Non equidem innumeras cædes, totq; horrida facta
 Sperarim tanto digne pro nomine rerum
 Pandere, nec dictis bellantum equare calorem.
 Sed vos Calliope nostro donate labori
 Nota parum magni longo tradantur in æuo
 Facta viri, & meritum vati sacremus honorem.
 Ennius antiqua Mesappi ab origine regis
 Miscebat primas acies, Latæq; superbum
 Vitis adornabat dextra decus, bispida tellus
 Miserunt Calabri, Rudæ genuere vetustæ,
 Nunc Rudæ solo memorabile nomen alumnos,
 Is prima in pugna, vates vt Thracius olim
 In festam bello quateret cum Cizicus Argos
 Spicula deposito Rhodopeia pectine torsit,
 Spectandum sese non parua strage virorum

Ennii laudē
 enarratur
 poeta votū
 repetit. is p
 id tēpus Cæ
 turio, cuius
 vitis isigne
 erat, sub
 Torquato
 militabat:
 Et istar Or-
 phei qui cō-
 tra Cizicū
 tū Argonau
 tis fortiter
 pugnavit,
 spicula tor-
 sit.

Fecerat, & dextra gliscebant cœdibus ardor.
 Aduolat æternum sperans fore, pelleret Oscus
 Si tantam labem, ac perlibrat viribus hastam.
 Risit nube sedens vani conamina cœpti,
 Et telum procul in ventos dimisit Apollo.
 Ac super his nimium iuuenis, nimiumq; superbi
 Sperata hausisti, sacer hic, ac magna sororum
 Anonidum cura, & dignus Apolline vates.
 Hic canet illustri primus bella Itala versu,
 At tollētq; duces celo, resonare docebit
 Hic latis Helycona modis, nec cedit honore
 Aseræ famæve seni, sic Phœbus, & Osco
 Utrix per geminum transcurrit tempus arundo.
 Vertuntur iuuenis casu percussa per agros
 Agmina, & effusæ pariter dant terga cateræ,
 Dum pater audita nati nece turbidus ire
 Barbaricum, atq; immane gemēs, transfigit anhelum
 Pectus, & ad manes vrget vestigia nati.
 At Libyæ ductor Marcello fractus, & acri
 Contusus pugna, campos damnarat, & arma
 Uerterat ad miseras non equi Martis Acerras.
 Inde ubi permisit flammis, atq; ensibus urbem,
 Nuceriæ nihilo leuior nec parciore ira
 Incussit sese, atq; equauit mœnia terræ.
 Post Casilina sibi, multum obliuētatus iniquis
 Defendentum armis, egre reserauerat astu
 Limina, & obsessis vitam pensauerat auro.
 Iamq; in Daunniagos perfundens agmina campos
 Fletebat rabiem, quò præda vel ira vocasset,

Redit poeta
 ad Hanniba-
 le & Mar-
 cellum.

SIL. ITAL.

Petilia Lu-
ranæ vrbs
à Philoctete
condita, qui
sagittas
Herculis hy-
dre sangui-
ne tinctas
habuit.

Portat⁹, ve-
hiculum cui
impositæ na-
ues p̄ cāpū
in mare rur-
sūveheban-
tur.

Hannibali
hac astutia
arcē Tarētī
nā tētanti,
nūtiatur Ca-
puā à Ro-
manis ob-
sessam.

Tarētus co-
loniasuit La-
cedæmonio-
rū: qui ab
Oebalo pue-
rō diceban-
tur Oebali.

Fumabat versis incensa Petilia tectis,
Infelix fidei, miseræq; secunda Saguntho,
Ac quondam Herculeam seruare superba pharetram,
Verterat & mentem Tyria ad conata Tarentus,
Portisq; intrarant Pœni, sed enim arce corusca
Fisa loco manus Ansoniæ, stipata sedebat.
Hic (miranda) mouens classem, quæ condita portu
Astabat, nanq; angustis è faucibus æquor
Erumpit scopulos inter, patulosq; recessu
Effundit campis secretum gurgite pontum.
Inclusas igitur, quibus haud enare dabatur
Arce superposita, claustris maris extulit astu,
P̄erq; auersa tulit portatus in arua carinas.
Lubrica roboreis aderant substramina planstris,
Atq; recens cæsi tergo prolapsa iuenci
& quoream rota ducebat per gramina puppim.
Et iam per colles, dumosq; ad littus adacta
Innabat pelago, veniens sine remige classis.
Nuntius interea, vectis non more carinis
Terentem freta, curarum feruoribus implet.
Dum procul Oebalios auet expugnare nepotes,
Et primus rostris sulcet naualibus arua,
Obsessos Capuæ muros, claustra ipsa reuelli
Portarum, ac totum miseris incurrere bellum.
Liquit cœpta ferox, pennasq; addente pudore,
Atq; ira simul, immmani per proxima motu
Euolat, & minitans auida ad certamina fertur.
Haud secus amisso tigris si concita fœtu
Emicet, attonitæ paucis lustratur in horis

Caucasus, & saltu transmittitur alite Ganges,
 Donec fulmineo partus vestigia cursu
 Colligit, & rabiem presso consumit in hoste.
 Obuius huic sparsa Centenius agmine raptim
 Funditur, audendi prauus, facilisq; periclis.
 Sed paruum decus Hannibali, nam vitis honore
 Perfunctus Latia, subito stimularat agrestis,
 Semermemq; manum sternendam obiecerat hosti.
 Bis septem demissa neci, nec substitit agmen,
 Illia bis septem, quæ non sollertior ense,
 Sed genus insignis, iustis ducebat in armis
 Fuluius, ast æque per corpora fusa iacentum
 Raptum iter est, victorq; moram non passus eundi.
 Exequiæ, tantum famam noménq; volentem
 Horrifca mentis, tenuerunt funere læto.
 Namq; per insidias (infandum) & ab hospite cæsus,
 Colloquium & promissa petit dum perfida gentis
 Lucanæ Gracchus, cæco circumdatus astu
 Occiderat, laudémq; Libys rapiebat humani.
 Sed non vt scitum celerare ad mœnia Pœnnum
 Astabat res vlllo loco. iam Consul vterq;
 Precipites aderant, Nola vis omnis & Arpis,
 & ni floridior Fabius, rapida arma ferebant,
 Hinc Nero, & hinc volucres Syllanus nocte diéq;
 Impellebat agens, properata ad bella, cohortes,
 Undiq; conueniunt, paritéq; opponere cunctos
 Vni ductores inueni placet, arduus ipse
 Tifata inuadit propior, quâ mœnibus instat
 Collis, & è tumultis subiectam despicit urbem.

Duasi cursu
 clades Han
 nibal rapti
 peregit. Pri
 mo M. Cen
 teniū Cētū
 rionē: Dein
 Gn. Fuluiū
 prætorē: cū
 equali ferē
 exercitu v
 trunq; pro
 fligauit.

Gracchus à
 Flauio Luca
 no i insidias
 perductus à
 Magone in
 terēptus est,
 & mortuus
 delatus ad
 Hani. tumu
 li honore est
 decoratus.

SIL. ITAL.

Verum ubi tot sese circumfundentibus armis
 Vallatas socium portas, vniq; negari
 Intranisse sibi, Capuâq; erumpere cernit,
 Anxius aduentus, nunc ferro frangere cœtum
 Obstantum meditatur, & huic nunc ania cœpto
 Consilia, atq; astu quærit tot millia portis
 Abstrahere arctatis, cinctosq; resolvere muros.
 Sic igitur secum, curâsq; ita corde fatigat:
 Quò mens egra vocas? rursusne pericula sumam
 Non equus regione loci? Capuâq; vidente
 Terga dabo? an residens vicini vertice montis
 Excindi ante oculos patiar socialia tecta?
 Non ita me experti Fabius, Fabioq; magister
 Turbarum expertor, cum clausos milite colles
 E uasi victor, sparsosq; per arua iuuenos
 Iactare accensis stimulaui cornibus ignes.
 Haud dum omnes abiire doli, defendere nobis
 Si Capuam ereptum est, dabitur circumdare Romanam.
 Hæc postquam placita, & tenuit sententia mentem,
 Non expectato Titan dum gurgite lucem
 Spirantes proferret equos, impellit in agmen
 Voce manûq; viros, & cœpta immania pandit.
 Perge, age, vince omnem miles virtute laborem,
 Et quantum humani possunt se tendere passus,
 Arduus accelera, Romam petis: hoc iter Alpes,
 Hoc Cannæ statuere tibi, eia incute muris
 Vmbonem Iliacis, Capuâq; repende ruinas,
 Quam tanti fuerit cadere, vt Palatia cernas
 Et denigrantem Tarpeia sede tonantem.

Hannibalis
 dubia mētis
 sollicitudo,
 qd sibi faciē
 dū deliberā
 tis.

Verba Hā-
 nibalis suos
 hortātis, vt
 strenue Ro-
 mā omniū
 laborū præ-
 miū petāt,
 quā si capi-
 ant, Capuā
 cadere non
 curent.

Instruēti glomerant gressus, Roma auribus hæret,
 Roma oculis, creduntq; ducis sollertibus actis
 Aptius id cœptum, quàm si duxisset ab ipso
 Fatali Læneadis campo, vulturna citata
 Transmittunt aluo vada, postremiq; relinquunt
 Tardandis Italis corruptas igne carinas.
 Tum Sidicina legunt pernicipibus arua manipulis,
 Tbreiciamq; Calen, vestras à nomine nati
 Orithya domos, hinc Alifanus Iaccho
 Haud inaratus ager, nymphisq; habitata Casini
 Rura euastantur: mox & vicinus Aquinas,
 Et que fumantem texere giganta Fregelle
 Agmine carpuntur volucris: fert concitus inde
 Per inga celsa gradum, duris quâ rupibus hæret
 Bellator Frusino, & surgit suspensa tumentis
 Dorso, frugiferis cerealis Anagnia glebis.
 Iamq; adeo est campos ingressus, & arua Labici,
 Linguens Telegoni pulsatos ariete muros,
 Haud dignam inter tanta morâ, nec amœna retētant
 Algida, nec inxta Innonis tecta Sabine.
 Preceps ad ripas immani turbine fertur,
 Sulfureis gelidus quâ serpit leniter undis
 Ad genitorem Anio, labens sine murmure Tybrim.
 Hic ut signa ferox, dimensaq; castra locanit,
 Et ripas tremefecit eques, perterrita pulsus
 Illa prima vadis, sacro se coniugis antro
 Condidit, & cunctæ fugerunt gurgite nymphæ.
 At matres Latie, ceu moenia nulla supersint,
 Attonite, passim furibundis gressibus errant.

Calen Thre-
 iciam dixit,
 quia à Ze-
 to & Calai
 Orithyæ &
 Borie, qui
 ex Thracia
 flat, filijs
 est condita.

SIL. ITAL.

Ante oculos astant lacerae trepidantibus umbrae,
 Quaeque grauem ad Trebiam, quaeque ad Ticina fluenta
 Oppetiere necem, Paulus Gracchusque cruenti
 Flamminiisque simul, miseris ante ora vagantur.
 Clausit turba vias, stat celsus, & asper ab ira,
 Ingentemque metum toruo domat ore senatus.
 Interdum tamen erumpunt sub casside fusa
 Per tacitum lachrymae, quidnam fortuna minetur,
 Quidve parent superi: pubes dispersa per altas
 Stat turrets, atque huc ventum sub corde volutat
 Ut iam Roma satis credat defendere muros.
 Pœnus ut ad somnos vix totam cursibus acte
 Indulsit publi noctem, vigil ille, nec ullam
 Ad requiem facilis, credensque abscedere vite
 Quod sopor eripiat tempus, radiantibus armis
 Induitur, Nomadumque iubet prorumpere turmas.
 Inde lenis frenis circum pavitancia fertur
 Quadrupedante sono percussæ mœnia Romæ.
 Nunc aditus lustrat, clausas nunc cuspide pulsat
 Infesta portas, fruiturque timore paventum.
 Nunc letus celsis astant in collibus, intrat
 Urbem oculis, discitque locos, causasque locorum.
 Ac legeret visu cuncta, & penetraret in omneis
 Spectando partes, ni magno turbine adesset
 Fulvius, hand tota Capuæ obsidione relicta.
 Tum demum castris turmas suffexit ouanteis
 Spectata ductor satiatus pectora Roma.
 Atque ubi nox depulsa polo, primaque rubescit
 Lampade Neptunus, renocatque aurora labores,

Fulvius ex
 obsidione ad
 patriam tene-
 da profectus
 quanto exer-
 citu ad Ca-
 puam obside-
 da opus fue-

Effundit rupto persultans agmina vallo,
 Et quantum clamare valet per plurima nostra
 Socij decora, & sacras in sanguine dextras
 Votis ite pares, & tantum audete sub armis
 Quantum Roma timet, reliquã hanc excindite mole,
 Nil quod vincatis toto restabit in orbe:
 Neq; populi vos Martigenæ tardarit origo,
 Intratam Senonum capietis millibus urbem,
 Assuetamq; capi: fortasse curulibus altis
 Iam vos, exemplo proavorum, ac nobile lethum
 Expectant de more senes, mortiq; parantur.
 Talibus hic Pœnus, sed contra Oenotria pubes
 Non vllas voces ducis, aut præcepta requirit.
 Sat matres stimulant, natiq;, & chara supinas
 Tendunt palmas lachrymantiq; ora parentum.
 Ostentant paruos, vagituq; incita pulsant
 Corda virum, armatis infigunt oscula dextris.
 Ire volunt, & pro muris opponere densi
 Pectora, respectantq; suos, fletumq; resorbent.
 Vt vero impulso patefactæ cardine portæ,
 Et simul erupit iunctis exercitus armis,
 Funditur immixtus gemitu, precibusq; per altos
 Ad celum muros clangor, sparsæq; solutis
 Crinibus exululant matres, atq; vbera nudant.
 Fulvius anteuolans agmen, quis nesciat inquit
 Non sponte ad nostros Pœnum venisse penates?
 A portis fugit Capuæ. subnectere plura
 Conantem tristis cæli cum murmure vasto
 Turbauit fragor, & subita de nube procellæ.

rat, inssu se
 natus i ob-
 sidione re-
 liq, ipse ele-
 ctis xv mil-
 libus peditu
 mille equitu
 Romã ten-
 dit.

Galli oï vr-
 be expugna-
 ta, senes ho-
 noru inssi-
 gnibus in cu-
 rulibus sedẽ-
 tes õnes in-
 terfecerunt.

SIL. ITAL.

Iuppiter Æthyopum remeans tellure, minantem
 Romuleo Pœnum ut vidit succedere vallo,
 Calicolis raptim excitis defendere tecta
 Dardana, & in septem discurrere iusserat arces.
 Ipse è Tarpeio sublimis vertice, cuncta
 Et ventos, simul & nubes, & grandinis iras,
 Fulminaq; & tonitrus, & nimbos conciet atros.
 Concussu tremuere poli, calúm; tenebris
 Clauditur, & terras cæco nox condit amictu.

Sic Livi. In-
 structis viri
 que exerciti
 bus in eius
 pugnae casu
 in qua vrbs
 Roma victo
 ri præmiu
 esset, imber
 ingens grã-
 dine mixtus
 ita vtranq;
 acie turba-
 nit, ut vix
 armis retē-
 tis in castra
 serereperit,
 nullius rei
 minore q̄ ho-
 stium metu.

Instat tempestas oculis, hostiq; propinquo
 Roma latet, iacta in turmas per nubila flamme
 Stridorem servant, membris insibilat ignis.
 Hinc Notus, hinc Boreas, hinc fuscis Africus alis
 Bella movent, quantis animos & pectora possint
 Irati satiare Iouis. fluit agmen aquarum
 Turbine confusum piceo, & nigrante procella,
 Atq; omneis circa campos spumantibus undis.
 Inuoluit, celsus summo de culmine montis
 Regnator superum: sublata fulmina dextra
 Librauit, clypeoq; ducis non cedere certi
 Incussit, summa liquefacta est cuspis in hasta,
 Et fluxit, ceu correptus fornacibus, ensis.
 Ambustis sedenim ductor Sidonius armis
 Sistebat socios, & cæcum è nubibus ignem
 Murmurq; à ventis misceri vana docebat.
 Tandem post clades socium, caliq; ruinam
 Non hoste in nimbis viso, non ense referri
 Signa iubet castris, mœstasq; resuscitat iras.
 Ventis debebis nimirum, hyemisq; procellis.

Unum Roma diem, sed non te crastina nobis
 Lux unquam eripiet, descendat Iuppiter ipse
 In terras licet infrendens. dum talia fatur,
 Ecce serenato clarum iubar emicat axe,
 Purgatusq; nitet discussis nubibus ether.
 & neada sensere deum, telisq; repostis
 Summissas tendunt alta ad Capitolia dextras,
 Et festa cingunt montis penetralia lauro.
 Tum vultus, modo non paruo sudore madentes,
 Nunc letos Iouis aspectant. da summe deorum,
 Da pater, vt sacro Libys inter praelia telo
 Concidat, haud alia potis est occumbere dextra.
 Sic adeo orantes pressere silentia, postquam
 Abstulerat terras nigrantibus Hesperus umbris,
 Quem simul attollens rutilantem lampada Titan
 Obruit, & vita redijt mortalibus vsus,
 Pænus adest, nec se castris Oenotria pubes
 Continet, haud dum enses stricti, mediumq; iacebat
 Tantum ad bella loci, quantum transmitters iactæ
 Sufficerent hasta, cum fulgor hebescere cæli
 Per subitum cœpit, densæq; subire tenebræ,
 Atq; dies fugere, atq; armari ad praelia rursus
 Iuppiter, incumbunt venti, crassusq; rotante
 Anstro nimborum fernet globus, insonat ipse
 Quo tremat, & Rhodope, Taurusq; & Pids & Atlas,
 Andiuere lacus Herebi, mersusq; profundis
 Agnouit tenebris caelestia bella Typhæus.
 Inuadit Notus, ac piceam cum grandine multa
 Intorquens nubem, conantem & vana minantem

Et postera
 (inquit Li-
 uinus) die eo-
 de loco acies
 instructas ea
 de tepestas
 diremit: vbi
 recepisset se
 in castra, mi-
 ra serenitas
 cum traquilli-
 tate orieba-
 tur. In reli-
 gione ea res
 apud pænos
 versa est.

S I L I A L.

Circumagit, castrisq; dncem succedere cogit.
 Verum vbi depositis sepsit sese aggere telis,
 Leta serenati facies aperitur olympi,
 Nullaq; iam mitem credas habuisse tonantem
 Fulmina, nec placido commota tonitrua celo.
 Durat, & affirmans non ultra spondet in ipsos
 Venturam crebroq; diem, modo patria virtus
 In dextras redeat, ne Romam excindere Peni
 Credant esse nefas. vbi nam tunc fulmina tandem
 Innuicti iacuisse Ionis, cum sterneret ensis
 & tolos campos? vbi cum Tyrrhena natarent
 Stagna cruore virum? pugnat pro mœnibus, inquit,
 Si rector superum tot iactis fulmine telis,
 Inter tot motus, cur me contra arma ferentem
 Afflixisse piget? ventis hyemiq; fugaces
 Terga damus, remeet queso mens illa, vigoraq;
 Quà nobis cum pacta patrum cum fœdera adessent
 Integrare acies placitum: sic pectora flammât,
 Donec equum Titan spumantia frena resoluit,
 Nec nox composuit curas, somnisve frementem
 Ausus adire virum, & redeunt cum luce furores.
 Rursus in arma vocat trepidos, clypeoq; tremendum
 Increpat, atq; armis imitatur murmura celi.
 Ut vero accepit tantum confidere diuis

Pertinax
 Hannibal
 suis persua-
 dere cona-
 tur nō deo-
 rû ordina-
 tione, sed ca-
 su per tem-
 pestates præ-
 lia esse dire-
 pta.

Cū ad mœ-
 nia vrbis
 Romæ Hân-
 nibal arma
 tus sederet
 (iqt Lini.)
 milites sub

Ausonios patres, summissaq; Betis ad oras
 Auxilia, & noctu progressum mœnibus agmen:
 Sic agitare fremens obsessos otia, iamq;
 Securam Hannibalis Romam, violentior instat.
 Iamq; propinquabat muro, quum Iuppiter egram

Iuonem alloquitur curis, mulcétq; monendo.

Nullane Sidonio iuueni, coniūxq; sororq;
Chara mihi, non vlla vnquam sine fine feroci

Adde frena viro: fuerit delere Sagunthum,
Exaequare alpes, imponere vincula sacro

Eridano, sedare lacus, etiā nunc parabit
Nostras ille domos, nostras perrumpere in arces?

Siste virum, nanq; (vt cernis) iam flagitat ignes,
Et parat accensis imitari fulmina flammis.

His dictis, grates agit, ac turbata per auras
Devolat, & prensa iuuenis Saturnia dextra,

Quorūis ò vecors? maiorāq; bella capeffis
Mortali quā ferre datur? Inno inquit, & atram

Dimouit nubem, verōq; apparuit ore.
Non tibi cum Phrygio res, Laurentiue colono,

En age (nanq; oculis amota nube, parumper
Cernere cuncta dabo) surgit quā celsus ad auras,

Aspice, montis apex, vocitata Palatia regi
Parrhasio, plena tenet, & resonante pharetra

Intenditq; arcum, & pugnas meditatur Apollo.
At quā vicinis tollit se collibus alte

Molis Auentinus, viden' vt Latonia virgo
Accensas quatiat Phlegethontis gurgite tedas,

Exertos auidē pugne nudata lacertos?
Parte alia cerne, vt seuis Gradinus in armis

Implerit dictum proprio de nomine campum.
Hinc Ianus mouet arma manu, mouet idē Quirinus,

Quisq; suo de colle deus, sed enim aspice, quantum
& gida commoneat nymbos, flammāq; vomentem

v. iij.

vexillis in
supplementis
Hispanie
profectos au-
diuit.

Palatium à
Phalato op-
pido Arca-
die, quæ ex
Parrhasia
dicitur, no-
men habet.
Hic ex Euā-
der, quæ Ar-
cas fuit, Par-
rhasius di-
citur.

SILITAL.

Noli, iquit,
gigantū mo-
re pugnare
contra supe-
ros.

Iuppiter, & quantis pascat ferus ignibus iras.
 Huc vultus flecte, atq; aude spectare tonantem,
 Quas hyemes, quantos concusso vertice cernis
 Sub nutu tonitrus? oculis qui fulguret ignis?
 Cede deis tandem, & Titania desine bella.
 Sic effata, virum indocilem pacisq; modiq;
 Mirantem superūm vultus, & flammea membra
 Abstrahit, ac pacem terris celōq; reponit.
 Respektans abiit, & castris anulsa moueri
 Signa iubet ductor, remeaturūmq; minatur.
 Redditur extemplo flagrantior ethere lampas,
 Et tremula infuso resplendent cœrula Phœbo.
 At procul è muris videre ut signa reuelli
 & neade, versūmq; ducem, tacita ora vicissim
 Ostentant, nutūq; docent quod credere magno
 Non audent hærente metu, nec abire volentes,
 Sed fraudem insidiāsque putant, & punica corda,
 Actacite natis infigunt oscula matres
 Donec procedens oculis sese abstulit agmen,
 Suspectōsq; dolos dempto terrore resoluit.
 Tum vero passim sacra in Capitolia pergunt,
 Inq; vicem amplexi permixta voce triumphum
 Tarpeij clamant Iouis, ac delubra decorant.
 Iamq; omneis pandunt portas, ruit vndiq; letum
 Non sperata petens dudum sibi gaudia vulgus.
 Hi spectant quo fixa loco tentoria regis
 Astiterint, hi quā celsus de sede vocatas
 Affatus fuerit turmas, vbi belliger Astur,
 Atq; vbi atrox Garamas, seuusq; tetenderit Hannū.

Corpora nunc vina sparguntur gurgitis vnda
 Nunc anienicolis statuunt altaria nymphis.
 Tum festa repetunt lustratis mœnibus urbem.

HERMANNI BVSCHII PASIPHIA
 si argumentum in librum decimumtertium.

m Oenia vix hostis defensa, versus ab vrbe,
 Cernere desierat, subito cum signa mouendi
 Incidit ad muros iterum calor:isset & illuc,
 Propter Palladium ni sacram Agrippa negasset
 Posse capi Romam:rapit ergo inde impius arma,
 Et te cum pleno spoliat Feronia luco.
 Littoreosq; petit quos vertit Bruttius agros.
 Fuluius hinc Capuam rediens, tandemq; subactam
 Intrat, & infidi punit commissa Senatus.
 Tristis sed geminos (quando hæc ita aguntur) Ibera
 Scipiadas terra fors abstulit. infera mœstus
 Scipio regna subit, charas vbi conuenit umbras
 Et patris, & patrum, & matris loca leta tenentis.
 Discit & eximios, quos spondent fata, triumphos.

SILII ITALICI PUNICORVM
liber decimustertius.

Egne iter emenso, vix dum Tarpe-
ia videri

Culmina defierant; toruos cū ver-
sus ad urbem

Ductor Agenoreus vultus, remea-
re parabat.

Castra locat nulla ledens vbi gramina ripa

Turia i via Turia deducit tenuem sine nomine riuum,

Appia riuu Et tacite Tuscis inglorius affluit vndis.

1^o est, ab vr Hic modo primores sociūm, modo iussa deorum,

be sex milli Nunc sese increpitat. dic o cui Lydia cade

bus passuū Creuerunt stagna, & concussa est Daunia tellus

distans. Armorum tonitru, quas exanimatus in oras

Signa refers? qui mucro tuum, quæ lancea tandem

Intrauit pectus? si nunc existeret alma

Carthago ante oculos turrita celsa figura,

Quas abitus miles causas ille se dedisses?

Imbres o patria, & mixtos cum sanguine nimbos

Et tonitrus fugio, procul hanc expellite gentis

Fæmineam Tyriæ labem, nisi luce serena

Nescire ac liquida Mauortem agitare sub æthra.

Terror adhuc inerat superūm, ac redolētia in armis

Fulmina, & ante oculos irati pugna tonantis.

Parendi tamen, & cuiunq; incumbere iusso

Durabat vigor, ac sensim diffusus ad aures,

Signa reportandi crescebat in agmine ferror.

Sic ubi perrumpit stagnantem calculus undam,
 Exiguos format per prima volumina gyros,
 Mox tremulum vibrans motu gliscente liquorem
 Multiplicat crebros sinuati gurgitis orbes,
 Donec postremo laxatis circulus oris,
 Contingat geminas patulo curvamine ripas.
 At contra Agrippa haud parvū decus (inchyta nāq;
 Semina ab Oenei ductoris stirpe traherat)
 Oetolidas inter fuit aut ignobile nomen.
 Latius opum, sed clauda fides, seseq; calenti
 Addiderat Pæno, Latiae diffusus habene.
 Is voluens veterum memorata antiqua parentum,
 Longo miles, ait, quateret cum Teucria bello
 Pergama, & ad muros staret sine sanguine Manors,
 Sollicitis Calchas (nam sic fortissimus heros
 Poscenti socero saepe inter pocula Dauno,
 Narrabat memori Diomedes condita mente)
 Sed Calchas Danais, nisi clausum è sedibus arcis
 Armiferae curent simulacrum auellere diuæ,
 Non unquam affirmat Therapneis Ilion armis
 Cessurum, aut Ledæ rediturum nomen Amyclas.
 Quippe deis visum, ne cui perrumpere detur
 Effigies ea quas unquam possederit vrbes.
 Tum meus adiuncto monstratam evasit in arcem
 Tydides Ithaco, & dextra molitus in ipso
 Custodes adytū templi, caeleste reportat
 Palladiū, ac nostris aperit mala Pergama fatis.
 Sed postquam Oenotris fundavit finibus urbem,
 & ger delicti, Phrygium placare colendo

Agrippa &
 Appulis im-
 perabat, &
 Diomede fi-
 lio Oenei or-
 tum habēs,
 Hannibalē
 docuit Ro-
 mā propter
 Palladium
 capi non
 posse.

Enarrat A-
 grippa quo
 pacto post

SIL. ITAL.

extructam
urbē Agrip
pā, Diomez
des Palladi
um Aeneæ
restituerit.

Numen, & Iliacos parat exorare penates.
 Ingens iam templum celsa surgebat in arce,
 Laomedontæ sedes ingrata Minervæ.
 Cum medios inter somnos, altamq; quietem,
 Nec calata deam, & minitans Tritonia virgo,
 Non hæc Tydide tantæ pro laudis honore
 Digna paras, non Garganus, nec Daunna tellus
 Debentur nobis, quære in Laurentibus arvis,
 Qui nunc prima locant melioris mœnia Troie.
 Huc intra, captumq; refer penetrale parentum.
 Queis trepidus monitis, Saturnia regna capeffit.
 Iam Phryx condebat Lauinia Pergama victor,
 Armâq; Laurenti figebat Troia luco,
 Verum ubi Tyrrheni peruentû ad fluminis undas,
 Castrâq; Tydides posuit fulgentia ripa,
 Priamidæ intremuere metu, tum pignora pacis
 Prætendens dextra ramum canentis oliuæ
 Sic orsus Dauni gener, inter murmura Trucrum:
 Pone Anchisiade memores irâsq; metusq;
 Quicquid ad Idæos, Xanthum, Simoëntaq; nobis
 Sanguine sudatum, Scææq; ad limina portæ,
 Hand nostrum est, egere dei, duræq; sorores.
 Nunc age quod superest, cur non melioribus cui
 Ducimus auspicijs? dextras iungamus inertes.
 Fœderis en hæc testis erit, veniamq; precatus
 Troianam ostentat trepidis de puppe Minervam.
 Hæc ausos Celtas irrupere mœnia Romæ
 Corripuit letho, neq; tot de millibus unum
 Ingentis populi, patrias dimisit ad oras.

Verba Dio
medis cū re
stitueret Ae
neæ Palla-
dium.

His fractus ductor conuelli signa manipulis
 Optato letis abitu inbet. itur in agros
 Dives ubi ante omnis colitur Feronia luco,
 Et sacer humectat fluminalia rura Capenas.
 Fama est, intactas longæni ab origine Fauni
 Creuisse in medium, congestis vndiq; donis,
 Immensum per tempus opes, lustrisq; relictum
 Innumeris aurum, solo seruante pauore.
 Hæc auidas mentes, & barbara corda rapina
 Possuit, atq; armat contemptu pectora diuinum.
 Ania tunc longinqua placent, quæ sulcat aratro.
 Ad freta porrectis Trinacria Bruttius aruis.
 Dum Libys hand letus Rhægina ad littora tendit,
 Victor summoto patrijs à finibus hoste
 Fuluius infansam Campana ad mœnia clausis
 Portabat famam, miseriq; extrema mouebat.
 Tum prensans passim cuiusq; est nomen in armis,
 Dedecus hoc defende manu: cur perfida & vrbi
 Altera Carthago nostræ, post fœdera rupta,
 Et missum ad portas Pœnum, post inra petita
 Consulis alterni, stat adhuc? & turribus altis
 Hannibalem, ac Libycas expectat lenta cohortes?
 Miscebat dictis facta, & nunc robore celsas
 Elici turres, queis vinceret ardua muri
 Cogebat, nunc coniunctas adstringere nodis
 Instabat, ferrisq; trabes, quo frangeret altos
 Portarum postes, quateretq; morantia claustra.
 Hic latera intextus stellatis axibus agger,
 Hic granida armato surgebat vinea dorso.

Sacer Capenas: q. luci
 accole tēpli
 Feroniæ cu-
 stodes & cul-
 tores essent.
 Et, vt Lini-
 ait, primiti-
 as frugum
 eò, donaq; alia pro co-
 pia portan-
 tes, multa
 auro argen-
 toq; id exo-
 ornatu has
 bebāt. His oī-
 b; donis tē-
 spoliatū tē-
 plum.
 Sensit enim
 Fuluij aduē-
 tū, qui oēs
 alicuius i ca-
 stris noīs ad
 Capuē ener-
 sionem hor-
 tabatur.

SIL. ITAL.

Ac postquam properata satis, quæ commonet vsus,
 Dat signum, atq; alacer scalis transcendere muros
 Imperat, ac senis urbem terroribus implet,
 Cum subito dextrum effulsit conatibus omen.
 Cerna fuit raro terris spectata colore,
 Quæ candore niuem, candore anteiret olores.
 Hanc agreste Capys donum, cum mœnia sulco
 Signaret, grato parvæ mollitus amore
 Nutrierat, sensusq; hominis donarat alendo.
 Inde exuta feram, docilisq; accedere mensis,
 Atq; vltro blanda, attactu gaudebat herili.
 Aurato matres assuetæ pectine mitem
 Comere, & humenti fluvio renouare colorem.
 Numen erat iam cerna loci, famulâmq; Diane
 Credebant, ac thura deum de more dabantur.
 Hæc eni, vitæq; tenax, felixq; senectam
 Mille indefessos viridem duxisse per annos,
 Seclorum numero, Troianis condita tecta
 & quabat, sed iam longo mors venerat æuo.
 Nam subito incursu senorum agitata luporum,
 Qui noctis tenebris urbem (miserabile bello
 Prodigium) intrarant, primos ad luminis ortus
 Extulerat sese portis, pauidâq; petebat
 Consternata fuga positos ad mœnia campos.
 Mactat diua tibi, tibi enim hæc gratissima sacra
 Fuluius, atq; adsis orat Latonia cœptis.
 Inde alacer, fidensq; dea, circumdata clausis
 Arma mouet, quâq; obliquo curuantur in orbem

Mœnia flexa sinu spissa vallata corona
 A ligat, & telis in morem indagine ambit.
 Dum pavitant, spumantis equi fera corda fatigans
 Enebitur porta sublimis Taurea cristis
 Bellator, cui Sidonius superare lacerto
 Ductor, & Antololas dedit, & Maurusia tela.
 Is trepido alituum tinnitu stare neganti
 Imperitans violenter equo, postquam auribus hostis
 Quidcum sese videt, ac clamore propinquo
 Claudius, huic inquit (præstabat Claudius arte
 Bellandi, & merita mille inter prælia fama)
 Huic inquit solum, si qua est fiducia dextræ,
 Det sese campo, atq; ineat certamina mecum.
 Una mora Eneadæ, postquam vox attigit aures,
 Dum daret auspiciū, vsq; in certamina ductor.
 Præcætitum capiti pœna committere Martem
 Sponte viris, erumpit ouans, ut Fulvius arma
 Imperio soluit, patulūq; inuectus in æquor
 Erigit vndantem glomerato pulvere nubem.
 Indignatus opem amenti, sociōq; iuuare
 Expulsum nodo iaculum, atq; arcessere vires,
 Taurea vibrabat nudis conatibus hastam,
 Inde ruens ira telum contorquet in auras.
 At non idem animus Rutulo, spectatur, & omni
 Corpore perlustrat, qua sit certissima ferro
 In vulnus via, nunc vibrat, nunc comprimit hastam
 Mentiturq; minas, mediam nunc transigit ictu
 Parmam, sed grato fraudata est sanguine cuspis.
 Tum strictum propere vagina detegit ensē.

Claudi^o A-
 sellus in sin-
 gulare cer-
 tamen à Iu-
 belio Tau-
 rea Campa
 no provocat^o, id modo
 morat^o est,
 ut Consulē
 percunctas
 retur: lice-
 retne extra
 ordinem in
 provocantē
 hostem pu-
 gnare: per
 missu ei^o ha-
 stē ubi vel-
 let cōgredi
 iussit: & re-
 fugientē ad
 urbē perse-
 quēs, patēti
 hostiū portæ
 inuectus, p-
 alterā stu-
 pentib^o mi-
 raculo hosti-
 bus itactus
 evasit.

S I L. I T A L.

Et iam ferrata rapiebat calce volantem
 T aurea cornipedem, fugiens minitanti fata.
 N ec Rutulus lenior cedentis perdere terga.
 N am profugo rapidus fufis instabat habenis.
 U t qz metus victum, sic ira & gloria portis
 V ictorem immisit, meritqz cupido cruoris.
 A c dum vix oculis, vix credunt mentibus hostem
 C onfifum nullo comitante irrumpere tectis,
 P er mediam propere trepidantum interritus urbem
 E git equum, aduersaqz euasit ad agmina porta.
 H inc ardore pari, ni sūqz incurrere muris
 I gnescunt animi, penetratqz tecta subire.
 T ela simul, flammæqz micant, tunc saxens imber
 I ngruit, & summis ascendunt turribus haste.
 N ec pronum, audendi virtutem excellere cuiquam,
 & quarunt iræ dextras, diēt ea per auras
 T ranat, & in medium perlabitur urbis arundo.
 L etatur non hortandi, non plura monendi
 F uluius esse locum, rapiunt sibi quisqz laborem.
 Q uos vbi tam erectos animi videt, & superesse
 F ortunam sibi quengz ducem, ruit impete vasto
 A d portam, magnæqz optat discrimina fame.
 T res claustra æquæuo seruabant corpore fratres,
 Q uois delecta manus, centeni cuiqz ferebant
 E xcubias, vnâqz locum statione tenebant.
 F orma ex his Numitor, cursu plantaqz volucrit
 P restabat Laurens, membrorum mole Laburnus.
 S ed non vna viris tela: hic mirabilis arcu,
 I lle hastam quater, ac medicatæ cuspidis iēta

Prælia moliri, & nudo non credere ferro,
 Tertius aptabat flammis ac sulfure tedas.
 Qualis Atlantiaco memoratur littore quondam
 Monstrum Geryones immane tricorporis iræ.
 Cui tres in pugna dextræ varia arma gerebant.
 Una ignes sæuos, ast altera ponè sagittas
 Fundebat, validam torquebat tertia cornum,
 Atq; vno diuersa dabat tria vulnera nisi.
 Hos vbi non æquis variantes prælia Consul
 Conspexit telis, & portæ limina circum
 Stragem, & perfusos subeuntum sanguine postes,
 Concitat intortam furiatis viribus hastam.
 Letibum triste ferens auras secat Itala taxus,
 Et quæ nudarat, dum fundit spicula ab alto
 Arcum protendens Numitor latus, ilia transit.
 At non obsepto contentus limine Martem
 Exercere lenis bello, sed turbidus ausi
 Virius incauto feruore eruperat amens
 Reclusa in campum porta, miseramq; furori
 Vincendum obtulerat pubem, ruit obuia in arma
 Scipio, & oblatum metit insatiabilis agmen.
 Tifata umbriifero generatum monte Calenum
 Nutrierant audere trucem, nec corpore magno
 Mens erat inferior, subsidere sæpe leonem,
 Nudus inire caput pugnas, certare iuuenco,
 Atq; obliqua trucidæ deducere cornua tauri
 Assuerat, crudôq; olim se attollere fato.
 Is, dum præcipites expellit Virius vrbe,
 Sen spreto, sen ne fieret mora, nudus in æquor

Tres illos
 fratres ter-
 gemios por-
 tam Capuæ
 custodiētes,
 Geryoni ab
 Hercule oc-
 ciso compa-
 rat.

SIL. ITAL.

Calenus eru
 ptiõe facta,
 Veliternum
 & Mariũ
 interemit,
 quẽ scipio i
 Mariũ ultio
 nẽ hasta su
 ma vi ada
 eta trans
 figit.

T horace exierat, seniõrque premebat anbelos
 P ondere lorica, & palantes victor agebat.
 I amque Veliternum media transegerat aluo,
 I am solitum equali ludo committere equestreis
 S cipiade pugnã, Marium tellure reuulso
 P erculerat saxo, miser implorabat amicum
 C um gemitu expirans, scopulisque premebat hiantem
 S ed validas sæno vires duplicante dolore,
 E ffundit lachrymas pariter, cornuque sonantem
 S cipio, solamen properans optabile in armis
 H ostem prostrato morientem ostendere amico.
 T ranauit, liquidas volucris cœu scinderet auras,
 H asta viri pectus, rupitque immania membra.
 Q uanta est vis agili per cœrula summa liburne,
 Q uae, pariter quoties reuocate ad pectora tonse
 P ercussere fretum, ventis fugit ocyor, & se
 Q uam longa est vno remorum præterit ictu.
 A scanium Volesus proietis ocyus armis,
 Q uo senior peteret muros, per aperta volantem
 A ssequitur planta, deiectum protinus ense
 A nte pedes domini iacuit caput, ipse secutus
 C orruit vltior prokursus impete truncus.
 N ec spes obsessis vltra reserata tueri
 M ænia, conuertunt gressus, recipique petentes
 I nfandum excludunt socios, tum cardine verso
 O bnixi torquent obices munimina seræ.
 A crius hoc instant Itali, clausosque fatigant.
 E t ni cæca sinu terras nox conderet atro,
 P erfractæ rabido patuissent milite portæ.

Liburnum,
 vel nã, ge
 nus est na
 uigij velocis
 simũ, à Li
 burnis prio
 inuentum.

Sed non in requiem pariter cessere tenebræ.
 Hinc sopor impanidus, qualem victoria novit.
 At Capua, aut mœstis ululantum flebile matrum
 Questibus, aut gemitu trepidantium exterrita patrū
 Tormentis finem, metāq; laboribus orat.
 Misset perfidiæ ductorq; caputq; senatus
 Virius à Pœno nullam docet esse salutem
 Vociferans, pulsus vivendi è pectore curis,
 Sperani sceptrā Ansoniæ, pepigiq; sub armis
 Si dexter Pœnis deus, & fortuna fuisset
 Ut Capuam Iliaci migrarent regna Quirini,
 Qui quaterent muros, Tarpeiāq; mœnia misi,
 Hoc mihi poscendi vigor affuit. alter ut æquus
 Portaret fasces nostro de nomine Consul.
 Hactenus est vixisse satis. dum copia noctis
 Cui cordi comes, æterna est Acherontis ad undam
 Libertas. petat ille meas, mensāsque dapēsque,
 Et victus mentem fuso per membra Lyæo
 Soporūq; necis morsu, medicamina cladis
 Hauriat, & placidis exarmet fata venenis.
 Hac ait, & turba repetit comitante penates.
 & dibus in medijs consurgens Ilice multa
 Extruitur rogas, hospitium commune peremptis.
 Nec vulgum cessat furiare dolorq; pañorq;
 Nunc menti seræ Decius redit, & bona virtus
 Exilio punita truci, despectat ab alto
 Sacra fides, agitātq; virūm fallacia corda.
 Vox occulta subit passim diffusa per aures:
 Fœdera mortales ne seuo rumpite ferro,

Virij oratio
 nem lege a
 pud Liviū
 tertie deca
 dis libro ses
 xto.

SILITAL.

Vox fidei cu
sus nomen
corda Cam
panorū agi
tasse poeta
fingit.

Maiores pars
Cinquit Li
nius) Senas
tus, multis
sepe bellis
expertam
populi Ro
mani clemē
tiam, haud
diffidētes si
bi quoq; pla
cibile fore,
legatos ad
dedēdā Ro
manis Ca
pnam decre
uerunt: mi
seruntq;
Postero die
porta Iouis
aperta est.

Sed castam seruate fidem, fulgentibus ostro
Hæc potior regnis, dubio qui frangere rerum
Gaudere pacta, ac tennes spes linquet amici,
Non illi domus, aut coniux, aut vita manebit,
Unquam expers luctus, lachrymæq; aget equore semper
Accellure premens, aget ægrum nocte dieq;
Despecta ac violata fides. adit omnia iamq;
Concilia, ac mensas contingit, & abdita nubes,
Accumbitq; toris, epulaturq; improba Erinys.
Ipsa etiam stygio spumantia pocula tabo
Porrigit, & large pœnas lethumq; ministrat.
Virius interea dum dat penetrare medullas
Exitio, ascenditq; pyram, atq; amplexibus heret.
Iungere tum fata, & subijci iubet ocyus ignes.
Stringebant tenebræ metas, victorq; ruebat.
Iamq; superstantem muro, sociosq; Milonem
Voce attollentem, pubes Campana videbat,
Pandunt attoniti portas, trepidosq; capessunt
Castra inimica gradu, queis letho auertere pœnas
Defuerant animi. patet vrbs confessa furorem,
Et reserat Tyrio maculatas hospite sedes.
Matrone pueriq; ruunt, mœstumq; Senatus
Concilium, nulliq; hominum lachrymabile vulgus.
Stabant innixi pilis exercitus, omnes:
Spectabantq; viros, & leta & tristia ferre
Indociles, nunc pro pexis in pectora barbis
Uerrere humum, nunc fœdantes in puluere crinem
Canentem, & turpi lachryma, precibusq; pudendis
Fœmineum tennes ululatum fundere in auras.

Atq; ea dum miles miratur, inertia facta,
 Expectatq; ferox sternendi mœnia signum,
 Ecce repens tacito percurrit pectora sensu
 Religio, & senas componit numine mentes.
 Ne flammam tedasq; velint, ne templa sub vno
 In cinerem transisse rogo, subit intima corda
 Perlabens sensim mitis deus: ille superbæ
 Fundamenta Capyn posuisse antiquitus vrbi,
 Non cuiquam visus passim monet, ille refusis
 In spatium immensum campis habitanda relinqui
 Utile teçta docet, paulatim atrocibus iræ
 Languescunt animis, & vis mollita senescit.
 Pan Ioue missus erat seruari teçta volente
 Troia, pendentis similis Pan semper, & vno
 Vix vlla inscribens terræ vestigia cornu.
 Dextera lasciuit cæsa Tegeatide capra
 Verbera lata mouens festa per compita cauda.
 Cingit acuta comas, & opaca tempora pinus,
 Ac parua erumpunt rubicunda cornua fronte,
 Stant aures, summòq; cadit barba hispida mento.
 Pastorale deo baculum, pellisq; sinistrum
 Velat grata latus, teneræ de corpore Damae.
 Nulla in præruptum tam prona, & inhospita cantes
 In qua non librans corpus, similisq; volanti
 Cornipedem tulerit præcisa per auia plantam.
 Interdum inflexus, medio nascentia tergo
 Respicit arridens hirtæ ludibria caudæ.
 Obtendensq; manum, solem inferuescere fronti
 Arcet, & vmbtrato perlustrat pascua visu.

Pana à Ioue
 ne ad Rôa-
 norû impe-
 tum sedadû
 missum pœ-
 ta fingit:
 eiusq; habi-
 tum & for-
 mam descri-
 bit.

S I L I T A L.

Hic, postquam mandata dei perfecta, malamq;
 S edauit rabiem, & permulsi corda furentum,
 A rcadiae volucris saltus, & amata reuisit
 M enala, vbi argutis longe de vertice sacro
 D ulce sonat calamis, ducit stabula omnia cantu.
 A t legio Ausonidum flammis ductore iubente
 A rceri portis, stantesq; relinquere muros,
 M ite decus mentis condunt ensesq; facesq;
 M ulta deum templis domibusq; nitentibus auro
 E geritur praeda, & victus alimenta superbi,
 Q ueisq; bonis periere, virum de corpore vestes
 F aemineae, mensq; alia tellure petita,
 P oculaq; Eoa luxum irritantia gemma,
 N ec modus argento, caelataq; pondera facti
 T antum epulis auri, tum passim corpora longo
 O rdine captiua, & domibus deprompta talenta
 P ascere longinquum non deficientia bellum.
 I mmensiq; gregis, famulae ad conuiuia turbae.
 F uluius vt finem spoliandis aedibus ere
 Belligero reuocante dedit, sublimis ab alto
 S uggestu, magnis fautor non futilis ausis.
 L auino generate, inquit, quem sospita Iuno
 D at nobis Milo, Gradini cape victor honorem
 T empora murali cunctis turrata corona.
 T um fontes procerum, meritosq; piacula prima
 A ccijit, & iusta punit commissa securi.
 H ic atrox virtus (nec enim occuluisse probatum
 S pectatum vel in hoste decus) clamore feroci
 T aurea tunc, inquit, ferro spoliabis inultus

Donat Ful-
 uius Milonē
 corona mu-
 rali, q. pri-
 mus murū
 cōscēderat.
 Alludit aut
 ad eū Milo-
 nē q. in syl-
 ua Aricina
 Clodiu iter-
 emit. Hic fu-
 it è Lauino
 vbi Iunōis
 sospite tē-
 plum erat.

Te maiorem animam? & iusso liſtore recifa
 Ignauos cadet ante pedes fortiffima cernix?
 Haud vnquam hoc nobis dederit deus, inde minaci
 Obtutu toruum contra, & furiale renidens,
 Bellatorem alacer per pectora tranſigit enſem.
 Cui ductor, patriam moriens comitare cadentem.
 Qui nobis animus, quæ dextera, quid ve viritim
 Decernet Mauors, tibi ſi rebare pudendum
 Iuſta pati, licuit pugnantem occumbere lethum,
 Dum Capua infauſtâ luit hand ſine ſanguine culpa.
 Interea geminos terra crudelis Ibera
 Fortuna abſtulerat, permiscens triſtia letis
 Scipiadas, magnûmq; decus, magnûmq; dolorem.
 Forte Dicarchea inuenis conſedit in vrbe
 Scipio, poſt belli repetens extrema penates.
 Huc triſtis lachrymas, & funera acerba ſuorum
 Fama tulit, duris quanquam non cedere ſuetus,
 Puſſato lacerat violenter pectore amictus.
 Non comites tenuiſſe valent, non vllus honorum
 Militiæ ve pudor, pietas irata ſiniſtris
 Celicolis furit atq; odit ſolatia luctus.
 Iamq; dies, iterûmq; dies abſumpta querelis.
 Verſatur ſpecies ante ora oculosq; parentis,
 Ergo excire parat manes, animasq; ſuorum,
 Alloquiq; virum tantos mulcere dolores.
 Hortatur vicina palus, vbi ſignat Auerni
 Squalentem introitum ſtagnans Acheruſius humor,
 Noſcere venturos agit mens protinus annos.
 Sic & Grynæam, quæ tum ſub nomine Phæbi

Poſt expu-
 gnatâ Ca-
 puâ, Scipio
 ni Romano
 repetenti in
 teolos, vbi
 tñ forte cõ-
 ſedit, affer-
 tur fama
 duos Scipia-
 nes P. &
 Gn. i Hiſpa-
 nia cecidiſ-
 ſe, quorũ ca-
 ſu hic Scipia
 P. Scipionis
 filius cõcuſ-
 ſus, inferos
 petit, patriæ
 patrique
 vmbraarum
 colloquio ſe
 cõſolat.

S I L I T A L.

A utonoë, tripodas sacros, antrūmq; tenebat
 F ert gressus iuuenis, consultaq; pectoris egri
 P andit, & aspectus orat contingere patrum.
 N ec cunctata diu vates, mactare repostis
 M ox vmbri, inquit, consueta piacula, nigras
 S ub lucem pecudes, reclusæq; abdere terre
 M anantem ingulis spirantum cede cruorem,
 T unc populos tibi regna suos pallentia mittent.

Renocabo ti
 bi, iquit, si-
 byllam ab
 Elysijs cam-
 pis.

C ætera quæ poscis maiori vate canentur.
 N anq; tibi Elysio repetita oracula campo
 E liciam, veterisq; dabo inter sacra Sibyllæ
 C ernere fatidicam. Phœbei pectoris vmbra
 U ade age, & à medio cum se nox humida cursu
 F lexerit, ad fauces vicini castus Auerni
 D uc prædicta sacris duro placamina diti,
 M ella simul tecum, & puri fer dona Lyæi.
 H oc alacer monitu, & promissæ nomine vatis
 A pparat occulto monstrata piacula cæpto.
 I nde vbi nox inssam procedens contigit horam,
 E t spatia equarunt tenebras transacta futuras,
 C onfurgit stratis, pergitz ad turbida porte
 O stia tartaræ, penitus queis abdita vates
 P romissa implebat, stygiôq; sedebat in antro.
 T um quæ se primum rupta tellure recludit
 I nuisum celo specus, atq; eructat acerbam
 C ocyti laxo suspirans ore paludem,
 I nducit iuuenem, ferroq; canare refossam
 O cys vrget humum, atq; arcanū murmur anhelans
 O rdine mactari pecudes iubet. acer operto

Ante omnes taurus regi, tum proxima diuæ
 Ceditur Enneæ casta cervice iuuenca.
 Inde tibi Aleæto, tibi nunquam leta Megæra
 Corpora lanigerum, procumbunt læta bidentum,
 Fundunt mella super, Bacchiq; & lactis honorem.
 Stat iuuenis, faciẽsq; Herebo quæ surgit in omni
 Exclamat vates, patere: accedentia cerno
 Tartara, & ante oculos assistere tertia regna.
 Ecce ruunt variæ species, & quicquid ab imo
 Natũ hominũ extinctũq; Chaos est, iã cuncta videbat
 Cyclopas, Scyllamq;, & pastos membra virorum
 Odyssiæ telluris equos, contende tueri,
 Eductũq; tene vagina interritus ense.
 Quæcunq; ante animæ tendunt potare cruorem
 Dissice, dum castæ procedat imago Sibyllæ.
 Interea cernæ, vt gressus inhumata citatos
 Fert umbra, & properat tecum coniungere dicta,
 Cui datur ante atros absumpti corporis ignes
 Sanguine non tacto solitas effundere voces.
 Aspicit, & subito turbatur Scipio visu.
 Qui nam te qui casus, ait, dux maxime fessæ
 Eripuit patriæ? cum tales horrida poscant
 Bella viros, nec enim dextra concesserit ulli
 Appius, aut astu, decimum lux rettulit ortum,
 Ut te, cum Capua remearem, vulnera vidi
 Mulcentem, hoc vno mœstum, quod adire nequies
 Saucius ad muros, & Martis honore careres.
 Contra quæ ductor, fesso mihi proxima tandem
 Lux gratos Phaetontis equos auertit, & atris

Verba An-
 tonoes Sci-
 pionem mo-
 nētis nevm
 brarum ad-
 uentu deter-
 reatur.

Appi⁹ clau-
 dius, qanō
 dũ erat cor-
 pus crema-
 tum, nō epo-
 to hic infos-
 so sãguine,
 loquitur, vt
 antea. Erat
 autẽ in obsi-
 dione vulne-
 rat⁹ & bre-
 ui post dedi-
 tionẽ fatig-
 at⁹ concessit.

SILITAL.

Eternum demisit aquis, sed lenta meorum
 Dum vanos ritus curat, & solennia vulgi
 Exequitur, cessat flammis imponere corpus,
 Ut portet tumulis per longum membra paternis.
 Quod te per nostri Martis precor emula facta,
 A rce, quæ patrijs artus medicamina seruant.
 Dâq; vago portas quamprimum Acherontis adire.
 Tum iuuenis, gens ò veteris pulcherrima Claudi
 Haud vlla ante tuam, quanquã non parua fatigent,
 Curarum prior extiterit, nanq; ista per omneis
 Discrimen seruat populos, variatq; iacentum
 Exequias, tumuli & cinerum sententia discors.
 Tellure (vt perhibent) is mos antiquus Ibera
 Exanima obscœnus consumit corpora vultur:
 Regia cum lucem posuerunt membra, probatum est
 Hyrcanis adhibere canes: Egyptia tellus
 Claudit odorato post funus stantia saxo
 Corpora, & à mensis exanguẽ haud separat vmbra.
 Exhausto instituit pontus vacuare cerebro
 Ora virum, & longum myrrhata reponit in anum.
 Quid qui reclusa nudos Garamantes arena
 Infodiunt? quid qui seuo sepelire profundo
 Exanimis mandant Libycis Nasamones in oris?
 At Celtae vacui capitis circumdare gaudent
 Ossa (nefas) auro, & mensis ea pocula seruant.
 Cecropidæ ob patriam mauortis sorte peremptos
 Decrevere simul communibus vrere flammis.
 At gente in Scythica suffixa cadauera truncis
 Lenta dies sepelit, putri liquentia tabo.

Arce, inquit
 medicamina
 quæ corp^o,
 ne putrescat
 conseruat,
 vt quãpri-
 mū patrijs
 sepulchris
 reddat.

Talia dum memorant, umbra veniente Sibyllæ,
 A tonoe finem hic, inquit, sermonibus adde
 Alternis, hæc hæc veri fœcunda sacerdos:
 Cui tantum patuit rerum, quantum ipse negarit
 Plus nouisse deus, me iam comitante tuorum
 Tempus abire globo, & pecudes imponere flammis,
 At grauida arcanis Cymes annis, attigit ore
 Postquam sacrificum, delibauitq; cruorem,
 In decus egregium vultus intenta inuenta,
 & therea fruerer cum luce haud segniter, inquit,
 Cymeo populis vox nostra sonabat in antro,
 Tunc te permixtum seclis, rebûsq; futuris
 & neadum cecini, sed non sat digna mearum
 Cura tuis vocum, nec enim conquirere dicta
 Aut seruare fuit proanis sollertia vestris.
 Verum age, discite puer, quando cognoscere cordi
 Iam tua deq; tuis pendentia Dardana fatis.
 Namq; tibi cerno properatum oracula vite
 Hinc petere, & patrios visu contingere manes.
 Armifero victor patrem vlcisceris Ibero,
 Creditus ante annos Marti, ferrôq; resolues
 Gaudia Pœnorum, & missum letabere bello
 Omen, Ibariacis victa Carthagine terris.
 Maius ad imperium post hæc capiere, nec ante
 Iuppiter absistet cura, quam cuncta fugarit
 In Libyam bella, & vincendum duxerit ipse.
 Sidonium tibi rectorum: pudet vrbis iniquæ
 Quod tu post decus hoc, patriâq; domoq; carebis.
 Sic vates, gressumq; lacus vertebat ad atros.

Olim, inquit,
 cecini quæ
 tibi enētura
 esset: sed me
 maiores tui
 cōtēpserūt:
 cum scilicet
 libros quos
 apportarat
 spernerent.

Omē, nouā
 ī Hispania
 Carthagi-
 nē itelligit.

Prædicat Sci-
 pioni exiliū.
 ī volūtariū
 enim exiliū
 Internum
 concessit.

SIL. ITAL.

Respondet Tum inuenis, quæcumq; datur sors durior eni;
 Scipio se pa O bñitemur ait, culpa modo pectora cessent.
 triæ ingrati Sed te oro (quando vitæ tibi causa labores
 tudinē non Humanos inuisse fuit) siste inclyta virgo
 curare, mo- P aulisper gressum, & nobis manesq; silentium
 do sua cul- Enumera, stygiæq; aperi formidinis aulam.
 pa id non A nnuuit illa quidem, sed non optanda recludis
 contingat. R egna ait, hic tenebras agitât, volitâtq; per vmbbras
 Innumeri quondam populi, domus omnibus vna.
 In medio vastum late se tendit inane,
 Huc quicquid terræ, quicquid freta, & igneus æther
 N utrinit primo mundi genitalis ab æuo,
 M ors communis agit, descendunt cuncta, capitq;
 C ampus iners quantum interijt, restâtq; futurum.
 Decē infero Cingunt regna decem portæ, quarum vna receptat
 rum portas describit. B elligeros dura Gradini sorte creatos.
 A ltera qui leges posuere, atq; inclyta iura
 G entibus, & primas fundarunt mœnibus vrbes.
 T ertia ruricolæ, Cereris iustissima turba,
 Quæ venit ad manes, & fraudum illæsa veneno.
 E xin qui lætas artes, vitæq; colendæ
 I nuenere viam, nec dedignanda parenti
 C armina fuderunt Phœbo sua limina seruant.
 P roxima quos venti, seu æq; hausere procelle.
 N aufraga porta rapit, sic illam nomine dicunt.
 F initima huic noxa gravidæ, & peccasse fatenti
 V asta patet populo, pœnas Rhadamantus in ipso
 E xpetit introitu, mortemq; exercet inanem.
 S eptima fœmineis refferatur porta caternis,

Lucentes ubi casta fouet Proserpina lucos.
 Infantum hinc gregibus, versas ad funera tedas
 Passim virginibus, turbæq; in limine lucis
 Steter extinctæ, & vagitu ianua nota.
 Tum seducta loco, & laxata lucida nocte
 Claustra nitent, quæ secreti per limitis umbram
 Effusos ducunt campos, hic turba piorum
 Nec Stygio in regno, cæli nec postea sub axe:
 Verum vstra Oceanum sacro certamina fonti,
 Letheos potat latices obliuia mentis.
 Extrema hinc auro fulgens, iam lucis honorem
 Sentit, & admoto splendet ceu sidere lunæ.
 Hac anime cælum repetunt, ac mille peractis
 Oblite ditem redeunt in corpora lustris.
 Has passim nigrum pandens mors lurida rictum,
 Quæ reditq; vias, & portis omnibus errat.
 Tum iacet in spatium sine corpore pigra vorago,
 Limosiq; lacus, late exundantibus vrit
 Ripas seuus aquis Phlegethon, & turbine anhelos
 Flammarum resonans saxosa incendia torquet.
 Parte alia torrens Cocytos sanguinis atris
 Vorticibus furit, & spumanti gurgite fertur.
 At magnis semper diuis, regiæq; deorum
 Iurari dignata palus, picis horrida riuo
 Fumiferum voluit Styx inter sulfura limum.
 Tristior his Acheron sanie, crassosq; veneno
 Et suat, & gelidam eructans cum murmure arenam
 Descendit nigra lentus per stagna palude.
 Hanc optat sanie non vno Cerberus ore,

Infantes, ma-
 lieres i par-
 tu mortue,
 Et i ipso vi-
 ta principia
 extincti, octa
 nam portâ
 tenent.

Hoc est: neq;
 sût apud in-
 feros, neque
 sub axe cæli
 sed extra
 anni solisq;
 vias, ad O-
 ceanum ubi
 fortunatæ
 insule erât.
 Certamina,
 intellige tur-
 ba piorû quæ
 sunt certa-
 mina.

SIL. ITAL.

Hæc & Tisiphones sunt pocula, & atra Megera
Hic sitit, ac nullo rabies extinguitur haustu.

omnia que
apud infero
rū limia sūt
describit.

Ultimus erumpit lachrymarum fontibus amnis
Ante aulam, atq; aditus, & inexorabile limen.

Quarta cohors omni stabulante per ania monstro
Excubat, & manes permixto murmure terret,
Luctus edax, maciesq; malis comes addita morbis

Et mœror pastus fletu, & sine sanguine pallor
Curæq; insidiæq; atq; hinc queribunda senectus,

Hinc angens utraq; manu sua guttura linor,
Et deforme malum, ac sceleri proclivis egestas,

Errorq; infido gressu, & discordia gaudens
Permiscere fretum celo, sed & ostia ditis

Centenis sœtus Briareus excludere palmis,
Et Sphynx virgineos rictus infecta cruore,

Syllæq; Centauriq; truces, umbræq; Gigantum.
Cerberus hic ruptis peragrat cum tartara vinculis,

Non ipsa Alecto, nec facta furore Megera
Audet adire ferum, dum fractis mille catenis

Viperea latrans circumligat ilia cauda.
Dextera vasta comas, nemorosaq; brachia fundit

Tax⁹ arbor
funebri est.

Taxus, Cocyti rigua frondosior vnda.
Hic diræ volucres, pastusq; cadavere vultur,

Et multus bubo, ac sparsis stryx sanguine pennis,
Harpyiæq; fouent nidos, atq; omnibus herent

Condensæ folijs, nutat stridoribus arbor.
Has inter formas coninx Iunonis auernæ

Suggestu residens cognoscit crimina regum,
S tant vincti, seroq; piget sub indice culpæ.

Circumerrant furie, pœnarumq; omnis imago.
 Quàm vellent nunquam sceptris fulsisse superbis.
 Insultant duro imperio, non digna nec æqua
 Ad superos passi manes, quæq; ante profari
 Non licitum viuis, tandem permissa queruntur.
 Tunc alius senis religatur rupe catenis.
 At alius subigit saxum, perq; ardua montis
 Vipereo domat hunc æterna Megæra flagello.
 Talia lethiferis restant patienda tyrannis.
 Sed te maternos tempus cognoscere vultus,
 Cuius prima venit non tardis passibus umbra.
 At stabat fœcunda Iouis Pomponia furto,
 Namq; ubi cognouit Latio surgentia bella
 Pœnorum, Venus insidias anteire laborans
 Innonis, fusa sensim per pectora patrem
 Implicuit flamma, quæ ni pronisa fuissent,
 Sidonia Iliacas nunc virgo accenderet aras.
 Ergo ubi gustatus cruor, admonuitq; Sibylla,
 Et dedit alternos, ambobus noscere vultus,
 Sic inuenis prior, ò magni mihi numinis instar
 Chæra parens, quam te vt nobis vidisse liceret
 Optassem stygias vel letho intrare tenebras.
 Quæ sors nostra fuit, cui te, cum prima subiret,
 Eripuit sine honore dies, & funere carpsit?
 Excipit his mater: nullos ò nate labores
 Mors habuit nostra, æthereo dum pondere partu
 Exsoluor, miti dextra Cyllenia proles
 Imperio Iouis Elysias deduxit ad oras:
 Attribuitq; pares sedes, ubi magna moratur

Prometheus.
 Sisyphus.

Hos dicit, q; mater i ipso partu obierit.

Quod d. quoniã am eras Iouis filius, nullos eni in partu more rer, dolores sensi.

SIL. ITAL.

*Scipiōi mater enarrat
 quo modo eū
 ex Ioue in
 āguē verso
 conceperit.*

A lcidæ genitrix, vbi sacro munere Leda.
 Verum age nate tuos ortus, ne bella pænescas
 V lla, nec in calum dubites te tollere factis,
 Quando aperire datur nobis, nunc deniq; disce.
 Sola die caperem media cum forte petitos
 A d requiem somnos, subitus mihi membra ligavit
 A mplexus, non ille meo veniente marito
 A ssetus, facilisq; mihi: tum luce corusca,
 I mplebat quanquam languentia lumina somnus,
 V idi (crede) Iouem, nec me mutata fefellit
 Forma dei, quod squalentem conuersus in anguem
 I ngenti traxit curuata volumina gyro.
 S ed mihi post partum non vltra ducere vitam
 C oncessum, heu quantum gemui, quod spiritus ante
 H æc tibi quàm noscenda darem, discessit in auras.
 H is alacer colla amplexu materna petebat.
 V mbrâq; ter frustra per inane petita fefellit.
 S uccedunt simulacra virûm concordia, patris,
 V nanimiq; simul patrui, ruit ipse per vmbra
 O scula vana petens iuuenis, fumôq; volucris,
 E t nebulis similes animas apprehendere certat.
 Q ueis te chare pater, quo stabant Itala regna,
 E xosus Latio deus abstulit? heu mihi: nam cur
 V lla fuere adeo, quibus à te seuis abessem
 M omenta? opposito mutassem pectore mortem.
*In campo
 Martio enī
 huiusmodi
 honoraban-
 tur sepul-*

Q uantos funeribus vestris gens Itala passim
 D at gemitus, tumulus vobis censente senatu
 M aruortis geminus surgit per gramina campo.
 N ec passi plura in medio sermone loquentis

Sic adeo incipiunt, prior hæc genitoris imago:
 Ipsa quidem virtus sibi met pulcherrima merces,
 Dulce tamen venit ad manes cum gloria vitæ
 Durat apud Superos, nec edunt obliuia laudem.
 Verum age fare decus nostrum, te quanta fatiget
 Militia: heu quoties intrat mea pectora terror,
 Cum repeto quàm seuis eas, vbi magna pericla
 Contingunt tibi: per nostri fortissime lethi
 Obtestor causas, Martis moderare furori.
 Sat tibi sunt documenta domus. octaua terebat
 Arentem culmis messem crepitantibus æstas,
 Ex quo cuncta mihi calcata, meoq; subibat
 Germano, deuexa iugum Tartessia tellus.
 Nos misera muros & tecta renata Saguntho,
 Nos dedimus Batin nullo potare sub hoste,
 Nobis indomitus conuertit terq; quaterq;
 Germanus terga Hannibalis, proh barbara nunquam
 Impolluta fides. peterem cum victor adesum
 Cladibus Hasdrubalem, subito venale cohortes
 Hispanæ vulgus, Libyco quas fecerat auro
 Hasdrubal, abrupto liquerunt agmine signa:
 Tunc hostis socio desertos milite, multum
 Ditiior ipse viris spisso circumdedit orbe.
 Non segnis nobis, nec inultis nate peracta
 Illa suprema dies, & laude inclusimus ænum.
 Excipit inde suos frater coniungere casus.
 Excelse turris post vltima rebus in arctis
 Subsidium optaram, supremâq; bella ciebam.
 Emantes tedas, ac lata incendia passim,

chris, q. vel
 in magistratu
 tu vel sine
 magistratu
 pro patria
 mortui erant
 Quamq; in
 quit, virtus
 sibi met mer
 ces sit, inuic
 dū tamē est
 eius memo
 riā apud su
 peros nō in
 terire.

Batīs ānis,
 Hispaniam
 mediam di
 uidit.

(Post vlti
 ma) id est, a
 cie nostra iā
 in fugā cō
 versa.

SIL. ITAL.

Et mille iniecere faces, nil nomine letbi
 De superis queror, haud paruo data mēbra sepulchra
 Nostra cremauerunt in morte herentibus armis.
 Sed me luctus habet, geminae ne clade ruinae
 Cesserit affusis oppressa Hispania Pænis.
 Contra quæ inuenis turbato fletibus ore.
 Dij quæso, vt merita est dignas pro talibus ausis
 Carthago expendat pœnas, sed continet acres
 Pyrenes populos, qui vestro Marte probatus
 Excepit fessos, & notis Martius armis
 Successit bello, fusos quoq; fama ferebat
 Victores acie, atq; exacta piacula cedis.
 His leti rediere duces loca amœna piorum.
 Prosequiturq; oculis puer adueneratus eunteis.
 Iamq; aderat multa vix agnoscendus in umbra
 Paulus, & epoto fundebat sanguine verba.
 Lux Italum, cuius spectanti Martia facta.
 Multum vno maiora viro, descendere nunc te,
 Atq; habitanda semel subigit quis visere regna?
 Quem contra tales effundit Scipio voces.
 Armipotens ductor, quàm sunt tua fata per urbem
 Lamentata diu, quàm penè ruentia tecum
 Traxisti ad stygias Oenotria tecta tenebras.
 Tum tibi defuncto tumulum Sidonius hostis
 Constituit, laudemq; tuo quesuit honore.
 Dumq; audit lachrymans hostilia funera Paulus,
 Ante oculos iam Flamminius, iam Gracchus, & egro
 Absumptus Cannis stabat Seruilius ore.
 Appellare viros erat ardor, & addere verba.

Consolatur
 Scipio suos:
 Nō, inquit,
 tota Hispania
 Pænis
 cessit, sed L.
 Martius in-
 uenis acer
 & vestra di-
 sciplina edo-
 ctus, rē Ro-
 manā tuta-
 tur, & vt
 fama est, vi-
 ctore pro-
 fligauit, &
 vestrā cadē
 est vltus.

Sed raptabat amor priscos cognoscere manes.
 Nunc meritum seua Brutum immortale securi
 Nomen, nunc superis æquantem laude Camillum,
 Nunc anro Curium, non vnquam cernit amicum.
 Ora Sibylla docet venientum, & nomina pandit.
 Hic fraudes pacis, Pyrrhūmq; à limine porte
 Deiecit visus orbis, tulit ille ruentem.
 Tybridis in ripas regem, solusq; reuulso
 Pone ferox ponte exclusit redeuntia regna.
 Si tibi dulce, virum, primo qui fœdera bello
 Pœnicum pepigit vidisse, hic Martius ille
 & quoreis victor cum classe Lucretius armis.
 Si studium, & seenam cognoscere Amilcaris vmbra,
 Illa est, cerne procul, cui frons nec morte remissa
 I rarum seruat rabiem, si iungere cordi est
 Colloquium, sine gustato det sanguine vocem.
 Atq; vbi permissum, & sitiens se implevit imago,
 Sic prior increpitat non miti Scipio vultu:
 Taliãne ò fraudum genitor sunt fœdera vobis?
 Aut hæc Sicania pepigisti captus in ora?
 Bella tuus toto natus contra omnia pœcta
 Exercet Latio, & perruptis molibus alpes
 E lucretius adest, feruet gens Itala Marte
 Barbarico, & resluunt obstructi stragibus annes.
 Post quæ Pœnus ait, decimum modo cœperat annum
 Excessisse puer, nostro cum bella Latinis
 Concepit inssu: licitum nec fallere diuos
 Iuratos patri: quod si Laurentia vastat
 Nunc igni regna, & Phrygias res vertere tentat,

Appiū Clau
 diū dicit, q
 ecens patri
 bus persua
 sit, ne cum
 Pyrrho fœ
 dus iniret.
 Impetū re
 gis Porſena
 Hora. Co
 des susti
 nit.

SIL. ITAL.

O pietās, ò sancta fides, ò vera propago.
 Atq; vtinam amissum reparet decus, inde citato
 Celsus abit gressu, maiòr q; recessit imago.
 Exin designat vates, qui iura sub armis
 P oscenti dederint populo, primiq; petitas
 Miscuerint Italis Pyraeo littore leges.
 Latatur, spectatq; virum insatiabilis ora
 Scipio, & appellet cunctos, ni magna sacerdos
 Ammoneat turba innumera, quot millia toto
 Credis in orbe puer, lustras dum singula visu
 Descendisse Herebo? nullo non tempore abundans
 Umbrarum huc agitur torrens, veētātq; capaci
 Agmina mole. Charon, & sufficit improba puppis.
 Post hæc ostendens iuueni sic virgo profatur.
 Hic ille est tellure vagus, qui victor in omni
 Cursu signa tulit, cui peruia Baetra, Dacæq;
 Qui Gangem bibit, & Pelæo ponte Nyphaten
 Astrinxit, cui stant sacro sua mœnia Nilo.
 Incipit Æneades. Libyci certissima proles
 Hammonis, quanto exuperat tua gloria cunctos
 Indubitata duces? similiq; cupidine rerum
 Pectora nostra calent, quæ te via, scire superbum
 Ad decus, & summas laudum perduxerit artes.
 Ille sub hæc. turpis lenti sollertia Martis,
 Audendo bella expedias, pigra extulit astris
 Haud vnquam sese virtus, tu magna gerendi
 Precipita tempus, mors atra impendet agenti.
 Hæc effatus abit. Cræsi mox aduolat umbra
 Dines apud Superos, sed mors æquarat egenis.

Decem viros
 ostendit, qui
 legum cōdēda
 rū & indi-
 ciorū ferend-
 dorū gratia
 creabatur.
 Hi à Græ-
 cis ciuitati-
 bus leges pe-
 tierūt, & in
 tabulis æ-
 neis perscri-
 pserunt.

Verba Sci-
 pionis ad
 Alexandrum
 magnū qui
 Iouis Hæmo-
 nis filius est
 habitus.
 Impigrū si-
 mul & so-
 lertē decet
 esse impe-
 ratorem,

Atq; hic Elysio tendentem limite cernens
 Effigiem inuenis castæ, cui vitta ligabat
 Purpurea effusus per colla nitentia crines,
 Dic ait, hic qui nam virgo? nam luce refulget
 Præcipua frons sacra viro, multæq; sequuntur
 Mirantes animæ, & læto clamore frequentant.
 Qui vultus? quem (si stygia non esset in vmbra)
 Dixissem facile esse deum. non falleris, inquit
 Docta comes Trivia, meruit deus esse videri,
 Et fuit in tanto non paruum pectore numen.
 Carmine complexus terram, mare, sidera, manes
 Et cantu musas, & Phœbum æquauit honore.
 Atq; hæc cuncta, prius quàm cerneret, ordine terris
 Prodidit, & vestram tulit vsq; ad sidera Troiam.
 Scipio perlustrans oculis lætantibus vmbra,
 Si nunc fata darent, vt Romula facta per orbem
 Hic caneret vates, quanto maiora futuros,
 Facta eadem intrarent hoc, inquit, teste nepotes.
 Felix Læcida, cui tali contigit ore
 Sentibus ostendi, creuit tua carmine virtus.
 Sed quæ tanta adeo gratantum turba requirens
 Heronum effigies, maiorésq; accipit vmbra?
 Inde viro stupet Læcide, stupet Hectore magno,
 Aiacisq; gradum, venerandâq; Nestoris ora
 Miratur, geminos aspectans lætus Atridas,
 Iamq; Ithacum corde æquantem Peleia facta.
 Quæturam hinc cernit Ledæi Castoris vmbra,
 A sternam lucem peragebat in æthere Pollux.
 Sed subito vultus monstrata Laninia traxit.

species vmbra
Homeri

Sibylla pro
serpente co-
mes respon-
det.

SILITAL.

Nam virgo admonuit tempus cognoscere manes
 Fœmineos, ne cunctantem lux alma vocaret.
 Felix hæc, inquit, Veneris nurus ordine longo
 Troingenas innoxia sociata prole Latinis.
 Vis & Martigenæ thalamos spectare Quirini?

Hersilia, vxor Romuli
 & Martis nurus fuit.
 Hanc dicit poeta soceros reuocasse ab armis cum Sabini propter raptas mulieres cū Romanis præliarentur.

Hersiliam cerne, hirsutos cum sperneret olim
 Gens vicina procos, pastori rapta marito
 Lustravitq; casam, culmiq; è stramine fultum
 Pressit læta torum, & soceros reuocavit ab armis.
 Aspice Carmentis gressus, Euandria mater
 Hæc fuit, & vestros tetigit præfaga labores.
 Vis & quos Tanaquil vultus gerat? hæc quoq; castæ
 Augurio valuit mentis, venturæq; dixit
 Regna viro, & dextros agnouit in alite diuos;
 Ecce pudicitia Latium decus, inclita lethi

Carmentis, Euandri mater, fatidica fuit.
 Exclamat in Romanos poëta q. tempore suo tã castas mulieres non habeant.

Fert frontem, atq; oculos terræ Lucretia fixos.
 Non datur heu tibi Roma, nec est quod malle deceret
 Hanc laudem retinere diu. Virginia iuxta,
 Cerne, cruentato vulnus sub pectore seruat,
 Tristia defensi ferro monumenta pudoris,
 Et patriam laudat miserando in vulnere dextram.
 Illa est quæ Tybrim, quæ fregit Lydia bella,
 Nondum passa marem, quales optabat habere
 Quondam Roma viros, contemptrix Cælia sexus.
 Cum subito aspectu turbatus Scipio poscit,
 Quæ pœnæ causa, & qui sint in crimine manes.
 Tum virgo, patrios fregit quæ curribus artus,
 Et stetit adductis super ora trementia frenis;

seruū Tullij filia Tullia super extin

Tullia non vlllos satis exhaustura labores,

Ardenti Phlegetonte natat, fornacibus atris
Fons rapidus furit, atq; vstas sub gurgite cantes
Egerit, & scopulis pulsat flagrantibus ora.

Illa autem quæ tondetur præcordia rostro
Alitis, en quantum resonat plangentibus alis

Armiger ad partus rediens Ionis, hostibus arcem
Virgo (immane nefas) adamato prodidit auro
Tarpeia, & pactis reseravit claustra Sabinis.

Iuxta (nonne vides? neq; enim leniora domantur
Delicta) illatrat ieiunus faucibus Orcus,

Armenti quondam custos immanis Iberi
Et morsu petit, & polluto eniſcerat vngue.

Nec par pœna tamen sceleri sacraria Vestæ
Polluit exuta sibi virginitate sacerdos.

Sed satis hæc vidisse satis, mox deinde videnti
Nunc animas tibi, quæ potant obliuia paucas
In fine enumerare paro, & remeare tenebris.

Hic Marius (nec multa dies iam restat ituro
& theream in lucem) veniet tibi origine parua

In longum imperium Consul, nec Sylla morari
Iussa potest, aut amne diu potare soporo.

Lux vocat, & nulli diuinum mutabile fatum.
Imperium hic primus rapiet, sed gloria culpe,

Quod reddet solus, nec tanto in nomine quisquam
Existet Syllæ qui se velit esse secundum.

Ille hirta cui subrigitur coma fronte, decorum
Et gratum terris Magnus caput: ille deum gens

S telligerum attollens apicem Troianus Iulo
Cæsar ano, quantas moles, quum sede reclusa

y. iij.

Et patris
corpus car-
pentis egit.

Tarpeia, ea
pra armillis
sabinis ar-
cē prodidit,
& virgo ve-
stalis incestu
commisit.

Geryona ab
Hercule oc-
cisum apud
inferos ince-
stas vrgere
dicit.

Marianis
oppressis L.
Sylla dicta
turã inuasit
quã postea
rursũ de-
posuit: solus
quia postea
Cæsar dicta
turã perpe-

SILITAL.

tuo obtinere
 volchat.
 (Stellige-
 rü) propter
 cometæ qui
 ludis fœcra
 bus Augusti
 apparuit.

H ac tandem erumpent, terrâq; mariq; movebunt.
 H eu miseri quoties toto pugnabitur orbe.
 Nec leuiora lues quàm victus crimina victor.
 Tum iuuenis lachrymans, restare hæc ordine duro
 Lamentor rebus Latijs, sed luce remota
 Si nulla est venia, & merito mors ipsa laborat,
 Perfidiæ Pœnus quibus aut Phlegetontis in vndis
 Exuret ductor scelus? aut quæ digna renatos
 Ales in æternum laniabit morsibus artus?
 Ne metue, exclamat vates, non vita sequetur
 Innuolata virum, patria non ossa quiescent.
 Nanq; vbi fractus opum, magna certamine pugna
 Pertulerit vinci, turpémq; orare salutem,
 Rursus bella volet Macedum instaurare sub armis.
 Damnatúsq; doli, desertis coninge fida,
 Et dulci nato, sinquet Carthaginis arces,
 Atq; vnâ profugus lustrabit cœrula puppe.
 Hinc Cilicis Tauri saxosa cacumina viset.
 Proh quanto leuius mortalibus ægra subire
 Seruitia, atq; hyemes, æstus, fugámq; fretúmq;
 Atq; famem, quàm posse mori. post Itala bella
 Assyrio famulus regi, falsúsq; cupiti
 Ausonia motus, dubio petet equora velo,
 Donec Prusiacas delatus segniter oras
 Altera seruitia imbellis patiatur in æno.
 Et latebram munus regni, perstantibus inde
 Æneadis reddiq; sibi poscentibus hostem,
 P ocula furtiuo rapiet properata veneno,
 Ac tandem terras longa formidine soluet.

sibyllæ ver
 ba Hâniba-
 lis fatü præ
 dicentis. Vi
 ctus, iquit,
 spe auxiliij
 Macedonũ
 rursũ bella
 volet, & ob
 id exilio dã
 natus vnica
 naue profu-
 giet.

Profugerat
 enim ad An-
 tiochũ Assy-
 riæ regẽ, cui
 etiã persua-
 sit vt cõtra
 Romanos
 bella capes-
 seret: sed vi-
 ctus Antio-
 cho, ad Pru-
 siã Bithinæ

Hec vates, Herebiq; canis se rettulit umbris.
Tum letos socios inuenis, portumq; renisit.

HERMANNI BVSCHII PASIPHILII
argumentum in librum decimumquartum.

Ascitur hinc bellum, inuenis post fata tyranni
Hispano veniens, vbi terris nomen ab amne
Imposuit pubes: nam rege Gelone creatus
Oblitus monitus, artesq; oblitus auitas
Incepit luxu, sprete virtute, cruento
Flagrare, & rigidis delicta tuentibus armis,
Cingere se ferro, & regnum terrore fouere.
Hoc igitur (neq; enim longum violentia durat)
A coniuratis tota cum stirpe perempto,
Marcellus propere Siculis annanigat oris.
Mutataq; videns, trepidos mox spargit in agros
Signa, Leontini senserunt prima Coloni.
Pugnatũq; mari, Pænoq; per alta fugato
Arma Syracusios capiunt victricia muros.

regē se cōtū
lit. vnderē
petit⁹ à Ro
manis, vene
nũ hausit.
Dixerat e
nim: Libera
mus diutur
na cura po
puli Roma
nũ, quanda
mortē senis
expectare lē
gũ censant.

SILII ITALICI PVNICORVM
liber decimusquartus.

Varia Ro-
manorū bel-
la poeta de-
scripturus,
votū pro-
pter difficul-
tatē repetit
totiusq; ope-
ris hinc ad
calcē vsque,
propositio-
nem ponit.

sicilie de-
scriptio: q̄
quodā Ita-
liæ annexa,
mox inter-
fuso marisi-
culo est auul-
sa. Vnde
Græci Rhe-
gio, quasi a
uulso, nomē
dederunt.

Leſtite nūc vestros Helyconis mu-
mina cantus,
Ortygiæ pelagus Siciliq; ad litto-
ris vrbes.
Muneris hic vestri labor est, modo
Daunia regna

Et neadum, modo Sicanos accedere portus,
Aut Macedum lustrare domos, & Achaica rura,
Aut vaga Sardoo vestigia cingere fluctu,
Vel Tyriæ quondam regnata mapalia genti,
Extremūmq; diem & terrarum inuisere metas,
Sic poscit sparsis Mauros agitatus in oris.
Ergo age, quā litui, quā ducunt bella, sequamur.
A usoniæ pars magna iaret Trinacria tellus,
Ut semel expugnante noto, & vastantibus vudis
Accipit freta cœruleo propulsa tridente.
Nanq; per occultum caeca vi turbinis olim
Impactum pelagus laceratæ viscera terre
Disijcit, & medio perumpens arua profundo,
Cum populis pariter conuulsas transtulit vrbes.
Ex illo seruans rapidus diuortia Nereus,
Sæno diuiduos coniungi pernegat æstu.
Sed spatium, quod dissociat consortia terre,
Latratus (fama est) sic arctæ interuenit vnda.
Et matutinos volucrum transmittere cantus.
Multa solo virtus, iam reddere semen aratri;

Iam montes umbrare olea, dare nomina Baccho,
 Cornipedemq; citum lituis generasse ferendis,
 Nectare Cecropias Hyblæo accendere ceras.
 Hic & Pæonios arcano sulfure fontes,
 Hic, Phæbo dignum, & Musis venerabile, vatuum
 Ora excellentum, sacras qui carmine sylvas,
 Quip̄ Syracosia resonant Helycona camæna.
 Promptæ gens linguæ, ast eadem cum bella cieret,
 Portus equoreis sueta insignire tropheis.
 Post dirum Antiphatæ sceptrum, & Cyclopea regna
 Omere verterunt primum nona rura Sicano,
 Pyrene misit populos, qui nomen ab amne
 Ascitum patrio, terræ imposuere vacanti.
 Mox Ligurum pubes, Siculo ductore, nonauit
 Possessis bello mutata vocabula regnis.
 Nec res dedecori fuit, aut mutasse pudebat
 Sicanum Siculo nomen: mox accola Minos
 Duxerat Eteretum non fausta ad bella cohortes
 Dedaleam repetens pennam: qui fraude nefanda
 Postquam perpetuas index concessit ad umbras
 Cocalidum insidijs, fesso Minoia turba
 Bellandi studio, Siculis subsedit in oris.
 Misuerunt Phrygiam prolem Troianus Acestes,
 Troianusq; Helymus, struētis, qui pube sequuta
 In longum ex sese donarunt nomina muris.
 Nec Zanclea gerunt obscuram mœnia famam,
 Dexterâ quam tribuit posito Saturnia telo.
 Sed decus Enneis haud vllum pulchrius oris,
 Quam quæ Sisyphio fundauit nomen ab Isthmo,

A quas cali-
 das dicit,
 morbos sa-
 nâtes instar
 Pæonis.
 Theocritum
 intelligit.

Sicilia habi-
 tatores or-
 die recitat.

Zande Sici-
 liæ oppidū ī
 Pelori sinu,
 dicta à fal-
 ce ibi à sa-
 turno oculi
 tata: quæ li-
 gua Sicilia
 Zandon ap-
 pellatur.
 Archias ab

SIL. ITAL.

Isthmo sisyphio, hoc est a Corintho, quæ est in Isthmo, ubi sisyphus regnavit, profectus, Syracusas cõdidit. iuxta quã est Arethusa fluvius accipiens Alphæum per subterraneos meatus ex Peloponneso illuc labentem: cuius in dicitur esse divitunt, quæ prope Pifam, ubi ludii olympici celebrantur, et viatores coronabantur, in fluvium decedens ex Arethusa demersit.

Hieron magnus in subditos comitate in Sici

Et multum ante alias Ephyræis fulget alumnis.
 Hic Arethusa suum piscoso fonte receptat
 Alpheon sacræ portantem signa coronæ.
 At non æquus amat Trinacria mulciber antra.
 Nam Lipare vastis subter depasta caminis
 Sulfureum vomit exeso de vertice fumum.
 At Etna eructat tremefactis cantibus ignes,
 Inclusi gemitus, pelagiq; imitata furorem,
 Murmure per cecos tonat inrequieta fragores
 Nocte dieq; simul, fonte è Phlegetontis ut atro
 Flammaram exundat torrens, piceaq; procella
 Semiambusta rotat liquefactis saxa cavernis.
 Sed quanquam largo flammaram exestuat intus
 Turbine, & assidue subnascens profluit ignis,
 Summo cana ingo cohibet (mirabile dictu)
 Vicinam flammis glaciem, eterniq; rigore
 Ardentes horrent scopuli, stat vertice celsi
 Collis hyems, calidãq; nivem tegit atra fanilla.
 Quid referam Eolio regnatas nomine terras?
 Ventorumq; domos, atq; addita claustra procellis?
 Hic versi penitus Pelopeia ad regna Pachyni
 Pulsata Ionio respondent saxa profundo.
 Hic contra Libyamq; situm, Chaurisq; furentes
 Cernit deuexas Lilybæon nobile Chelas.
 At quã diversi lateris frons tertia terris
 Vergit in Italiam prolato ad littora dorso,
 Celsus arenosa tollit se mole Pelorus.
 His longo mitis placido dominator in ævo
 Præfuerat terris Hieron, tractare sereno

Imperio vulgum pollens, & pectora nullo
 Parentum exagitare metu, pactamq; per aras
 Haud facilis temerare fidem, socialia iura
 A usonij multos seruarat casta per annos.
 Verum ubi fata virum fragili soluere senecta,
 Primæno cessit sceptrum exitiale nepoti,
 Et placida indomitos accepit regia mores.
 Namq; bis octonis nondum rex præditus annis,
 Caligare alto in solio, nec pondera regni
 Posse pati, & nimium fluxis confidere rebus.
 Namq; breui, nullum, delicta tuentibus armis,
 Fas notum, ignotumq; nefas, vilissima regi
 Cura pudor: tam præcipiti materna furori
 Pyrrhus origo dabat stimulos, proauiq; superbium
 & acide genus, atq; æternus carmine Achilles.
 Ergo ardor subitus Pænorum incepta fouendi.
 Nec sceleri mora iungit noua fœdera, pacto
 Cederet vt Siculis victor Sidonius oris.
 Sed stabant pœnæ, tumultumq; negabat Erinnyis
 Qua, modo pactus erat socium non cernere, terra.
 Senos namq; pati fastus, inuenemq; cruento
 Flagrantem luxu, & miscentem turpia duris,
 Haud vltra faciles, quos ira metusq; coquebat
 Iurati obtruncant, nec iam modus ensibus, addunt
 Fœmineam cædem, atq; insontum rapta sororum
 Corpora prosternunt ferro. noua seuit in armis
 Libertas, iactatq; iugum: pars punica castra,
 Pars Italos & nota volunt, nec turba furentum
 Desit, quæ neutro sociari fœdere malit.

lia regnas
 uit, & na
 t nonagita
 annos mori
 tur: cui ex
 lio Gelone
 nepos, Hier
 onymus,
 xv natus
 annos in re
 gno successit

Ex Hermia
 ne quæ ori
 ginæ a regi
 bus Epyri
 habebat, Ge
 lo Hierony
 mû procrea
 rat. Hic pa
 ctus cū Pæ
 nis est, vt
 pulsus ex si
 cilia Roma
 nis ipsa to
 ta sua esset:
 sed propter
 insolentiã &
 suis cæsus
 est: atq; a
 deo in regis
 am stirpem
 seuitum, vt
 nec fœminis
 parcerent.

SIL. ITAL.

Fabio iij,
Marcello
iij, coss. Sici-
lia Marcel-
lo decerni-
tur.

Tali Trinacriæ motu, rebûsq; Sicaniis
Exitio regis trepidis, sublimis honore,
(Tertia nam Latios renouarat purpura fasces)
Marcellus classem Zancleis appulit oris.
Atq; vbi cuncta viro, cædēsq; exposita tyranni,
Ambiguæq; hominum mentes, Carthaginis arma
Quos teneant, & quanta locos, quod vulgus amicum
Duret Troingenis, quantos Arethusa tumores
Concipiat, perstetq; suas non pandere portas,
Incumbit bello, ac totam per proxima raptim
Armorum effundit flammato pectore pestem.
Non aliter Boreas Rhodopes à vertice præceps
Quum sese immisit, decimòq; volumine pontum
Expulit in terras, sequitur cum murmure molem
Eiecti maris, & stridentibus affremit alis.
Prima Leontinos vastarunt prælia campos,
Regnatam duro quondam Lestrigone terram.
Instabat ductor, cui tarde vincere Graias
Par erat, ac vinci turmas, ruit equore toto
Fœmineum credas maribus concurrere vulgum.
Et Cereri placidos fœcundat sanguine campos.
Sternuntur passim, pedibûsq; enadere lethum
Eripuit rapidus maior, vt cuiq; salutem
Promisit fuga, præueniens dux occupat ense.
Ite, gregem & metite imbellem, ac succidite ferro
Clamat, cunctantes vrgens vmbone cateruas.
Pigro luctandi studio, certamen in vmbra
Molle pati docta, & gaudens splendescere oliuo,
Stat mediocre decus vincendum ignava iuuentus.

Cōparatio.

Primo impe-
tu Leontio-
rū vrbs ex
pugnata, q;
crederet
Marcellus
nisi celeris
ter Graias
vt ibelles vr-
bes vince-
ret, æque ef-
se ac si vin-
ceretur.

Hæc laus sola datur, si viso vincitis hoste.
 Ingruit audito ductore exercitus omnis,
 Solâq; quod superest secum certamina norunt
 Quis dextra antistet, spoliisq; excellat opimis.
 Euboici non per scopulos illisa Caphareo
 Eurypi magis vnda furit: pontum ve sonantem
 Eicit angusto violentius ore propontis:
 Nec feruet maiore fretum, rapiturq; tumultu
 Quod ferit Herculeas extremo sole columnas.
 Mite tamen dextræ decus inter prælia tanta
 Eruit, fama miles Tyrrhenus, Asylo
 Non omne erat, captus quondam ad Thrasimena flueta,
 Seruitium facile, & dominantis mollia iussa
 Expertus Berræ, patrias remeabat ad oras
 Sæpè tentus heri, repetitisq; impiger armis
 Tum veteres Siculo casus maiorte piabat.
 Atq; is, dum medios inter fera prælia miscet,
 Illatus Berræ, cui pacta ad regia misso
 Pænorum à populis, sociatâq; bella gerenti
 Erato cassis munimine clauserat ora,
 Inuadit inuenem ferro, trepidèq; ferentem
 Instabiles retro gressus, prosternit arena.
 Ac miser audita victoris voce, trementem
 Cunctantemq; animam stygia tunc sede reducens,
 Cassidis à mento malefide vincula rupit,
 Ingebâtq; preces, atq; addere verba parabat.
 Sed subito aspectu, & noto conterritus ore
 Tyrrhenus, ferrumq; manu reuocauit, & ultro
 Talia cum gemitu lacrymis effudit obortis:

Solâ curâ
 q; caso ho-
 stium duce,
 opima refe-
 rat spolia.
 Triplex Ro-
 manorû ipe-
 tus compa-
 ratio.

Asylus Hes-
 truscus ad
 lacum Perusi-
 num à Pænis
 captus, per
 missu Berræ
 redierat in
 Hetruriam,
 resumptisq;
 armis, prius
 quam ex
 Sicilia disce-
 deret, serui-
 tutem vlscis
 volebat, Et
 inter medi-
 os pugnas,
 in Berram
 Carthagi-
 nensium pa-
 tri inuadi
 cum Hiero-
 nymo lega-
 tum, irruit,
 cui prostra-
 to ac cogni-
 to, beneficij
 memor, vi-
 tam donauit.

SIL. ITAL.

Ne queso supplex lucem, dubiūsq; precare,
 Fas hostem seruare mihi. multo optimus ille
 Militia, cui postremum est, primūq; tueri
 Inter bella fidem: tu lethum euadere nobis
 Das prior, & seruas nondum seruatus ab hoste.
 Haud equidem indignum memet, quæ tristia vidi,
 Abnuerim, dignūq; iterum in peiora reuolui,
 Si tibi per medios ignes, mediōsq; per enses
 Non dederit mea dextra viam: sic fatur, & vltro
 At tollit, vitāq; exæquat munera vite.
 At compos Sicula primum certaminis ora
 Marcellus cæpti, victricia signa quieto
 Agmine progrediens Ephyrea ad mœnia vertit.
 Inde Syracosias castris circumdedit arces.
 Sed ferri languerat amor, sedare monendo
 Pectora cæca virū, atq; iras auellere auebat.
 Nec (renuant si forte sibi, & si mitia malle
 Credant esse metum) laxis aufertur omīssa
 Obsidio claustris, quin contra intentior ipse
 Inuigilat cantis fronte imperterritus armis,
 Et struit arcana, nec opina pericula cura.
 Haud secus Eridani stagnis, ripa'ue Caystri
 Innatat albus olor, pronōq; immobile corpus
 Dat flunio, & pedibus tacitas eremigat vndas.
 Interea dum incerta labat sententia clausis,
 Exciti populi, atq; vrbes socia arma ferebant.
 Incumbens Messana freto, minimūq; reuulsa,
 Discreta Italia, atq; Osco memorabilis ortu.
 Tum Catine nimium ardenti vicina Typheo,

Ni te serua
 nero, iquit,
 memet di
 gnū cense
 qui rursum
 in seruitutē
 retraheret.

Leōtinis des
 nictis, Mar
 cellus Syra
 cusas contē
 dit, & op
 tans admo
 nitiōib; pijs
 eorū aiōsad
 fidē pellice
 re, de pace
 rōponēda le
 gatosmisit,
 nihil tamen
 de obsidiōe
 remittens.

Et generasse pios quondam celeberrima fratres:
 Et cui non licitum fatis Camerina moueri.
 Tum quæ neÆtareis vocat ad certamen Hymetton
 Audax Hybla fauis, palmis quoq; onusta Selynis:
 Et insti quondam portus, nunc littore solo
 Subsidiũ infidum fugientibus æquora, Myle.
 Nec non altus Eryx, nec non è vertice celso
 Centuripe, largõq; virens Entella Lyæo.
 Entella HeÆtoreo dilectum nomen Aceste.
 Non Tapsos, non è tumultis glacialibus Acræ
 Defuerunt, Agathyrna manus, geminõq; Lacone
 Tyndaris attollens sese affuit, altor equorum
 Mille rapit turmas, atq; hinnitibus æra flammã
 Pulveream voluens Agragas ad mœnia nubem.
 Ductor Grosphus erat, cuius cælata gerebat
 Taurum parma truce, pœnæ monumenta vetusta.
 Ille ubi torreret subiectis corpora flammis,
 Mutabat gemitus mugitibus, aetãq; veras
 Credere erat stabulis armenta effundere voces.
 Hand impune quidem, nam diræ conditor artis
 Ipse suo moriens immugit flebile tauro.
 Venit ab amne trahens nomẽ Gela, venit & Hesa,
 Et qui præsentem domitant periura Palici
 Pectora supplicio, Troianãq; venit Acesta.
 Quiq; per Ætneos Acys petit æquora fines,
 Et dulci gratam Nereida perluit vnda,
 & mulus ille tuo quondam Polyphœme calori
 Dum fugit agrestem violenti pectoris iram,
 In tenues liquefactus aquas, enasit & hostem,

Catiæ vrbs
 in radicib⁹

Aetnæ, vn-
 de oriundi
 fratres Am-
 phimon &
 Anapias, q;
 cū clades i-
 ferretur, pæ-
 rêtes hume-
 ris incolus
 mes extuler-
 runt.

Entella vrbs
 nomen ab
 Entello, qui
 cū Darete,
 Aceste hor-
 tante, cæsti-
 bus pugnar-
 uit.

Perillus in
 facta à se
 tauro, &
 Phalaridi
 donato pri-
 mus pœnas
 est expert⁹.
 Palicorum
 vrbs tẽplũ
 religiõe ve-
 tusta horrõ
 dũ habebat,
 in quo piur-
 ri stati obe-
 scabantur.
 Acys flui⁹
 prope Aet-
 nã, nomẽ ab
 Acy puero
 in eũ cõuer-
 so, habens.

SIL. ITAL.

Et tibi victricem Galathea immiscuit undam.
 Nec non qui potant Hyspamqz, Alabinqz sonoros,
 t perlucens Splendenti gurgite A chaten.
 Qui fontes Vagedrusa tuos, & pauperis alvei
 Hypaten, ac facilem superari gurgite parco
 Pantagyam, rapidiqz colunt vada flana Simetbi.
 Littora Thermarum prisca dotata camæna.
 A rmanere suos, quâ mergitur Hymera ponto
 & olio, nam diuiduas se scindit in oras,
 Nec minus occasus petit incita, quàm petit ortus.
 Nebrodes gemini nutrit diuortia fontis
 Quo mons Sicania non surgit ditior umbra.
 Enna deum lucis sacram dedit ardua dextram.
 Hic specus ingentem laxans telluris hiatum
 Cecum iter ad manes tenebroso limite pandit,
 Quâ nouus ignotas Hymenæus venit in oras.
 Hac stygius quondam stimulante cupidine rector
 Ausus adire diem, mæstôqz Acheronte relicto
 Illicitas egit currum per inania terras.
 Tum rapta preceps Ennea virgine cessit.
 Attonitos cæli visu, lucemqz canentes
 In styga rursus equos, & prædam condidit umbris.
 Romanos Petrea duces, Romana petiuit
 Fœdera Callipolis, lapidosiqz Eugion artus.
 Hadranum, Hergentumqz simul, telâqz superba
 Lanigera Melite, & littus piscosa Melacte,
 Quæqz procelloso, Cephaledias ora, profundo
 Cæruleis horret campis pascentia cete,
 Et qui correptas sorbentem vorticis haurit,

Thermæ op
 pidū ad ma
 re colonia
 Romanorū
 vbi primū
 comædia re
 perta.

Ex nebrode
 oritur Hy
 mera flui
 us, q. postea
 diuiditur.

Iuxta En
 nâ Cereri
 & Proserpi
 næ sacram,
 spelûca erat
 p quâ Plu
 to Proserpi
 nam aspor
 tasse fabus
 latur.

Eugion op
 pidū in sa
 xoso monte
 situm.

Atq; iterum è fundo iaculantem ad sidera puppes
 Taurominitana cernunt de sede Charybdim.
 Hæc Latium manus & Laurentia signa mouebat.
 Cætera Elyseis aderat gens Sicana votis.
 Mille Agathyrna dedit, perflatq; Strôgilos austris,
 Mille Thoanteæ sedes Fascellina diuæ.
 Tergemino venit numero fœcunda Panormos,
 Sen Syluis sectare feras, seu retibus æquor
 Vertere, seu calo libeat traxisse volucrem.
 Non Herbesos iners, non Naulocha pigra pericli
 Sederunt, non frondosis Morgentia campis
 Abstinnit Marte infido, comitata Nemeis
 Venit Amastra viris, & paruo nomine Thisse,
 Et Netum, & Micite, pubesq; liquentis Acheti,
 Sidonia & Drepane, atq; vnde clamor Helorus.
 Et mox seruili vastata Triochala bello,
 Sidonios Arabeia ferox, & celsus Ietas,
 Et bellare Tabas docilis, Cossyrâq; parua:
 Nec maior Megara Mute concordibus ansis
 Inuere, & strato Caulum spectabile ponto
 Cum sonat Halcyones cantu, nidôsq; natantes
 Immota gestat sopitis fluctibus vnda.
 Ipsa Syracuse patulos vrbs inclyta muros
 Milite collecto, variisq; implenerat armis.
 Ductores facilem impelli, letamq; tumultus
 Vaniloquo pubem furiabant insuper ore.
 Nunquam hoste intratos muros, & quattuor arces,
 Et Salaminiaçis, quantam, Eoisq; Tropheis
 Ingenio portus vrbs inuia fecerit vmbra.

Predicto
 manos, reli
 qui Cartha
 ginenses ses
 quati.

Tergemio,
 tribus milli
 bus.

Hæc iacta-
 bant ducto-
 res: Nauali
 prelio xera

SIL. ITAL.

xē apud sa
 lamina vi-
 Etum, q ab
 oriēte i Græ
 viam irruer-
 rat, & A
 theniēsum
 imperij no-
 bilitatē por-
 tus ingenio
 naufragiū
 fecisse.
 Fratres Hip-
 pocrates &
 Epicles na-
 ti Carthagi-
 ne, sed oriū
 di ab Syra-
 cusis exule-
 auo, Pœni
 ipsi matero
 no genere.
 Per hos iun-
 cta societas
 Hannibali.
 Describit
 turrim ab
 Archimede
 extructā, q
 tāto Roma-
 norū exerci-
 tui sua idu-
 stria obstitit
 quo minus
 primo impe-
 tu Syracus
 Jas caperēt.

Spectatum proavis, ter centum ante ora triremes
 Unum naufragium, mersāsque impune profundo
 Clade Pharetrigeri subnixas regis Athenas.
 Flammabant vulgum geniti Carthagine fratres
 Pœni matre genus, sed quos sub crimine pulsus
 Urbe Syracosia Libycis eduxerat oris
 Trinacrius genitor, gemināque à stirpe parentum
 Astus miscebant Tyrios leuitate Sicana.
 Quæ cernens ductor, postquam immedicabile visum
 Seditio, atque vltro bellum surgebat ab hoste,
 Testatus diuos Siculorum, amnēsque, lacūsque
 Et fontes Arethusa tuos, ad bella vocari
 Inuitum, quæ sponte diu non sumpserit, hostem
 Induere arma sibi, telorum turbine vasto
 Aggreditur muros, atque armis intonat vrbi.
 Par omneis simul ira rapit, certantque, ruuntque.
 Turris multiplici surgens ad sidera tecto
 Excibat, tabulata decem cui crescere Grains
 Fecerat, & multas nemorum consumpserat umbras.
 Armatam hinc igni molem, & deuoluere saxa
 Certabant, calidæque picis diffundere pestem.
 Hic procul ardentem iaculatus lampada Cimber
 Coniicit, & lateri telum exitiabile figit,
 Pascitur adiuto Vulcanus turbine venti,
 Gliscentemque trahens turris per viscera labem,
 Perque altam molem & turris nascentia tecta
 Scandit ouans, rapidisque vorat trepidantia flammis
 Robora, & ingenti simul exundante vapore
 Ad cælum victor nitentia culmina lambit.

Implentur fumo, & nebula caliginis atræ,
 Nec cuiquam enasisse datur, ceu fulminis ictu
 Correpta rapido in cineres abiire ruina.
 Par contra pelago miseris fortuna carinis.
 Namq; ubi se propius tectis, vrbiq; tulere,
 Quâ portus muris pacatas applicat vndas,
 Impronisa nouo pestis conterruit astu.
 Trabs fabre teres, atq; erasis vndiq; nodis
 Nautali similis malo, præfixa gerebat
 Unca tela manus, ea celso ex aggere muri
 Bellantes, curui rapiebat in aera ferri
 Unguib; & mediam reuocata ferebat in urbem.
 Nec solos vis illa viros, quin sepe triremem
 Belligera rapuere trabes, cum desuper actum
 Incuterent puppi chalybem, morsusq; tenaces.
 Qui simul affixo vicina in robora ferro
 Sustulerant sublime ratem (miserabile visu)
 Per subitum rursus laxatis arte catenis
 Tanta præcipitem reddebant mole profundo,
 Ut totam haurirent vndæ cum milite puppem.
 His super insidijs angusta foramina murus
 Arte cauata dabat, per quæ confundere tela
 Tutum erat opposito mittentibus aggere valli.
 Nec sine fraude labos, arcta ne rursus eodem
 Spicula ab hoste via vicibus contorta redirent.
 Calliditas Graia, atq; astus pollentior armis
 Marcellum, tantâsq; minas, terrâq; mariq;
 Arcebat, stabâtq; ingens ad mœnia bellum.
 Vir fuit Isthmiacis decus immortale colonis,

2.ij.

Describit i-
 strumētū qd
 Archimedes
 cōtra nauas
 id apparatus
 tum excogitauerat.
 Reuocato,
 reducta plū
 beo libramē
 to, vt Linn.
 ait.

Tutto mitte
 bāt tela in
 vallum Ro
 manorum,
 sed quia fo
 ramina for
 rinsecus ar
 eta erāt, re
 mitti à Ro.
 nō poterāt.

S I L I T A L.

*Archimedis
descriptio,
quæ totius
Mathemati-
cæ peritum
fuisse asses-
sit.*

Ingenio facile ante alios telluris alumnos,
 Nudus opum, sed cui cælum terræq; paterent.
 Ille nouus pluuias Titan vt proderet ortu
 Fuscatis tristis radijs, ille hereat, an'ne
 Pendeat instabilis tellus, cur fœdere certo
 Hunc affusa globum Tethys circumliget undis,
 Nouerat, atq; vna pelagi lunæq; labores,
 Et pater Oceanus qua lege effunderet astus.
 Non illum mundi numerasse capacis arenas
 Vana fides, puppes etiam, constructaq; saxa
 Fœminea traxisse ferunt contra ardua dextra.
*Describit na-
uale præliū
cū aduenien-
ti Carthagi-
nensiu classe
cōmissum, i
quo Romas
ni victores
euasere. Dis-
sentit tamē
Linius.*

Hic dum Italum ductorem astu, Tenacrosq; fatigat
 Adnabat centum late Sidonia velis
 Classis subsidio, & scindebat cœrula rostris.
 Erigitur subitas in spes Arethusia proles,
 Adiungitq; suas portu progressa carinas.
 Nec contra Ansonius tonsis aptare lacertos
 Ad dubitat, mersisq; celer fodit equora remis.
 Verberibus torsere fretum, salis ic̄ta frequenti
 Albescit pulsu facies, p̄erq; equora late
 Spumat canenti sulcatus gurgite limes.
 Insultant pariter pelago, ac Neptunia regna
 Tempestate nona trepidant, tum vocibus equor
 Personat, & clamat scopulis clamoris imago.
 Ac iam diffusus vacua bellator in vnda
 Cornibus ambierat patulos ad prælia fluctus,
 Nauali claudens humentem indagine campum.
 At simili curuata sinu diuersa ruebat
 Classis, & arctabat lunato cœrula gyro.

Nec mora, terrificis senæ stridoribus æris
 Per vacuum lætæ cantu resonante profundum
 Incubere tubæ, queis excitus æquore Triton,
 Expandit, tortæ certantia murmura conchæ.
 Vix meminere maris, tam vasto ad prælia nisu
 Incumbunt proni, positiq; in margine puppis
 Extremæ plantis, mutantès spicula torquent.
 Sternitur effusis pelagi media area telis,
 Cessaq; anhelatis exurgens ictibus alnus.
 Cœrula nigranti fundit spumantia sulco.
 Ast aliæ laceræ, atq; incussi roboris ictu
 Detergent remos, aliæ per viscera pinus
 Transmissis ipso retinentur vulnere rostris
 Quo retinent: medias inter sublimior ibat
 Terribilis visu puppis, qua nulla per omne
 Egressa est Libycis maior naualibus ænum.
 Sed quater hæc centum numerofo remige pontum
 Pulsabat tonsis, velôq; superba capaci,
 Cum rapidum hauriret Boream, & cornibus omnes
 Colligeret flatus, lento se corpore agebat
 Intraret fluctus solis si pulsa lacertis.
 Procurrunt lenitate agili, docilèsq; regentis
 Audivisse manum Latio cum milite puppes.
 Has vt per lænum venientes æquor Himilco
 In latus obliquas, inssamq; incurrere proram
 Conspexit, propere diuis in vota vocatis
 & quoris, intento volucrem de more sagittam
 Assignat neruo: vtq; oculis libranit in hostem,
 Et calamo monstravit iter diuersa relaxans

z. iij.

Triton, ma-
 rinus deus
 est Neptuni
 filius, & tu-
 bicen.

Nautæ Himil-
 conis descri-
 bit, quæ ob-
 ingentē ma-
 gnitudinem
 quadringen-
 tos remos
 habebat.

Quamq; in-
 quit, plenis
 velis mone-
 retur, nō ta-
 men plus, q̄
 si solis rea-
 mis ageres-
 tur, impella-
 batur.

S I L I T A L.

Brachia, deduxit vultu comitante per auras
 In vulnus telum, & residentis puppe magistri
 Affixit pleetro dextram, nec deinde regenda
 Puppe manus valuit flectenti immortalis clauo.
 Dumq; ad opem accurrit ceu capta nauita puppe,
 Ecce iterum fatigq; pari nervoq; sagitta
 In medium per lapsa globum, transuerberat icteru
 Orba gubernaculi subeuntem munera Taurum.
 Irrumpit Cumana ratis, quam Corbulo ductor
 Letaq; complebat Stabiarum littore pubes.
 Numen erat celsæ puppis, vicina Dione.
 Sed super ingestis propior quæ subdita telis
 Bella capessabat, media subsedit in vnda,
 Diuisitq; fretum, clamantem spumeus ora
 Nereus implet aquis, palmæq; trahente profundo
 Luctantum frustra, summis in fluctibus extant.
 Hic audax ira magno per cœrula saltu
 Corbulo transgressus (nam textam robore turrim
 Appulerant nexæ ferri compage triremes)
 Euadit tabulata super, flammâq; comantem
 Multifida pinum celso de culmine quassat.
 Inde atros alacer, pastosq; bitumine torquet
 Aduentante noto Pœnorum aplustribus ignes.
 Intrat diffusos pestis vulcania passim,
 Atq; implet dispersa foros, trepidatur omisso
 Summis remigio, sed enim tam rebus in arctis
 Fama mali nondum tanti penetrarat ad imos.
 Et rapidus ferror per pingues vngvine tedas
 Illapsus, flammis vitricibus insonat alueo.

Stabiæ ve-
 tus Campa
 niæ oppidū.
 Et alludit
 poeta ad
 Corbulonē
 qui tpe Nes-
 ronis Arme-
 niæ presu-
 it.
 Templū Ve-
 neris i Erys-
 se Siciliæ
 monte erat.
 Quare di-
 xit: vicina
 Dione.
 Corbulo pro-
 ximam Hi-
 milconi nas-
 uem Roma-
 nâ submersi-
 sam vlcisci
 volens, eius-
 dem nauis
 ignem inij-
 cit.

Quà nondum tamen intulerat vim Dardana lampas,
 Parcebâtq; vapor, saxorum grandine dirus
 Arcebat, fatûmq; ratis retinebat Himilco.
 Hic miser igniferam dum ventilat aere pinum,
 Murali saxo per lubrica sanguine transtra
 Voluitur in fluctus, Lychei vulnere, Cidnus.
 Fax nidore graui foedauit comminus auras,
 Ambusto in stridens pelago, ferus inde citatum
 Missile adorata contorquet Sabrata puppe.
 Hammon numen erat Libycæ gentile carinae,
 Cornigerâq; sedens spectabat cœrula fronte.
 Fer pater afflictis fer, ait, Garamantice vates
 Rebus opem, inq; Italos da certa effundere tela.
 Has inter voces tremulo venit agmine cornus,
 Et neptunicolæ transuerberat ora Telonis.
 Urgebat nihilo lenius iam in limine mortis
 Quos fuga præcipites, partem glomerarat in vnâ
 Puppis adhuc vacuam tedæ, sed proxima cursu
 Fulmineo populatus inenitabilis ardor,
 Correptam flammis inuoluit onantibus alnum.
 Primus ope æquorei funis delapsus in vndas,
 Qua nondum stygios glomerabat mulciber æstus,
 Ambustus socium remis aufertur Himilco.
 Proxima nudarunt miserandi fata Bathonis
 Desertam ductore ratem, bonus ille per artem
 Crudo luctari pelago, atq; exire procellas.
 Idem quid Boreas, quid vellet crastinus auster
 Anteibat, nec pernixilem tu fallere vultum
 Obscuro quamuis cursu Cynosura valeres.

z.iiiij.

Cidnus i ha
 stiâ nauem
 ignem iniici
 ens, à Li
 cheo interis
 mitur.

Sabrata, in
 uocato tone
 Hæmonia q
 apd pœnos
 sub specie ar
 rietis coleba
 tur, et i pup
 pe depictus
 erat hastam
 imisit, qua
 Telonē con
 fecit. Allu
 dit aut poe
 ta ad Telo
 nē qui Cas
 preis regna
 uit. dixit enī
 Neptunico
 le, hoc est,
 mare inco
 lentis.
 Commēdas
 Bathonē à
 nauigandi
 peritiâ.

SILITAL.

Is postquam aduersis nullus modus, accipe nostrum
 Hammon sanguinem ait, spectator cladis iniquæ.
 Atq; acto in pectus gladio, dextra deinde cruorem
 Excipit, & large sacra inter cornua fundit.
 Hos inter Daphnis deductum ab origine nomen
 Antiqua fuit infelix, cui linguere saltus,
 Et mutare casas infido marmore visum.
 At princeps generis quanto maiora parauit
 Intra pastorem sibi nomina, Daphnin amarunt
 Scelides Musæ, dexter donauit auena
 Phœbus Castalia, & inssit proiectus in herba
 Siquando caneret, letos per prata per arua
 Ad Daphnin properare greges, riuosq; silere.
 Ille ubi septena modulatus arundine carmen
 Mulcebat syluas, non vnquam tempore eodem
 Siren assuetos effudit in equore cantus,
 Syllæi tacere canes, stetit atra Charybdis,
 Et latens scopulis audiuit iubila Cyclops.
 Progeniem hauserunt, & nomen amabile flammæ,
 Innatat ecce super transtris fumantibus asper
 Ornytos, ac longam sibimet facit equore mortem.
 Qualis Oilides, fulmen iaculante Minerva
 Surgentes domuit fluctus ardentibus vlnis.
 Transigitur valida medius, dum se allenat alui
 Cuspide Marmarides Scyron, pars subnatat vnda
 Membrorum, pars extat aquis, totumq; per equor
 Portatur rigido miserandum immortalia rostro.
 Accelerant puppes vtrinq; atq; ora ruentum
 Sanguinei feriunt remorum aspergine rores.

Hic Daph-
 nis ab anti-
 quo illo pri-
 mo Bucolici
 carminis i-
 uentore ori-
 ginē habēs,
 flāmī con-
 sumitur.

Comparat
 Daphnin
 Aiaci à Mi-
 nerua fulmi-
 ne iclo. Me-
 dius alui, si-
 li locutio, p
 mediam ala-
 num.

Ipse adeo senis ductor Retheius ibat
 Pulsibus, & valido superabat remige ventos,
 Quam rapidis puppem manibus frenare Lileus
 Dum tentat, sena truncatur membra bipenni,
 Et fert haerentes trabibus ratis incita palmās.
 Sicania Coliden portabant transtra Podetum.
 Hic ano quanquam nondum excessisset ephœbis,
 seu leni traxere dei, seu feruida corda,
 Nec sat maturus laudum, belliq; cupido,
 Arma puer niveis aptarat picta lacertis,
 Et freta gaudebat celsa turbare Chimera.
 Tamq; super Rutula, super & Garamantide pinn
 Ibat ouans melior remo, meliôrq; sagitta,
 Et iam turrigerum demerserat equore Nessum.
 Hen puero male suada rudi noua gloria pugna.
 Dum cristam galeæ trucidis, exuniâsq; precatur
 De duce Marcello superos, temerarius hasta
 Excepit raptim vulnus lethale remissa.
 Proh qualis, seu splendentem sub sidera nisu
 Exigeret discum, iaculo seu nubila supra
 Surgeret, aligeras ferret seu puluere plantas
 Vix tacto, vel dimensi spatia improba campi
 Transiret velox saltu, docuere labores.
 Sat prorsus, sat erat decoris discrimine tuto,
 Sat laudis, cur facta puer maiora petebas?
 Illum ubi labentem pepulerunt tela sub vndas,
 Ossa Syracosio fraudatum naufraga busto
 Fleuerunt freta, fleuerunt cyclopea saxa,
 Et Cyanes, & Anapus, & Ortygia Arethusa.

Exeruerit
 enim atiqui
 inuētū vā
 rīs exerci-
 tationibus,
 quibus sine
 periculo suis
 in locis ta-

SIL. ITAL.

men cenferi
poterant.

Mela hor-
batur vincu-
lis ruptis a
Mehi Roma-
nos q in na-
uē se immi-
ferāt, & à
fuis remo-
tos obrun-
eari, quod
parās Poly-
phæmus, à
Laronio in-
terficatur.

P arte alia præses puppem Tyberinus agebat
Quâq; ferebatur ductor Sidonius,io
Conclamant, iniecta ligant hinc vincula ferri
A tq; illinc, steteruntq; rates ad prælia nexæ.
N ec iaculo, aut longe certatur arundine fusa.
C omminus, & gladio terrestria prælia miscent.
P errumpunt Itali, qua cædes prima reclusit,
M onstravitq; viam: vastas & Mela catenas
H ortatur socios, & vincla abrumperè ferri,
A c parat hostili resoluta puppe receptos
A uehere, & paribus pelago diducere ab armis.
E tneo Polyphæmus erat nutritus in antro,
A tq; inde antiquæ nomen feritatis amabat,
U bera præbuerat paruo lupa, corporis altî
T erribilis moles, mens aspera, vultus in ira
S emper, & ad cædes cyclopea corde libido.
I s; relaxatis membrorum pondere vinculis
I mpulerat puppim, & mergebat gurgite tonsas,
D uxissetq; ratem, pressa Laronius hasta
N i properè duro nitentem exurgere, velox
A ffixet transtro, vix morte incepta remittit.
N anq; manus seruat dum suetos languida ductus.
I gnaum summa attraxit super æquora remum.
P erculsi cuneo Pæni densantur in vnum,
Q uod caret hoste latus, subito cum pondere victus
I nsiliente mari submergitur aluens undis.
S cuta virum, cristæq; & inerti spicula ferro,
T utelæq; deum fluitant: hic robore fracto
P ugnat inops chalybis, seseq; in prælia rursus

Armat naufragio: remis male feruidus ille
 Festinat spoliare ratem, discrimine nullo,
 Nautarum interdum conuulsa sedilia torquens.
 Non plectro ratis, aut frangenda in vulnere proæ
 Parcitur, & pelago repetuntur nantia tela.
 Vulneribus patulis intrat mare, mox sua ponto
 Singultante anima propulsa refunditur vnda.
 Nec desunt, qui correptos amplexibus artus
 Immergant pelago, & iaculis cessantibus hostem
 Morte sua perimant, remeantum gurgite mentes
 Crudescunt, ac pro ferro stat fluctibus uti.
 Haurit sanguineus contorta cadauera vortex.
 Hinc clamor, gemitus illinc, mortēsque, fugæque.
 Perfusum bello fernet mare, fessus acerbis
 Terga fuga celeri Libyæ conuertit adoras,
 Exigua sese furatus Himilco carina.
 Concessere mari tandem, Graiūsque Libysque
 Etiam captivæ vinclis ad littora longo
 Ordine ducuntur puppes, flagrantibus alto
 Stant aliæ tedis, splendet lucente profundo
 Mulciber, & tremula vibratur imagine pontus.
 Ardet nota fretis Cyane, pennatæque Siren.
 Ardet & Europe, niuei sub imagine tauri
 Vecta Ioue, ac presso tramittens æquora cornu.
 Et quæ fusa comas, curuum per cœrula piscem
 Nereis humenti moderatur roscida freno.
 Vritur vndiuagus Phytos, & corniger Hammon,
 Et quæ Sidonios vultus portabat Elise,
 Bis ternis ratis ordinibus grassata per vndas.

Cyane fons
 est in agra
 Syracusã
 hic nomen
 nantis à fon-
 te. Sive quo-
 que & Euro-
 pe, cetera
 que nomina
 sunt nantiæ.

SIL. ITAL.

A c vinclis trahitur cognata in littora Anapus,
Gorgoneâsq; ferens ad sidera Pegasus alas.

A Libya pu
ella in naue
depicta no-
men.

D uctitur & Libyaë puppis signata figuram,
E t Triton captivus, & ardua rupibus Ætna.

S pirantis rogius Enceladi, Cadmeâq; Sidon.

N ec mora, quin trepidos hac clade irrûpere muros

S ignâq; ferre deûm templis: iam iamq; fuisset,

N i subito importuna lues, inimicâq; pestis

I nvidia diuûm, pelagiq; labore parata

P olluto miseris rapuisset gaudia celo.

Describit pe
siletia, que
tẽpore Autũ
nigrantiori-
bus locis v-
rorunq; ca-
stra corripu-
it. hæc tamẽ
Iuuis vr-
bis parte ca-
pta grassa-
tam dicit.

C riniger astriferis Titan feruoribus, auras

E t patulam Cyanen, latêq; palustribus vndis

S tagnantem, stygio Cocyti opplenit odore,

T emporâq; Autumni latis florentiæ donis

F ædavit, rapidôq; accendit fulminis igni.

F umabat crassus nebulis caliginis aer,

S qualebat tellus vitiato feruida dorso,

N ec victum dabat, aut vllas languentibus vmbas.

A tq; ater picea vapor expirabat in æthra.

V im primi sensere canes, mox nubibus atris

F luxit deficiens penna labente volucris:

I nde feræ syluis sterni, tum serpere labes

T artarea, atq; haustis populari castra manipulis.

A rebat lingua, & gelidus per viscera sudor

C orpore manabat tremulo, descendere fauces

A buuerant siccæ iussorum alimenta ciborum.

A spera pulmonem tussis quatit, & per anghela

I gneus efflatur sitientum spiritus ora.

L umina ferre granem vix sufficientia lucem

Unca nare iacent, saniesq; immixta cruore
 Expuitur, membrisq; cutis tegit ossa peresis.
 Heu dolor, insignis notis bellator in armis
 Ignavo rapitur letho, iactantur in ignem
 Dona superba virum multo maiore parata.
 Succubuit medicina malis, cumulantur acerno
 Labentum, & magno cineres sese aggere tollunt.
 Passim etiam deserta iacent, inhumataq; late
 Corpora, pestiferos tetigisse timentibus artus.
 Serpit pascendo crescens acherusia pestis,
 Nec leniore quatit Trinacria moenia luētū,
 Pœnorūmq; parem castris fert atra laborem,
 & quato par exitio, & communis vbiq;
 Ira deūm, atq; eadem lethi versatur imago.
 Nulla tamen Latios fregit vis dura malorum
 Incolūmi ductore viros, cladēq; rependit
 Vnum inter strages tutum caput. vt grauis ergo
 Primum lethiferos repressit Syrius æstus,
 Et posuere avidæ mortis contagia pestes,
 Ceu sidente Noto cum se maria alta reponunt,
 Propulsa innadit piscator cœrula cymba,
 Sic tandem ereptam morbis grassantibus, armat
 Marcellus pubem, lustratis rite manipulis.
 Signaq; circumstant alacres, avidisq; tubarum
 Respirant leti clangoribus, itur in hostem,
 Et si fata ferant, iuvat inter prælia ferro
 Posse mori. sociū miseret, qui morte pudenda
 In morem pecudum effudere cubilibus atris
 Illaudatam animam tumulos inhonorāq; busta

Cessate pe-
 ste Marcellus
 recogni-
 tis manipulis
 oppugnatio-
 nē repetit, &
 instar pesca-
 toris sedata
 tēpestate pi-
 scationē re-
 petentis.

SIL. ITAL.

Respiciunt, & vel nullo iacuisse sepulchro,
 Quam debellari morbis placet. ardua primus
 Ad muros dux signa rapit, tenuata iacendo
 Et maciem galeis abscondunt ora, malisq;
 Ne sit spes hosti, velatur casside pallor.
 Infundunt rapidum conuulsis mœnibus agmen,
 Condensiq; ruunt, tot bellis innua tecta,
 Tot vno introitu capiuntur militis arces.
 Totum qua vehitur Titan, non vlla per orbem
 Tum sese Isthmiacis æquassent oppida tectis.
 Tot delubra deum, totq; intra mœnia portus,
 Adde fora, & celsis suggesta theatra columnis,
 Certantēsq; mari moles, adde ordine longo
 Innumeras spatioq; domos æquare superbas
 Rura, quid inclusos porrecto limite, longis
 Porticibus, sacros iuuenum certamine lucos?
 Quid tot captiuis fulgentia culmina rostris?
 Armāq; fixa deis? aut quæ Marathonius hostis
 Perdidit, aut Libya quæ sunt aduecta subacta?
 Hic Agathocleis sedes ornata tropheis,
 Hic mitis Hieronis opes, hic sancta vetustas
 Artificum manibus, non vsquam clarior vlllo
 Gloria picturæ seculo: non era vacabant
 Quæ scirent Ephyren, fuluo certaret vt auro
 Vestis, spiranteis referens subtegmine vultus.
 Quæ radios celat Babylon, vel murice picto
 Leta Tyros, quæq; Attalici variata per artem
 Auleis scribuntur acu, aut Memphitide tela.
 Iam simul argento fulgentia pocula, mixta

Describitur
 racusarum
 magnifica
 opera.

Gymnasia
 dicit, i qui
 bus iuuenes
 exerceban-
 tur.

Ephyre, nunc
 Corinthus:
 huius æs op-
 pido incenso
 casu comisti
 quondam in
 maximopre-
 tio erat.

Quis gemma quæsitus honos, simulacra deorum
 Numen ab arte datum seruantia: munera rubri
 Præterea ponti, de pexaq; velleræ ramis,
 Fæmineus labor, his tectis opib; potitus
 Ausonius ductor, postquam sublimis ab alto
 Aggere, despexit trepidam clangoribus urbem,
 Inq; suo positum nutu, stent mœnia regum,
 An nullos oriens videat lux crastina muros,
 Ingenuit nimium, viris tantumq; licere
 Horruit, & properè reuocata militis ira
 Iussit stare domos, indulgens templa vetustis
 Incolere, atq; habitare deis, sic parcere victis
 Pro præda fuit, & sese contenta, nec vllò
 Sanguine pollutis, plausit victoria pennis,
 Tu quoq; ductoris lachrymas memorande tulisti
 Defensor patriæ, meditantem in puluere formas,
 Nec turbatum animi, tanta feriente ruina,
 Ignarus miles vulgi, tum forte peremit.
 At reliquum vulgus resoluta in gaudia mente,
 Certarunt victi victoribus. emulus ipse
 Ingenij superum, seruando condidit urbem.
 Ergo extat seclis, stabitq; insigne trophæum,
 Et dabit antiquos ductorum noscere mores.
 Felices populi, si quondam vt bella solebant,
 Nunc quoq; inexhaustas pax nostra relinqueret vrbes
 At ni cura viri, qui nunc dedit otia mundo
 Effrenum arceret populandi cuncta furorem,
 Nudassent anidæ terrasq; fretumq; rapivæ.

Tanta erāt
 peritū scul
 ptæ statuæ,
 vt ex hoc nū
 mē habere
 viderentur.

Archimedē s̄
 tanto vr̄bis
 tumultu for
 mis quas in
 puluere re-
 scripserat
 intēctū miles
 ignarus q̄
 esset intere-
 mit.

Marcellus
 Syracusas
 cōseruās, eā
 rursus cōde
 re visus est,
 & in expu-
 gnādis vr̄-
 bibus clemē
 tiæ exēplū
 præbuit po-
 steris.
 Adulatur
 poeta Domi-
 tiano, quo
 imperāte s̄
 lius floruit.

SIL. ITAL.

HERMANNI BVSCHII PASIPHI
si argumentum in librum decimumquintum.

q Vem ducibus cæsis, iterum iam Betis ad oras
 Mittat, Romulei querit dum cura Senatus,
 Scipiadae inueni, lauro tum forte sub ampla
 Astitit hinc subito virtus, hinc blanda voluptas,
 Et sibi promissis auct utraq; iungere magnis.
 Ille sed amplexus virtutem, crudaq; Martis
 Munera suscipiens, volitansq; per æquora classe,
 Armã noue subito Carthaginis horrida muris
 Impulit, & victor ferro sibi mœnia pandit.
 Interea Emathius conflatur noua bella Philippus,
 Herculeoq; senex Fabius dat iura Tarento.
 Marcellusq; cadit Nomadum circumdatus astu.
 Hasdrubalisq; caput, tumidi regione Metauri
 Abscissum, Hannibali monstrat Nero letus atroci.

SILII ITALICI PVNICORVM
liber decimusquintus.

Anxio Sena
 tu quem in
 Hispaniã in
 Scipionũ lo-
 cū substitue-
 rēt ductore
 ne ad voca-
 nos defice-
 rēt, Scipio,
 licet cognati
 dissuade-

T noua Romuleum carpebat cura
 Senatũ,
 Quis trepidas gentes, martẽmque
 Subiret Iberum
 At tritis rebus, geminus iacet hoste
 Superbo
 Scipio, belligeri manortia pectora fratres.
 Hinc metus in Tyrias ne iam Tarteſſia leges

Concedat tellus, propioraq; bella paucescat.
 Anxia turba patrum quasso medicamina mæsti
 Imperio circumspectant, diuósq; precantur,
 Qui laceris ausit ductor succedere castris.
 Absterret inuenem, patrios patriq; piare
 Optantem manes, tristi conterrita luctu,
 Et reputans annos cognato sanguine turba.
 Si gentem petat infaustam inter busta suorum
 Decertandum hosti, qui fregerit arma duorum,
 Qui consulta ducum, ac flagret meliore Gradivo.
 Nec promptum teneris immania bella lacertis
 Molliri, regiménq; rudi deposcere in æuo.
 Has lauri residens inuenis viridante sub umbra
 Et dibus extremis voluebat pectore curas.
 Cum subito assistunt dextra, læuáq; per auras
 Allapsæ, haud paulum mortali maior imago,
 Hinc Virtus, illinc virtuti inimica Voluptas,
 Altera Achemenium spirabat vertice odorem,
 Ambrosias diffusa comas, & veste refulgens
 Ostrum quam fuluo Tyrium suffuderat auro.
 Fronte decor quæsitus acn, lasciuáq; crebras
 Ancipiti motu iaciebant lumina flammæ.
 Asterius dispar habitus, frons hirta, nec unquam
 Composita mutata coma, stans vultus, & ore
 Incessuq; viro propior, lætiq; pudoris,
 Celsa humeros niuæ fulgebat stamine pallæ.
 Occupat inde prior promissis fisa Voluptas
 Quis furor hic non digne puer, consumere bello
 Florem æui? Cannæ ne tibi, grauiórq; palude

A. j.

rent petere
 Hispaniam
 tanq; Scipio
 nibus infan
 stâ, sese vl
 tro ituram
 pollicetur.

Pulchrû Poe
 tæ figmentû
 de Scipione:
 cui sub lau
 ro de bello
 cogitâti vir
 tus & vo
 luptas ap
 parere.

Conueniens
 Virutis hæ
 bitus cui nê
 hil cædidi?
 Verba vo
 luptatis scî

SIL. ITAL.

pioni incom
moda Vir-
tutis propo-
nentis. &
suis eū ad se
blāditijs al-
licientis.

Mæonius Stygia lacus excessere? Padūsque?
 Quem tandem ad finem bellando fata laceesses?
 Tūne etiam tentare paras Atlantia regna?
 Sidoniāsque domos? moneo certare periclis
 Desine, & armisonæ caput obiectare procelle.
 Ni fugis hos ritus, Virtus te sœna inbebit
 Per medias volitare acies, mediōsq; per ignes.
 Hæc patrem patruūmq; tuos, hæc prodiga Paulum,
 Hæc Decios Stygias Herebi detrusit ad vndas.
 Dum cineri titulum, memorandāq; nomina bustis
 Pretendit, nec sensurg, quid gesserit, vmbra.
 At si me comitère puer, non limite duro
 Iam tibi decurret concessi temporis ætas.
 Haud vnquam trepidos abrumpet buccina somnos,
 Non glaciem arctoam, non experiere furentis
 Ardorem Cancri, nec mensas sæpe cruento
 Gramine compositas, aberunt sitis aspera, & haustus
 Sub galea puluis, partiq; timore labores.
 Sed current albusq; dies, horæq; serena,
 Et molli dabitur victu sperare senectam.
 Quantas ipse deus letos generavit in vsus
 Res homini? plenāq; dedit bona gaudia dextra?
 Atq; idem exemplar lenis mortalibus æui,
 Imperturbata placidus tenet otia mente.
 Illa ego sum, Anchisæ Venerem Simoentis ad vndas
 Quæ iunxi, generis vobis vnde editus auctor.
 Illa ego sum, verti superūm quæ sæpe parentem
 Nunc auis in formam, nunc torua in cornua tauri.
 Huc aduerte aures, currit mortalibus æuum,

In formæ e-
nim aquile
Ganymedē

Nec nasci bis posse datur, fugit hora, rapitq;
 Tartareus torrens, ac secum ferre sub umbras
 Si qua animo placuere, negat. quis luce suprema
 Dimisisse meas sero non ingemit horas?
 Postquam conticuit: finisq; est addita dictis,
 Tum Virtus: quas nam iuuenem florentibus, inquit,
 Pellicis in fraudes annis, vitæq; tenebras?
 Cui ratio, & magnæ cælestia semina mentis
 Munere sunt concessa deum: mortalibus alti
 Quantum cælicolæ, tantumdem animalibus isti
 Præcellunt cunctis, tribuit namq; ipsa minores
 Hos terris natura deos: sed fœdere certo,
 Degeneres tenebris animas damnauit auernis.
 At queis ætherij seruatur seminis ortus,
 Cali porta patet. referam quid cuncta domantem
 Amphitryoniadem? quid cui post Seras, & Indos
 Captiuo Liber cum signa referret ab Euro,
 Caucasæ currum duxere per oppida tigres?
 Quid suspiratos magno in discrimine nantis
 Ledæos referam fratres? vestrumq; Quirinum?
 Nonne vides, hominum vt celsos ad sidera vultus
 Sustulerit deus, ac sublimia finxerit ora,
 Cum pecudes, volucrumq; genus, formâsq; ferarum,
 Segnem atq; obscœnam passim strauisset in aluum?
 Ad laudes genitum, capiat si munera diuum,
 Felix ad laudes hominum genus. huc age paulum
 Aspice, nec longe repetam, modo Roma minanti
 Impar Fidenæ, contentâq; crescere a sylo,
 Quo sese extulerit dextris: idem aspice late

rapuit: Es-
 ropâ autem
 in forma bo-
 uis (asporta-
 nit.

Virtus volu-
 ptatē incre-
 pat, q, suis
 lenocinijs in-
 uenû anios
 irretire ca-
 netur atq;
 seducere. Et
 varijs argu-
 mētis ad se
 amplectendâ
 suadet.

Româ tēxē
 plūssumit,
 quæ ab ex-
 iguis inijs

profecta eò
creuerit, vt
totius orbis
regina fa-
cta sit: vbi
florentissi-
mæ vrbes
luxu sint
euerse.

Florenteis quondam luxus quas verterit vrbes.
 Quippe nec ira deum tantum, nec tela, nec hostes,
 Quantum sola nocet animis illapsa Voluptas.
 Ebrietas tibi fida comes, tibi luxus, & atris
 Circa te semper volitans Infamia pennis.
 Mecum honor, & laudes, & leto gloria vultu,
 Et decus, & nineis victoria concolor alis.
 Me cinctus lauro perducit ad astra triumphus,
 Casta mihi domus, & celso stant colle penates,
 Ardua saxoso perducit semita cliuo
 Aspera principio (nec enim mihi fallere mos est)
 Prosequitur, labor ad nitendum intrare volenti:
 Nec bona conscendunt, quæ sors infida dedisset.
 Atq; eadem rapuisse valet: mox celsus ab alto
 Infra te cernes hominum genus, omnia contra
 Experienda manent, quæ spondet blanda Voluptas.
 Stramine proiectus duro patiere sub astris
 Insomnes noctes, frigusq; famemq; domabis.
 Idem iustitiæ cultor, quæcumq; capesses,
 Testes factorum stare arbitrare diuos.
 Tunc quoties patriæ, rerumq; pericula poscent,
 Arma feres primus, primus te in mœnia tolles
 Hostica, nec ferro mentem vincere nec auro.
 Hinc tibi, non Tyrio vitiatas murice vestes,
 Nec donum deforme viro flagrantis amomi.
 Sed dabo, qui vestrum sæuo nunc Marte fatigat
 Imperium, superare manu, laurumq; superbam
 In gremio Iouis excisis deponere Pœnis.
 Quæ postquam cecinit sacrato pectore Virtus,

Exemplis lætum vultuq; audita probantem
 Conuertit iuuenem, sed enim indignata Voluptas
 Non tenuit voces: nil vos iam demoror vltra
 Exclamat, venient venient mea tempora quondam
 Cum docilis nostris magno certamine Roma
 Serniet imperijs, & honor mihi habebitur vni.
 Sic quassans caput in nubes se sustulit atras.
 At iuuenis plenus monitis ingentia corde
 Molitur, visq; calet Virtutis amore.
 Ardua rostra petit nullo fera bella volante,
 Et grania ancipitis deposcit munera Martis.
 Arrecti cunctorum animi, pars lumina patris,
 Pars credunt tornos patriui reuisere vultus.
 Sed quanquam tacitus, magnis tamen egra periclis
 Pectora subrepat terror, molèmq; pauentes
 Expendunt belli, & numerat fauor anxius annos.
 Dumq; ea confuso percenset murmure vulgus,
 Ecce per obliquum cæli squalentibus auro
 Effulgens maculis, ferri inter nubila visus
 Anguis, & ardenti radiare per aera sulco,
 Quaq; ad cæliferi tendit plaga littus Atlantis,
 Per labi resonante polo, bis terq; coruscum
 Addidit angurio fulmen pater, & vaga late
 Per subitum moto strepuere tonitrua mundo.
 Tum vero capere arma iubent, genibusq; salutant
 Submissi augurium atq; iret, quæ ducere diuos
 Perspicuum, & patrio monstraret semita signo.
 Certatim comites rerum, belliq; ministri
 Agglomerant sese, atq; acres sociare labores

Cū nemo in
 Hispaniam
 imperiū ac-
 cipeve aude-
 ret, P. Cor-
 nelius P. Sci-
 pionis filius
 quatuor &
 viginti fer-
 me annos
 natus è ro-
 stris se pete-
 re est profes-
 sus. Primū
 omnium i hūc
 animi incli-
 nati, sed per-
 pendetes æ-
 tatē, tāto-
 rum ponderū
 minus ido-
 neā, hærēt.
 Tū imma-
 nis in cælo
 āgnis (q̄ for-
 ma Iupiter
 cū matre e-
 ius Pōponia
 concubuisse
 ferebatur)
 ad Atlātem
 tēdere visus
 dubitantes

S I L I T A L .

firmat: atq; E x p o s c u n t , l a u d u m q ; l o c o e s t i j s d e m e s s e s u b a r m i s .
 iter ad Hi- T u m n o u a c æ r u l e u m d e s c e n d i t c l a s s i s i n æ q u o r .
 spaniã à pa- I t c o m e s A u s o n i a , a t q ; i n t e r r a s t r a n s i t I b e r a s .
 tre Ione ostē
 di sibi per- U t c u m s e n a f r e t i s i m m i s i t p r æ l i a C o r u s ,
 suadent. I s t h m o n c u r u a t a s u b l i m e s u b e r i g i t v n d a ,
 Celere sci- E t s p u m a n t e r u e n s p e r s a x a g e m e n t i a f l u æ t u ,
 pionis in Hi- I o n i u m æ g e o m i s c e t m a r e , c e l s u s i n a r m a
 spaniã trãs
 itũ cõparat E m i c a t , a c p r i m a s t a n s S c i p i o p u p p e p r o f a t u r .
 vëto maria
 celeriter cõ- D i n e t r i d e n t e p o t e n s , c u i u s m a r i a i r e p e r a l t a
 miscenti. O r d i m u r , s i i n s t a p a r o , d e c u r r e r e c l a s s i
 Precatur à
 Neptuno na- D a p a t e r , & n o s t r o s n e s p e r n e i n u a r e l a b o r e s .
 sigationem
 prosperam. P e r p o n t u m p i a b e l l a v e h o . l e n i s i n d e s e c u n d a
 A s p i r a n s a u r a p r o p e l l i t c a r b a s a f l a t u s .

I a m q ; a g i l e s , T y r r h e n a s o n a n t q u a c æ r u l a , p u p p e s
 A u s o n i u m e u a s e r e l a t u s , L i g u r u m q ; c i t a t i s
 L i t t o r a t r a n s m i t t u n t p r o r i s . h i n c g u r g i t e a b a l t o
 T e l l u r e m p r o c u l i r r u m p e n t e m i n s i d e r a c e r n u n t
 A e r i a s a l p e s , o c c u r r u n t m æ n i a g r a i o
 C o n d i t a M a s s i l i æ , p o p u l i s a c c i n c t a s u p e r b i s ,
 B a r b a r u s i m m a n i q u æ t e r r i t a t a c c o l a r i t u .
 A n t i q u æ m o r e m p a t r i æ , c u l t u s q ; , h a b i t u m q ;
 P h o c a i s a r m i s o n a s i n t e r t e n e t h o s p i t a g e n t e s .
 H i n c l e g i t A u s o n i u s s i n u a t o s g u r g i t e d u c t o r
 A n f r a æ t u s p e l a g i , n e m o r o s o v e r t i c e c e l s u s
 A p p a r e t c o l l i s , f u g i u n t q ; i n n u b i l a s y l u æ
 P y r e n e s : t u n c E m p o r i æ , v e t e r e s q ; p e r o r t u s
 G r a i o r u m v u l g u s , t u n c h o s p i t a T a r r a c o B a c c h o ,
 C o n s i d u n t p o r t u , & s e c u r æ g u r g i t e c l a u s o
 S t a n t p u p p e s , p o s i t u s q ; l a b o r , t e r r o r q ; p r o f u n d i .

Massilia in
 Narbonensi
 prouincia
 vrbs, à Pho
 tensibus in
 staurata, q
 Cyrityrãni
 de fugiētes,
 destituta
 Grecia in
 huc sinum se
 cõtulerunt.
 Ab his Em
 porie prope
 Pyreneos
 mōtes i pri
 cipio Hispa
 nie vrbs,
 condita.

Nox similes morti dederat placidissima somnos,
 Visa viro stare effigies ante ora parentis,
 Atq; hac aspectu turbatum voce monere:
 Nate salus quondam genitoris, nate parentis
 Et post fata decus, bellorum dira creatrix
 Evastanda tibi tellus, & cæde superbi
 Ductores Libyæ cænta virtute domandi,
 Qui sua nunc trinis deducunt agmina castris.
 Si conferre manu libeat, coeantq; vocatæ
 Hinc atq; hinc acies, valeat quis ferre ruenteis
 Ter gemina cum mole viros? absiste labori
 Ancipiti, sed nec segnis potiora capeffe.
 Urbs colitur Teucro quondam fundata vetusto
 Nomen Carthago, Tyrius tenet incola muros.
 Vt Libyæ sua, sic terris memorabile Iberis
 Hæc caput est, non vlla opibus certauerit auri,
 Non portu, celsòve situ, non dotibus arui
 Vberis, aut agili fabricanda ad tela vigore.
 Inuade auersis nate hanc ductoribus urbem.
 Nulla acies famæ tantum, prædæve pararit.
 Talia monstrabat genitor, propiusq; monebat,
 Cum iuuenem sopor, & dilapsa reliquit imago.
 Surgit, & infernis habitantia numina lucis
 Ac supplex patrios compellat nomine manes.
 Este duces bello, & monstratam ducite ad urbem,
 Vobis vltor ego, & Sarrano murice fulgens
 Inferias mittam fusis insignis Iberis,
 Et tumulis addam sacros certamine ludos.
 Progreditur, celeratq; vias, & corripit agmen
A. iij.

accipiois quò
 dâ à filio li
 berati ver-
 ba quibus fe
 liù visus est
 i somnis ad-
 monere, vt
 omisso cù tri
 bus Panorù
 ducibus con
 flictu, nouã
 in Hispania
 Carthaginã
 opulētã, &
 bellicis istru
 mētis plenã
 expugnare
 tentet.

Cōparatio. Pernici rapidum cursu, camposq; fatigat.
 Sic vbi prosiluit Piseo carcere præcep,
 Ante suos it victor equus, curritq; per auras
 Non solum ante alios, sed enim (mirabile dictu)
 Haud vlli durant visus æquare volentem.

Septimo die ab Ibero Carthaginē vētū est: Cingit Līnius) C. I. Eli⁹ classe cir cūmissus ita moderari cursū nauū inssus erat, vt eodē tēpore exerci tus ostende ret, clas sis, portum intraret.
 Iamq; hyperionia lux septima lampade surgens
 Sensim attollebat propius subeuntibus arces
 Urbis, & admoto crescebant culmina gressu.
 Ac pelago vectus seruata Lelius hora,
 Quam dederat ductor subigendæ ad mœnia classis
 A tergo affusis cingebat tecta carinis.
 Carthago impenso naturæ adiuta fauore
 Excelsos tollit pelago circumflua muros,
 Arctatas ponti fauces modica insula claudit,
 Quâ Titan ortu terras aspergit Eoo.
 At quâ prospicit Phœbi iuga sera cadentis,
 Pigram in planiciem stagnantes egerit vndas,
 Quas anget veniens, reflusq; reciprocatur æstus.
 Sed gelidas à fronte sedet sublimis ad Arctos
 Vbi imposta iugo, pronumq; excurrit in equor
 Et tuta aeterno defendit mœnia fluctu.
 Audax, ceu plano gradiens victricia campo
 Ferret signa, iugum certabat scandere miles.
 Arris ductor erat, qui contra amplexus in arctis
 Auxilium, excelsamq; loci, præcinxerat arcem.
 Pugnabat natura soli, paruoq; superne
 Bellantum nisu, passim per prona voluti
 Truncato instabiles fundebant corpore vitam.

*Maris (in-
 gr) estudece*

Verum vbi concessit pelagi reuolubilis vnda,

Et fluctus rapido fugiebat in æquora lapsu,
 Quæq; modo excelsæ sulcarant cœrula puppes,
 Hac impune dabat Nereus transcurrere planta.
 Hinc tacite nectens in formidatus adire
 Ductor Dardanius, subitam trahit æquore pubem,
 Pærgæ undas muris pedes aduolat, inde citati
 A tergo accelerant, quæ fisis fluctibus Arris
 Incustoditam sine milite liquerat urbem.
 Tum prostratus humi (miserandum) vincula catenis
 Pænus colla dedit, populûmq; addixit inermem.
 Hanc oriens vidit Titan cum surgeret urbem
 Vallari castris, captamq; aspexit eandem
 Ocyus Hesperio quam gurgite tingueret axem.
 Aurora ingrediens terris exegerat umbras.
 Principio statuunt aras: cadit ardua taurus
 Victimæ Neptuno pariter, pariterq; tonanti.
 Tum merita æquantur donis, ac præmia virtus
 Sanguine parta capit, phaleris hic pectora fulget,
 Hic torque aurato circumdat bellica colla,
 Ille nitet celsus muralis honore corona.
 Lælius ante omnes, cui dextera clara, domûsq;
 Terdeno boue, & æquorei certaminis alto
 Donatur titulo, Pæniq; recentibus armis
 Rectoris: tunc hasta viris, & martia cuiq;
 Vexilla, & meritum, & prædæ libamina dantur.
 Postquam perfectæ laudes hominûmq; deûmq;
 Captivæ spectantur opes, digestaq; præda.
 Hoc aurum patribus, bello hæc Martiq; talenta,
 Hoc regum donis, diuûm hoc, ante omnia, templis:

dente, ab ea
 parte, qua
 propter as
 quas hostes
 nō formida
 rant, Scipio
 armatos ad
 murum du
 xit, & qua
 die oppugna
 ricæpta est,
 ante solis oc
 casum et ex
 pugnavit.

SIL. ITAL.

Oblata scio
pioni elegã
si forma ca
ptiua, cũ de
sponsã Cel
tiberorum
principi Lu
ceio cogno
uisset, exte
plo accito
sponso vir
ginẽ itactã
restituit, &
pecuniã pro
puelle redẽ
ptione obla
uã, sup dotẽ
eidẽ dona
uit: quare
Lelius eius
pudicitiam
laudat: eum
que Græcis
præfert,
quorum rex
Agamẽõ,
etiã Achilli
socio Hippo
damiam ra
puit.
Cassandra,
dicta Phœ
bas, quoddã
Apolline va
ticinãdi pi
tia donata
esset.
Describit
vunc bellum

Cætera bellantum dextris, pulchrõq; labori.
Quinetiam accitus populi regnator Iberi,
Cui sponsa, & sponsæ defixus in ossibus ardor,
Hanc notam formæ concessit lætus onãsq;
Indelibata gaudenti virgine, donum.
Tum vacui curis vicino littore mensas
Instituunt, festõq; agitant conuiuia ludo.
Lælius affatur: mactẽ ò venerande pudici
Ductor mactẽ animi, cedat tibi gloria, lausq;
Magnorum heroum, celebratãq; carmine virtus.
Milie Micæneus qui traxit in æquore proras
Rector, & Inachijs qui Thessala miscuit arma,
Fæmineo socium violauit fædus amore.
Nullãq; tum Phrygio steterant tentoria campo
Captiuis non plena toris: tibi barbara soli
Sanctius Iliaca seruata est Phœbade virgo.
Hæc, atq; his paria, alterno sermone requirunt,
Donec nox atro circumdata corpus amiētũ
Nigrantes innexit equos, suasiq; quietem.
Emathio interea tellus & tola tumultu
Fernebat, Macedum subitis percussa carinis.
Proximus huic hosti dextras inungebat Acarnan.
Causa noui motus Pœnis, regiãq; Philippo,
In bellum Ansonium sociatæ fædere vires.
Hic gente egregius, veterisq; ab origine regni
& acidum sceptris, proauõq; tumebat Achille.
Ille & nocturnis conterruit Oricon armis.
Quãq; per Illyricum Taulantius incola littus
Exiguos habitat non vllõ nomine muros,

Turbidus incessit telis, ille equore vectus
 Nunc & Pheacum, Tesprotiâq; arua laceffens
 Epirum cassis lustrabat futilis ausis.
 Hinc & Anaëtorïa signa ostentauit in ora.
 Ambraciôsq; sinus, Pelleâq; littora bello
 Perfundit rapido. pepulit vada fernida remis
 Leucate, & Phœbi vidit citus Aëtia templa.
 Nec portus Ithacæ Laertia regna, Samênq;
 Liquit inaccessam, fluctûq; sonantia cano
 Saxa Cephalenum, & scopulosis Neriton aruis.
 Ille etiam Pelopis sedes & Achaia adire
 Mœnia gauisus, tristem Calidona Diane,
 Oeneâsq; domos, Curetica tecta subibat,
 Promittens contra Hesperiam sua prælia Graijs.
 Tum lustrata Ephyre, Patræq; & regia pleuron,
 Parnassûsq; biceps, Phœbôq; loquentia saxa.
 Ac sæpe ad patrios bello renocante penates,
 Cum modo Sarmaticus regna infestaret Orestes,
 Aspera nunc Dolopum vis exundasset in agros,
 Incepto tamen haud facilis desistere vano
 Belli, per Graias umbram circuntulit oras.
 Donec nunc pelago, nunc terra exutus omisit
 Spem positam in Tyrijs, & supplex fœdera sanxit
 Dardana, nec legem regno accepisse refugit.
 Tunc & Tyndarij Latias fortuna Tarenti
 Auxit opes, laudemq; simul. nam perfida tandem
 Urbs Fabio deuicta seni. postremus in armis
 Ducitoris titulus cauti, sollertia tutum
 Tum quoq; adepta decus, captis sine sanguine muris.

Macedoni-
 cū qđ pro-
 pter fœdus
 cū Hānibas
 le philippus
 suscepit, cu-
 ius & origē
 nē, & expu-
 gnatas ten-
 tatasq; ab
 eo vrbes re-
 citat.

Præfectus
 Brutiorum,
 quos reliq;
 rat Hanni-
 bal Torēti
 præsidij, ca-
 ptus amore
 puellæ, cui⁹

S I L. I T A L.

frater apud Fabium militabat, muliebribus blanditijs, moliente fratre puella, ad proditionem operipidi est compulsus. Livi. vij. tertiae deca.

N anq; vt compertum, qui punica signa regebat
 F æminea exuri flamma, tacitusq; quiete
 Exin virtuti placuit dolus, ire sorori,
 N am castris erat in Rutulis germanus, amate
 Cogitur, & magnis muliebria vincere corda
 Pollicitis, si reclusas transmittere portas
 Concedat Libycus rector, votiq; potitus
 E nicto Fabius Pæno, circumdata telis
 Incustodita penetravit mœnia nocte.

Quod nemo profecto dubitaret de os Romanis aduersos fuisse, qui tali tempore Marcellum cecidisse audiverit.

S ed quis nam auersos Phœbum tunc iungere ab vrbe
 R omulea dubitaret equos, qui tempore eodem
 M arcellum acciperet lethum oppetisse sub armis?
 M oles illa viri, validoq; habitata Gradino
 P ectora, & haud vllis vnquam tremefacta periclis,
 H eu quantum Hannibalem clara fractura ruina
 P rocubere, iacet campis Carthaginis horror.

F orsan Scipiade confecti nomina belli
 R apturus, si quis paulum deus adderet æno.
 C ollis Agenoreum dirimebat ab aggere vallum
 A usonio, Danni Mauors confederat aruis
 C urarum comes, & summi Crispinus honoris
 M arcello socius, communia bella ciebat.

M arcellum cū collega Crispino deliberrans de tumulo præoccupando, ne hostem tanquam cernicibus haberet, ad loca explorat.

A d quem Marcellus: gestit lustrare propinquas
 M ens sylvas, mediisq; viros imponere monti,
 N e Libys occultis tumulum prior occupet ausis,
 S i cordi est, te participem Crispine laboris
 E sse velim, nunquam desunt consulta duobus.
 H æc vbi sedere, ardentes attollere sese
 I am dudum certant in equos. Marcellus vt arma

Apertam natum aspexit, letumq; tumultu,
 Vincis ait nostros mirando ardore vigores,
 Sit prematurus felix labor, vrbe Sicana
 Qualem te vidi, nondum permetteret etas
 Cum tibi bella, meo tractantem praelia vultu.
 Huc decus, huc nostrum, lateri te iunge paterno,
 Et me disce nouum Martem tentare magistro.
 Tum pueri colla amplectens sic pauca profatur:
 Summe deum Libyco faxis de præsidente victor
 His humeris tibi opima feram: nec plura, sereno
 Sanguineos fudit cum Iuppiter aethere rores,
 Atq; atris arma aspersit non prospera guttis.
 Quixdum finitis intrarant vocibus arctas
 Lethiferi collis fauces, cum turba volucreis
 Inuadunt Nomades iaculis, nimbosq; feruntur
 Etherio similes, caeca fundente latebra
 Armatos in bella globos. circumdata postquam
 Nil restare videt virtus, quod debeat ultra
 Iam superis, magnum secum portare sub umbras
 Nomen mortis auet, tortæ nunc eminus haste
 Altius insurgit, nunc seuit comminus ense.
 Forsan & euasset rapidi freta seua pericli,
 Ni telum aduersos nati euenisset in artus.
 Tum patriæ tremuere manus, laxatâq; luctu
 Fluxerunt rigidis arma infelicia palmis.
 Obuia nudatum transmittit lancea pectus,
 Labensq; impresso signauit gramina mento.
 At postquam Tyrius seua inter praelia ductor
 Infixum aduerso vidit sub pectore telum

da proficis
 seuntur. &
 in insidias
 eū icidisset,
 Marcellus
 hasta traſſi
 xus cecidit,
 Crispinus
 icſ^o iaculis,
 eū filio Mar
 celli saucio
 enaſit.

S I L. I T A L.

Immune, exclamat, Latias Carthago timere
 Desine iam leges, iacet exitiabile nomen
 Ansonij columnen regni, sed dextera nostra
 Tam similis non obscuras mittatur ad umbras.
 Magnanima inuidia virtus caret, alta sepulchri
 Protinus extruitur, calq; educitur ara.
 Conuectant syluis ingentia robora, credas
 Sidonium cecidisse ducem, tum thura dapēsque
 Et fasces, clypeusque viri, pompa vltima fertur.
 Ipse facem subdens, laus inquit parta perennis,
 Marcellum abstulimus Latio: deponere forsitan
 Gens Italum tandem arma velit: vos ite suberbe
 Exequias anime, & cinerem donate supremi

Remisit enī
 Hānibal in
 argēteo va
 se filio Mar
 celli reliqas.
 Redi adsci
 pionē, qui ī
 Hispania
 oēs terrue
 rat, qā vno
 die Cartha
 ginē in mu
 nitissimo lo
 co sitā ex
 pugnavisset,
 cū Hānibal
 toto āno sa
 gunthū nec
 viris nec opi
 pus Cartha
 gini parem
 vix eruerit.

Muneris officio: nunquam hoc tibi Roma negabo
 Quod virtute viri titulis decorare sepulchrum
 Ingentis bello liceat, nomēque futuros
 Et ternum in Rutulos possis mandare nepotes.
 Alterius par, atque eadem fortuna laborum
 Consulis, exanimum sonipes ad signa reuexit.
 Talia in Ansonia, sed non est talis Iberis
 Armorum euentus campis. Carthaginis omnes
 Per subitum raptę pernix victoria late
 Terruerat gentes, ducibus spes vna salutis
 Si socias iungant vires, ingentibus orsum
 Auspicijs inuenem, patria cen gestet in armis
 Fulmina, sublimi vallatam vertice montis
 Ex oculis urbem cumulatam strage virorum
 Non toto rapuisse die, quam Martius ille
 Hannibal interea consumpto verterit anno;

Nec pube æquandam nec opum vbertate Sagunthū.
 Proximus applicito saxosis aggere syluis
 Tendebat, fratris spirans ingentia facta
 Asdrubal, hinc robur, mixtusq; rebellibus Afris
 Cantaber, hinc volucris Mauro perniciosior Astur.
 Tantæq; maiestas terra rectoris Ibera,
 Hannibalis quantus laurenti terror in ora.
 Forte dies priscum Tyrijs solennis honorem
 Rettulerat, quo primum orsi Carthaginis altæ
 Fundamenta, nonam cœpere mapalibus urbem.
 Et letus repetens gentis primordia ductor
 Festa coronatis agitabat laurea signis,
 Pacificans diuos, fraternum lena nitebat
 Demissa ex humeris donum, quam fœderis arcti
 Trinacrius Libyco rex inter munera pignus
 Miserat, Colijs gestatum insigne tyrannis.
 Aurata puerum rapiebat in æthera penna
 Per nubes aquila, intexto vibrata volatu.
 Antrum ingens iuxtâ, quod acus simulavit in ostro,
 Cyclopi domus, hic recubans manantia tabo
 Corpora lethifero sorbet Polyphœmus hiatu,
 Circâ fracta iacent, excussaq; morsibus ossa,
 Ipse manu extenta Laertia pocula poscit,
 Permiscetq; mero ructatos ore cruores.
 Conspicuus Siculi Tyrius subtegminis arte
 Gramineas pacem superûm poscebat ad aras.
 Ecce inter medios hostilia nuntius arma
 Quadrupedante inuectus equo aduentare ferebat.
 Turbatq; mentes, imperfectisq; deorum

Cū pavorū
 exercitū iri
 ptitus, tri
 bus duabus
 gubernare
 tur, Asdru
 bal proxi
 mus Scipio
 ni, prope vr
 bē Betuliā ī
 saxoso iux
 ta syluā ag
 gere telē de
 rat. Hūc in
 dutū lena,
 Hannibali in
 signū firmē
 fœderis ab
 Hieronymo
 dōata, Car
 thaginīs na
 talē, signis
 & militib⁹
 laurea cora
 natis, cele
 brantē, scis
 pio perturo
 bat, atq; in
 castra cōpel
 lit: postridie
 tamē ī aciē
 vtrinq; itū.

SIL. ITAL.

Cessit honos, ruptis linquunt altaria sacris,
 Clauduntur vallo, tennemq; ut roscida misit
 Lucem aurora polo, rapiunt certamina Martis.
 Audax Scipiadae stridentem Sabburæ cornum
 Exceptit, geminæq; acies velut omine mote.
 Exclamat Latius ductor, prima hostia vobis

Sabburæ in
 Scipione ir
 ruens ab eo
 interimitur
 quæ primâ
 hostiam pa
 tris patrui
 q; manibus
 se strauisse
 exclamat.

Sacratî manes campo iacet: en age miles
 In pugnam & cædes, qualis spirantibus ire
 Assueras ducibus, talis ruc. dùmq; ea fatur,
 Incumbunt. Myconum Lenas, Cirtamq; Latinus,
 Et Thyssdrum Maro, & incestum Catilina Nealcen
 Germanæ thalamo obruncat, cadit obuins acri
 Cartalo Vafidio Libycæ regnator arene.

Laudat poe
 ta Lælium,
 ad C. Læliū
 huius nepo
 tē & Aphri
 tani mino
 ris familia
 rē alludēs.

Te quoq; Cyrenes vidit conterrita tellus
 Permixture Pœnis, & vix credenda furentem
 Magnam Dardaniæ Læli decus, omnia felix
 Cui natura dedit, nullo rennente deorum.
 Ille foro auditus cum dulcia solueret ora,
 & quabat Pylæ Neleia verba senectæ.
 Ille ubi suspensi patres, & curia vocem
 Posceret, & cantu ducebat corda senatus.

Idem cum subitum campo perstrinxerat aures
 Murmur triste tubæ, tanto feruore ruebat
 In pugnam atq; acies, ut natum ad sola liqueret
 Bella, nihil vitæ peragi sine laude placebat.

Eius enī ma
 ter, cū ma
 etari debe
 ret, eo subla
 to, aliū sup
 posuit.

Tunc è furtina tractantem prælia luce
 Deiecit Galam, sacris Carthaginis illum
 Supposito mater partu subduxerat olim.
 Sed stant nulla diu deceptis gaudia diuis.

Tunc Alabim, Murū, atq; Dracē, demisit ad umbras,
 Fæmineo clamore Dracem extrema rogantem.
 Huius cervicem gladio inter verba precēsq;
 Amputat, abscisso durabant murmura collo.
 At non ductori Libyco par ardor in armis.
 Frondosi collis latebras ac saxa capessit
 Ania, nec cædes extremæve damna mouebant
 Agminis, Italiam profugus spectabat & alpes
 Præmia magna fugæ. tacitum dat tessera signum,
 Dimissa in colles pugna, syluāsq; ferantur
 Dispersi, & summam quicunq; euaserit arcem,
 Pyrenes culmēq; petat. tum primus honore
 Armorum exuto, & parma celatus iberæ
 In montes abit, atq; volans palantia linquit
 Agmina. desertis latius vietricia signa
 Immittit miles castris. non vrbe recepta
 Plus vlla partum prædæ, tenuitq; moratas
 Acæde, vt Libycus ductor prouiderat, iras.
 Fluminei veluti deprensus gurgitis undis
 A nulla parte inguinibus causaq; pericli
 Enatat intento prædæ fiber auisus hoste.
 Impiger occultis Pænus postquam additur umbris
 Saxosæ fidens syluæ, maiora petuntur
 Rursus bella retro, & superari certior hostis.
 Pyrenes tumulo clypeum cum carmine figunt,
 Hasdrubalis spoliū Gradino Scipio victor.
 T errore interea posito trans ardua montis
 Bebricia populos armabat Pænus in aula,
 Mercandi dextras largus, bellōq; parata

B.j.

Edixit vt o
 missa pu
 gna in col
 les Pyrene
 ōq; mōtes
 cōtenderēt:
 ipse muta
 to habitu in
 montes au
 fugit.

Hasdrubalē
 castra opus
 lenta relin
 quentiē, vt
 Romanos à
 cæde remo
 vetur, casta
 ri compate
 qui insequē
 tibus vena
 toribus tes
 tes ob quos
 petitur dēi
 bus execat,
 vt liber eua
 dat.
 Gallos ad
 bella solici
 tat Hasdrū
 bal.

SIL. ITAL.

Prodigere in bellum facilis, præmissa feroces
 Augebant animos argenti pondera & auri
 Parta metalliferis longo discrimine terris.
 Hinc noua compleverunt haud tardo milite castra
 Venales animæ, Rhodani qui gurgite gaudent,
 Quorum serpit Arar per rura pigerrimus vnda.
 Iamq; hyeme affecta mitescere cœperat annus,
 Inde iter ingrediens rapidum per Celtica rura,
 Miratur domitas alpes, ac peruia montis
 Ardua, & Herculeæ querit vestigia plantæ,
 Germaniq; vias diuinis comparat ausis.

Verba Hæf
 drubalis mi
 rantis Ro-
 man nōdū
 ab Hæniba
 le, quitātā
 alpiū molē
 transcende
 rit, esse ex
 pugnatam.

Ut vero ventum in culmen, castrisq; resedit
 Hannibalis, quos Roma, inquit, quos altius oro
 Attollit muros? qui post hæc mœnia fratri
 Victa meo stent incolumes? sit gloria dextre
 Felix tanta precor, nève vsq; ad sidera adisse
 Inuideat læuus nobis deus. agmine celso
 Inde alacer, qua munitum decliuis ab alto
 Agger monstrat iter, properatis deuolat armis.
 Non tanto strepuere metu primordia belli,
 Nunc geminum Hannibalem, nunc iactant bina coire
 Hinc atq; hinc castra, & pastos per prospera bella
 Sanguine ductores Italo coniungere Martem,
 Et duplicare acies, venturum ad mœnia cursu
 Hostem præcipiti, & visurum herentia porta
 Spicula Eliseis nuper contorta lacertis.
 His super infrens dens sic secum Oenotria tellus:
 Tantone heu superi spernor contempta furore
 Sidonia gentis, quæ quondam scepra timentem

inducit poe
 ta ipsā quo

Nati Saturnum nostris considerare in oris
 Et regnare dedi? decima iam hæc vertitur æstas,
 Ex quo proterimur: iuuenis cui sola supersunt
 In superos bella, extremo de littore rapta
 Intulit arma mihi, temeratisq; alpibus ardens
 In nostros descendit agros, quot corpora texti
 Cesorum heu stratis toties deformis alumnis.
 Nulla mihi floret baccis felicibus arbor,
 Immatura seges rapido succiditur ense,
 Culmina villarum nostrum delapsa feruntur
 In gremium, fœdantq; suis mea regna ruinis.
 Nunc etiam, vastis qui nunc sese intulit oris
 Perpetiar miseras quærentem exurere belli
 Reliquias, tum me scindat vagus Afer aratro,
 Et Libys Ausonijs commendet semina sulcis,
 Ni, cuncta exultant quæ latis agmina campis
 Uno condiderim tumulo. dum talia versat,
 Et thalamos clausit nox atra hominumq; deumq;
 Tendit Amyclæi præceptis ad castra nepotis.
 Is tum Lucanis cohibentem finibus arma
 Pœnum, vicini seruabat cespite valli.
 Hic iuuenem aggreditur Latiae telluris imago.
 Clausorum decus, atq; erepto maxima Romæ
 Spes Nero Marcello, rumpe, atq; expelle quietem:
 Magnam aliquid tibi, si patriæ vis addere fatis,
 Audendum est, quod depulso quoq; mœnibus hoste
 Victores fecisse tremant, fulgentibus armis
 Pœnus inundauit campos, qua Sena relictum
 Gallorum à populis seruat per secula nomen.

B.ij.

q; Italiæ
 de superis i-
 gratitudine
 cõqueret, e,
 quod eã ter-
 rã vastari
 sinant, quæ
 quondã Sas-
 turã à Io-
 ne expulsũ i
 regnũ suscep-
 perit, enimq;
 q; regnare
 permisit.

Amyclæ etiã
 in Ita-
 lia vrbs est
 à Laconib⁹
 cõdita, q; oli-
 misti cũ Sa-
 binis fuerũt.
 Ex his Clau-
 dius Nero p.
 Clausũ Sabi-
 nũ originẽ
 habuit.
 Exequẽdũ, i
 quis, id tibi
 est, q; postq;
 feceris, ipse
 miraberis te
 attẽtare au-
 sum fuisse.

Ni propere alipedes rapis ad certamina turmas,
Serus deletæ post auxiliabere Romæ.

Surge age fer gressus, patulos regione Metauri
Dannani tumulis Pœnorum atq; ossibus agros.

His dictis abit, atq; abscedens visa pauentem
Attrahere, & fractis turmas propellere portis.

Rumpit flammato turbatus corde soporem,
Ac supplex geminas tendens ad sidera palmas,

Tellurem noctemq; & cælo sparsa precatur
Astra, ducemq; viæ tacito sub lumine Phœben.

Inde legit dignas tanta ad conamina dextras.
Quâq; iacet superi Larinas accola ponti.

Quâ duri bello gens Marrucina, fidemq;
Exuere indocilis socijs Frentanus in armis.

Tum qua vitiferos domitat Prætutia pubes
Læta laboris agros, & penna, & fulmine, & vndis
Hybernis, & Achemenio velocior arcu

Euolat, hortator sibi quisq; age, perge, salutem
A usoniæ ancipites superi, & slet Roma cadât ne

In pedibus posuere tuis, clamântq;, ruuntq;.
Hortandi genus acer habet præcedere ductor.

Illum augent cursus adnixi æquare sequendo,
Atq; inde sessi noctemq; diemq; feruntur.

Querelevy
bis de Nero
nis profæ
Etione quæd
qui vix solt
Hannibali
resistere po
tuerit iæ ex
ercitu diui

At Roma aduersi tantum mala gliscere belli
Accipiens, trepidare metu, nimiumq; Neronem

Sperauisse queri, atq; vno sibi vulnere posse
A usferri restantem animam, non arma, nec aurum,

Nec pubem, nec quem fundant superesse cruorem.
Scilicet Hasdrubalem innadant, ad prælia soli

H annibali satis esse nequit, iam rursus ubi arma
 A uertisse suo cognorit denia vallo,
 H esurum portis Pœnum, venisse superbo
 Qui fratri certet, cui maxima gloria cedit
 Urbis deletæ. fremit amens corde sub vno
 Ordo patrum, ac magno interea meditatur amore
 Seruandi decoris, quonam se fine minanti
 Seruitio eripiat, diuôsque euadat iniquos.
 Hos inter gemitus, obscuro noctis opacæ
 Succedit castris Nero, quæ coniuncta feroci
 Linius Hasdrubali vallo custode tenebat.
 Belliger is quondam, scitûsque accendere Martem
 Floruerat primo clarus pugnator in æno.
 Mox falso lesus non æqui crimine vulgi,
 Secretus ruri tristes absconderat annos.
 Sed postquam granior moles, terrorque periclo
 Poscebat propiore virum, reuocatus ad arma
 Tot cæsis ducibus patriæ deuouerat iram.
 At non Hasdrubalem fraudes latuere recentum
 Armorum, quanquam tenebris nox texerat astus.
 Pulueris in clypeis vestigia visa monebant,
 Et propere signum ad cursus, sonipesque virique
 Substricti corpus, bis clarum buccina signum.
 Præterea gemino prodebant iuncta magistro
 Castra regi, verum fratri si vita supersit,
 Qui tandem licitum socias coniungere vires
 Consulibus? sed enim solum (dum vera patescunt)
 Cunctandi restare dolum, Martemque trabendi,
 Nec consulta fugæ segni formidine differt.

B. iij.

so hasdrubæ
 lè inuadat:
 qui ob id ad
 Italiã irru
 perit vt cõ
 fratre cer
 tet, cui exci
 sã vrbis glo
 ria cedat.

studiorũ Li
 niũ Salinato
 ris descrip
 tio qui mul
 tis rebz an
 tea clarus,
 ob illatã à
 populo igno
 minã rus
 concesserat:
 sed octauo
 anno reuo
 catus, remis
 sa resp. ira,
 in tanto re
 vũ tumultu
 vè Romanã
 strenue est
 tutatus.
 Equi & vi
 ri substricti
 corpus indi
 cabant illuc
 propere ali
 os aduenisse
 milites. Præ
 terea vtri
 usque Consu
 lis tuba.

S I L I T A L.

Nox somni genitrix mortalia pectora curis
 Purgarat, tenebraeque horrenda silentia aiebant,
 Erupit suspensa ferens vestigia castris,
 Et muta elabi tacito iubet agmina passu.
 Illuminem nacti per rura tacentia noctem

(Vitae soci
 os) Paenorum
 enim aliqui,
 relictis si-
 gnis, passi-
 se quieti p-
 agros dede-
 rant.

Describit
 quo pacto
 Hannibal
 errore viae
 elusus, eodē
 vnde discif-
 ferat, redie-
 rit.

Spe fugae ad
 emptam, Han-
 nibal in
 aciem suos
 disposuit, eos-
 que hortatur
 ut quaesiti in
 Hispania ho-
 noris, ubi
 scipiones ce-
 siderunt, sint

Accelerant, vitant socios, sed percita falli
 Sub tanto motu tellus nequit, implicat actas
 Caeco errore vias, umbraeque ferentibus arcto
 Circumagi spatiosa sua per vestigia ductos.
 Nam qua curvatas sinuatis flexibus amnis
 Oblinuat ripas, refluxoque per aspera lapsu
 In sese redit, hac casso ducente labore,
 Exiguum inuoluunt frustratis gressibus orbem,
 Inque errore viae tenebrarum munus ademptum
 Lux urget, panditque fugam, ruit acer apertis
 Turbo equitum portis, atque omnis ferrea late
 Tempestas operit campos, nondum arma manusque
 Permixture, iam tela bibunt permixta cruorem.
 Hinc iussa Paenum fugientem sistere penna
 Dictae volitant, hinc lancea turbine nigro
 Fert lethum cuiusque viro, quem predidit ictus.
 Deponunt abitus curam, trepidique coactas
 Consistunt acies, et spes ad praelia vertunt.
 Ipse inter medios (nam rerum dura videbat)
 Sidonius ductor, tergo sublimis ab alto
 Quadrupedantis equi, tendens vocesque manusque
 Per decora extremo vobis quaesita sub axe,
 Per fratris laudes, oro venisse probemus
 Germanum Hannibalis: Latio fortuna laborat

A duerfis documenta dare, atq; ostendere quantus
 Verterit in Rutulos domitor telluris Iberæ,
 Suetus ad Herculeas miles bellare columnas.
 Forsitan & pugnas veniet germanus in ipsas.
 Digna viro, digna obtestor spectacula, pleno
 Corporibus properate solo: quicumq; timeri
 Dux bello poterat, fratri iacet, vnica nunc spes,
 Et pene è latebris infracto Linius æuo
 Damnatum offertur vobis caput, ite agite oro
 Sternite ductorem, cum quo concurrere fratri
 Sit pudor, & turpis finem donate senectæ.
 At contra Nero: quid cessas clausisse labores
 Ingentis belli? pedibus tibi gloria miles
 Parta ingens, nunc accumula cepta ardua dextra.
 Heu temere abducto rupisti robore castra,
 Ni factum absoluit victoria, præripe laudem.
 Aduentu cecidisse tuo memorabitur hostis.
 Parte alia insignis nudatis casside canis
 Linius: huc iuuenes, huc me spectate ruentem
 In pugnas, quantumq; meus patefecerit ensis,
 Tantum intrate loci, & tandem præcludite ferro
 Iam nimium patulas Pœnis grassantibus alpes.
 Quod ni veloci prosternimus agmina Marte,
 Et fulmen subitum Carthaginis Hannibal adsit,
 Quis deus infernis quæquã nostrum eximat umbris?
 Hinc galea capite accepta, dicta horrida ferro
 Sancit, & obtectus senium fera prælia miscet.
 Illum, per cuneos & per densissima campi
 Corpora tot dantem letho, quot spicula torisit,

meores, fra
 trémq; hæ
 nibalisi ita
 liã venisse
 ostendant.

Hortatur et
 Nero suos.

Linius hor
 tatur iuue
 nes, vt sua
 exēplo pra
 patria præ
 lientur.

SILITAL.

Turbati fugere Macæ, fugere feroces
 Autololes, Rhodaniq; comas intonsa iuuentus.
 Nabis Touis F atidicis Nabis veniens Hammonis arenis
 Hæmonis sacerdos, atq; Improba miscebat securus prælia fati,
 ob id tanq; Cen tutante deo, ac patrijs spolia improba terris
 mortis securus pugnās Fixurum vano tumidus promiserat ore.
 à Lino interimitur. A rdebat gemma Garamantide cœrula vestis,
 Reperitur U t cum sparsa micant stellarum lumina cælo,
 enim apud Et gemmis galeam, clypeumq; accenderat auro,
 eos gemma Casside cornigera dependens infula, sacros
 ita inflexa P ræ se terrores, diuinumq; ferebat honorem.
 actortuosa, A rcus erat, pharetræq; viro, atq; incocta cera stis
 vt arietis cornu effigi S picula, & armatus peragebat bella veneno.
 em reddat, N ecnon cornipedis tergo de more repostus,
 ipsi Hæmonis cornu Sustentata genu per campum pondera conti
 vocant. S armatici, prona aduersos vrgebat in hostes.
 T anto transfixum telo, per membra per arma,
 Consul ante oculos, magno clamore Sabellum
 A sportabat ouans, & ouans Hammona canebat.
 N on tulit hanc iram, tantosq; in corde tumores
 Barbarico senior, telumq; intorsit, & vna
 P redam, animamq; simul victori victor ademit.
 A stitit audito tristis clamore ruine
 H asdrubal, & cœptatem Atabum raptare perempto
 Gemmiferi spodium cultus, auroq; rigentes
 Excuias, iaculum à tergo perlibrat ad ossa.
 I am correpta miser geminis velamina palmis
 Carpebat propere, & tepidos nudauerat artus,
 Concidit, & sacras vestes, atq; aurea fila

Reddidit ex animo, spoliatum lapsus in hostem.
 At Canthus Libyæ latæ possessor arenæ
 Quà celebre inuicti nomen posuere Phileni,
 Ditem Obium obtruncat Rutulum, cui mille sub altis
 Lanigeræ balant stabulis, ipse otia molli
 Exercens cura, gelido nunc flumine soles
 Frangebat ninnios pecori, nunc letus in umbra
 Tondebat niuæ splendentia vellera lanæ,
 Aut pecus è pastu cum sese ad tecta referret,
 Noscentes matres spectabat ouilibus agnos.
 Occubuit clypei transfixo proditus ære,
 Et sero ingemuit stabulis exisse paternis.
 Acrius hoc Italum pubes incurrit, & vrget.
 Ut torrens, vt tempestas, vt flamma cornu scil
 Fulminis, vt Boream pontus fugit, vt cana currunt
 Nubila, cum pelago calum permiscuit Eurus.
 Procera stabant Cestorum signa cohortes,
 Prima acies, hos impulsu cuneoq; feroci
 Laxat vi subita, & fessos errore viarum,
 Nec soli faciles, longiq; laboris anhelos
 Avertit patris gentem pauidor, addere tergo
 Hastas Ansonius, teloq; instare sequaci,
 Nec donare fugam. cadit vno vulnere Tyrus,
 Non vno Rhodanus, profligatumq; sagittæ
 Lancea deturbat Morinum, & iam iamq; cadentem
 Cedentemq; vrget totas largitus habenas
 Liuius acer equo, & turmis abeuntibus infert
 Cornipedem: tunc auersi turgentia colla
 Diripit ense Mose, discussit pondere terram

Phileni fra
 tres, vni in
 Carthagi
 nensiu Cyre
 nensiumq; fi
 nibus sepul
 ti.

solis eni ca
 lore ægre
 tolerat, &
 primo impe
 tu feroces
 postea pa
 uent.

SIL. ITAL.

Cum galea ex alto lapsum caput, ac residentem
Turbatus rapuit sonipes in praelia truncum.

*Si (ingr' Ca^a
to) hic Lini^o
Hannibali i* Hic Cato (nam medio vibrabat & ipse tumultu)
Si primas, inquit, bello cum amisimus Alpes

*Alpiu trāsi
tu opposit^o
fuisse, tot i
Italia cæsi
non essent.* Hic iuveni oppositus Tyrio foret, hei mihi quanta
Cessauit Latio dextra, & quot funera Pænis

Donarunt prauis suffragia tristia campi.

Iamq; inclinabant acies, cunctisq; pauorem

Gallorum induerat pavor, & fortuna ruebat

Sidonia, ad Rutulos victoria verterat alas.

Celsus ceu prima reflorescente iuuenta

Ibat Consul ouans, maior maiorg; videri.

Ecce trahens secum canentem puluere turmam,

*Verba Ha^s
drubalis su-
os à fuga
robibere co-
nantis.* Ductor Agenorens subit, intorquensq; lacertis

Tela, sonat: cohibete fugam, cui cedimus hosti?

Nonne pudet? conuersa senex marcentibus armis

Agmina agit: nunc queso mihi nunc dextera in armis

Degenerat, nostriq; piget? mihi Belus auorum

Principium, mihi cognatum Sidonia Dido

Nomen & ante omnes bello numerandus Amilcar

Est genitor mihi: cui cedunt montesq; lacusq;

Et campi atq; amnes, frater: me magna secundum

Carthago putat Hannibali, me Betis in oris

& quant germano passæ mea praelia gentes.

Talia dum memorat, medios ablatas in hostes.

Ut noua conspecti fulserunt Consulis arma,

Hastam præpropero nisu iacit: illa per oras

& rati clypei, & lorice tegmine summo

Incidit haud felix humero, parcèq; petita

Perstrinxit corpus, nec multo tincta cruore,
 Vana sed optanti promisit gaudia Pæno.
 Turbati Rutuli, confusâq; pectora visu
 Terrifico. tum increpitans conamina Consul:
 Fœmineis læsum vana inter cornua corpus
 Vnguibus, aut palmis credas puerilibus ictum.
 Ite docete viri Romanæ vulnera fuerint
 Quanta afferre manus. tum vero effunditur ingens
 Telorum vis, & densa sol vincitur umbra.
 Iamq; per extentos alterna strage virorum
 Corpora fusa iacent campos, diuersâq; in vndam
 Iunxerunt cumulo crescente cadavera ripas.
 Vt cum venatu saltus exercet opacos
 Dictynna, & læta præbet spectacula matri,
 Aut Pindi nemora excutiens, aut Menala lustrans
 Omnis Naiadum plenis comitata pharetris
 Turba ruit, cursûq; leues nemora auia cingunt.
 Corythi interea stridunt, ductisq; sagittis
 Pendentes saliunt, nymphis obeuntibus arua.
 Tum per saxa fera, perq; ipsa cubilia fusa,
 Per valles, fluiuiosq; atq; antra virentia musco,
 Multa strage iacent: exultat vertice montis
 Tunc latam lustrans oculis Latonia prædam.
 Audito ante alios senioris vulnere, rumpit
 Per medios Nero senus iter, visâq; virorum
 & quali pugna, quid enim, quid deinde relictum est
 Italiae fati? hunc si non vincitis hostem,
 Hannibalem vincetis ait? ruit ocyus amens
 In medios: Tyriumq; ducem inter prima frementem

Punicâ vul-
 nus (iquit)
 fœmineū est.
 ostendamus
 itaq; nos qd
 Româ ma-
 nus valeat.

Pænorū a-
 pud Metan-
 rû stragē, fe-
 rarū acer-
 nis à Diana
 venata deie-
 ctis cōparat

SIL. ITAL.

Balenæ in-
star, piscem
laxo hiatu
in mari de-
voratis, Ne
ronē in Pæ-
nos ruisse di-
cit.

Agmina vt aspexit, rabidi ceu belua ponti
Per longum sterili ad pastus iactata profundo
Cum procul in fluctu piscem male saucia vidit,
& stuat, & lustrans nantem sub gurgite prædam,
Absorbet late permixtum piscibus æquor.
Non telo mora, non dictis, haud amplius inquit
Elabere mihi, non hic nemora auia fallent
Pyrenes, nec promissis frustrabere vanis,
Ut quondam terra fallax deprensus Ibera
Euasti nostram mentito fœdere dextram.
Hæc Nero, & intorquet iaculum, nec inutilis ictus.
Nam latere extremo cuspis vibrata resedit.
Inuadit stricto super hæc interritus ense,
Collapsiq; premens umbone trementia membra,
Siqua sub extremo casu mandata referri
Germano vis forte tuo, portabimus inquit.
Contra Sidonius, letho non terreor vlllo,
Vtere Marte tuo, dum nostris manibus adsit
Actutum vindex. mea si suprema referre
Fratri verba paras, mando Capitolia victor
Exurat, cineriq; Ionis permisceat ossa
Et cineres nostros. cupientem adnectere plura
Ferventemq; ira Martis, transuerberat ense,
Et rapit infidum victor caput. agmina fuso
Sternuntur duce, non vltra fidentia Marti.
Iamq; diem solisq; vices nox abstulit atra,
Quum vires parco victu, somnoq; reducunt:
Ac nondum remeante die, victricia signa
Qua ventum, referunt, clausis formidine castris.

Tum Nero procera sublimia cuspide portans
 Ora ducis cæsi, Cannas pensauimus, inquit,
 Hannibal, & Trebiam & Thrasimeni littora tecum
 Fraterno capite, i, duplica nunc perfida bella,
 Et geminas arcesse acies, hæc præmia restant,
 Qui tua transmissis optarint Alpibus arma.
 Compressit lachrymas Pænus, minuitq; ferendo
 Constantè mala, & inferias in tempore dignas
 Missurum fratri clauso commurmurat ore.
 Tum castris procul amotis, aduersa quiete
 Dissimulans, dubia exclusit certamina Martis.

HERMANNI BVSCHII PASIPHILI
 argumentum in librum decimum sextum.

h Annibalem accepit miserandos Bruttia tellus
 Mærentem patriæ casus, fratrisq; suosq;
 Non tamen audebat concurrere Roma gementi.
 Tantus erat Libyci metus & formido tyranni.
 Omnia in auriferis iam Marte subegerat armis
 Scipio, iam dederat fugientia carbasa ventis
 Exutus castris Mago, iam captus & Hanno
 Prebebat Latijs infelix colla catenis.
 Hasdrubal huic, cladis dum nescius, addere sese
 Festinat, latebras victus certamine spectat.
 Dein, Masanissa nouo contingit fœdere dextram
 Scipiadæ sociumq; sibi Dux ipse Syphacem
 Conciliat: facit hinc ludos patrûq; patriq;
 Et repetit Latium fama spargente triumphum.

SILII ITALICI PVNICORVM
liber decimus sextus.

Ruttia mœrentem casus patrieque
suosque

6

Hannibalem accepit tellus, hic ag-
gere septus

In tempus posita ad renouandum
bella coquebat.

Hannibalē in
Brutijs, ex-
tremo Ita-
liæ angulo la-
tentē & bel-
lo vt vltio-
nē paret ab-
stinētē: tan-
to cōparat,
qui grege
omisso i syl-
uis solus se
exercet, quō
que pactovi-
ctore supet
meditatur.

A bditus vt sylua, stabulis cum cesset ademptis

A misso taurus regno gregis, ania clauso

M olitur saltu certamina, iamque feroci

M ugitu nemora exterret, perque ardua cursu

S axa ruit, sternit syluas, rupesque laceffit

I rato rapidus cornu, tremit omnis ab alto

P rospectans scopulo pastor noua bella parantem.

S ed vigor, hausurus Latium, si cætera Martis

A diumenta forent, praua obtrectante suorum

I nuidia reuocare animos, agitare negata

C ogebatur ope, & senio torpescere rerum.

P arta tamen formido manu, & tot cadibus olim

Q uæsitus terror, velut inuiolabile telis

S eruabant sacrumque caput, proque omnibus armis

E t castrorum opibus, dextrisque recentibus vnum

H annibalis sat nomen erat, tot dissona lingua

A gmina, barbarico tot discordantia ritu

C orda virum mansere gradu, rebusque retusis

F idas ductoris tenuit reuerentia mentes.

Transit ad
hispanias

N ec vero Ausonia tantum se letus agebat

Dardanidis Mauors, iam terra cedit Ibera
 Auriferis tandem Phœnix depulsus ab aruis.
 Iam Mago exutus castris, agitante pauore
 In Libyam propero transmisit cœrula velo.
 Ecce aliud decus haud primo contenta fauore
 Nutribat fortuna duci, nam concitus Hanno
 Aduentabat, agens trepidantibus agmina cetris
 Barbara, & indigenas serus raptabat Iberos.
 Non ars, aut astus belli, vel dextera deerat,
 Si non Scipiade concurreret, agmina ductor
 Magna adeo Ausonius maiori mole premebat,
 Ut Phœbe stellas, ut fratris lumina Phœben
 Exuperant, montesq; Atlas, ut flumina Nilus,
 Ut pater Oceanus Neptunia cœrula vincit.
 Vallantem castra (obsuro iam vesper olympo
 Fundere non equam trepidanti cœperat umbram)
 Aggreditur Latius rector, subitoq; tumultu
 Caduntur passim cœpti munimina valli
 Imperfecta, super contexere herbida lapsos
 Pondera, & in tumuli concessit cespes honorem.
 Vix vni mens digna viro, nouisse minores
 Quam deceat, pretiumq; operæ sit tradere fame.
 Cantaber ingenio membrorum, & mole timeri
 Vel nudus telis poterat Larus, hic fera gentis
 More, securigera miscebat prælia dextra,
 Et quanquam fundi se circum pulsa videret
 Agmina, deleta gentilis pube cateruæ
 Cæsorū implebat solus loca, seu foret hostis
 Comminus, expleri gaudebat vulnere frontis

poeta, nãq;
 hic quoque
 Marte fauē
 tē Romani
 habebant.

Refert Livius
 Hannonē
 cū Magone
 coniunctum
 fuisse, licet
 poeta sepa-
 ret.

Larū solum
 ex Celtiberis
 memoria di-
 gnū, poeta
 laudat: ut q
 tantæ agili-
 tatis extite-
 rit, ut omni
 ex parte pu-
 gnare pro-
 ptus fuerit.

SIL. ITAL.

A duerse, seu laeva acies in bella vocaret
 Obliquo telum reflexum Marte rotabat.
 At cum ponè ferox auersi in terga veniret,
 Victor nil trepidans retro iactare bipennens
 Callebat, nulla belli non parte timendus.

Describit pu
 gnā Lari
 I. scipiois,
 qui à deni
 Etā Asia, A-
 siaticus di-
 ctus postea
 est.

H uic, ducis inuicti germanus turbine vasto
 Scipio contorquens hastam, cudone comantes
 Disiecit crines, nanq; altius acta cucurrit
 Cuspis, & elata procul est eiecta securi.

A t inuenis, cui telum ingens accesserat ira,
 Barbaricam assiliens magno clamore bipennem
 Incutit. intremuere acies, sonuitq; per auras
 Pondere belligero pulsati tegminis umbo.

H aud impune quidem, remeans nam dextera ab ictu
 Decisa est gladio, ac dilecto immortua telo.

Qui postquam murus miseris ruit, agmina concors
 A uertit fuga confestim dispersa per agros.
 Nec pugnae species, sed pœnae tristis imago

Notat poe-
 ta Hannonē,
 q. amore vi-
 te capi se
 passus sit,
 potius, q. for-
 titer pugna
 do occubere:
 Quē Sci-
 pio deridet,
 q. facilis fue-
 rit ad serui-
 tutem.
 Hannone cū
 ceteris ca-

I lla erat, hinc tantum cedentum, atq; inde ruentum.
 Per medios Hannon palmas post terga reuinctus

E cce trahabatur, lucemq; (heu dulcia cæli
 Lumina) captiuus vitæ inter vincla petebat.

Cui rector Latius. tanta en qui regna reposcant,
 Queis cedat toga, & armiferi gens sacra Quirini,

S eruitio si tam faciles, cur bella refertis?

H æc inter celerare gradum, coniungat vt arma
 Hasdrubalem ignarum cladis prænuntius affert

E xplorator eques, raptat dux obuia signa.

A t postquam optatam lætus contingere pugnam

Vidit, & ad lethum magno venientia cursu
 Agmina, suspiciens cælum, nihil amplius, inquit,
 Vos hodie posco superi, protractus ad arma
 Quod profugus, satis est, in dextra cætera nobis
 Vota, viri rapite, ite precor, vocat ecce furentes
 Hinc pater, hinc patruus gemina ò mihi numina belli
 Ducite, adeste, sequor, dignas spectabitis, aut me
 Presciant mens fallit, vestro iam nomine cedes.
 Nam quis erit tandem campis telluris Iberæ
 Bellandi modus? en vnquam lucebit in orbe
 Ille dies, quo te armorum Carthago meorum
 Aspiciam sonitus, admotâq; bella, trementem?
 Dixerat, & raucus stridenti murmure clangor
 Increpuit, tonnere feris clamoribus astra.
 Concurrunt, quantumq; rapit violentia ponti
 Et Notus & Boreas, & inexorabilis Auster,
 Cum mergunt plenas tumefacta sub æquora classes:
 Aut cum lethiferos accendens Syrius ignes,
 Torret anhelantem senis ardoribus orbem,
 Tantum acies, hominumq; ferox discordia ferro
 Demetit, haud vllus terrarum æquarit hiatus
 Pugnarum damna, aut strages per inhospita lustra
 Vnquam tot dederit rabies horrenda ferarum.
 Iam campi, vallésq; madent, hebetatâq; tela.
 Et Libys occubere, & amantes Martis Iberi.
 Stat tamen vna loco perfossis debilis armis,
 Luctatûr q; acies, quâ concutit Hasdrubal hastam.
 Nec finem daret ille dies, animosâq; virtus,
 Ni perlapsa foret lorice tegmine arundo,

C.j.

ptius Ro-
 mæ misso cū
 I. Scipione
 Hasdrubal
 cladis igna-
 rus cū Hæ-
 none arma
 iūcturus scī
 pioni se of-
 fert, ac vi-
 ctus fugit.
 Quod, inqt
 obieciſtis ha-
 stem vt cō-
 grediliceat,
 satis est, na
 bis victoriæ
 parietur,

Hannib^o eni
 acceptis re-
 licto exerci-
 tu noctu Ga-
 des p̄fugit.
 Canit porta
 Masanisse
 ex pugnare
 uerso noctu
 trines arsis-
 se, quod in-
 terpretata
 mater, sua-
 fit cū Roma-
 nis fœd^o in-
 eundū, sic re-
 gnū augu-
 stius fuerū
 sed Linus
 de eo aliter.

Et parco summum violasset pondere corpus,
 Suasissetq; fugam, rapido certamina linoit
 In latebras euectus equo, noctisq; per umbram
 Ad Tartessiacos tendit per littora portus.
 Proximus in pugna ductori Marte manūq;
 Regnator Nomadum fuerat, mox fœdere longo
 Cultūq; Eneadum, nomen Masanissa superbum.
 Huic fesso, quos dura fuga, & nox suaserat atra
 Carpentī somnos, subitus rutilante coruscum
 Vertice fulsit apex, crispamq; inuoluerē visa est
 Mitis flamma comam, atq; hirta se spargere fronte.
 Concurrunt famuli, & serpentes pectora circum
 Festinant gelidis restinguere fontibus ignes.
 At grandæna, deūm prænosceus omīna, mater,
 Sic sic cælicolæ, portentāq; vestra secundi
 Condite ait, duret capiti per secula lumen.
 Ne vero ne nate, deūm tu leta pavesce
 Prodigia, aut sacras metue inter tempora flammās.
 Hic tibi Dardaniæ promittit fœdera gentis,
 Hic tibi regna dabit regnis maiora paternis
 Ignis, & adiunget Latij tua nomina fati.
 Sic vates, iuuenisq; animum tam clara movebant
 Monstra, nec à Pœnis ulli virtutis honores,
 Hannibal ipse etiam iam iamq; modestior armis
 Ire videbatur, Martisq; liquefcere famam.
 Aurora obscuri tergebat nubila cæli,
 Vixq; Atlantiadum rubefecerat ora sororum,
 Tendit ad Ausonios, & adhuc hostilia castra.
 Atq; ubi se vallo intulerat, ductorq; benigna

Accepit Latius vultu, rex talibus infit.
 Caelestum monita, & sacrae responsa parentis,
 Diisq; tua ò Rutulùm rector gratissima virtus,
 A nullum Tyrijs huc me duxere volentem.
 Si tibi non segnes tua contra fulmina saepe
 Uisi stare sumus, dignam te nate tonantis
 Afferimus dextram, nec nos aut vana subegit
 Incerta mentis lenitas, & mobile pectus,
 Aut spes, & lati sectamur praemia Martis.
 Perfidiam fugio, & perinram ab origine gentem.
 Et quando Herculeis finisti praelia metis,
 Hanc ipsam belli nobiscum inuade parentem.
 Ille tibi, qui iam gemino Laurentia lustrò
 Possedit regna, & scalas ad mœnia Romæ
 Admouet, in Libyam flammis ferroq; trahendus.
 Sic Nomadum ductor, tunc dextera Scipio dextram
 Amplexus, si pulchra tibi Mauorte videtur,
 Pulchrior est gens nostra fide, dimitte bilingues
 Ex animo socios, magna hinc te praemia clare
 Virtutis Masanissa manent, citiusq; vel armis
 Quàm stratae studio vincetur Scipio mentis.
 Cetera quæ in Libyam portare incendia suades,
 Expediet tempus. nec enim sunt talia rerum
 Non meditata mihi, & mentem Carthago fatigat.
 Hinc iuueni, dona insignem velamine picto
 Dat chlamydem, stratùmq; ostro (quem ceperat ipse
 Deiecto victor Magone, animùmq; probarat)
 Cornipedem, & cum qua diuùm libabat ad aras
 Hasdrubal ex auro pateram, galeamq; comantem.

Masanissa
 ad Scipionem

Carthagi-
 nœ dicit, quæ
 omnis perfidiæ
 parens.

Si, inquit Scipio,
 videtur
 Romani ar-
 mis nõ ince-
 lebres, fide
 tamẽ multa
 sunt præstã-
 tiores, imò
 armis poti-
 us q̃ officio
 vinceret.

S I L I T A L.

Exin firmato sociali fœdere regis,
 Uertendas agitât iam nunc Carthaginis arces.
 Massylis regnator erat ditissimus oris,
 Nec nudus virtute Syphax, quo iura petebant
 Innumerae gentes, extremâq; littore Tethys.
 Multa viro terra ac sonipes, & belua terror
 Bellorum, nec non Marti delecta iuuentus.
 Nec foret aut ebore, aut solido qui vinceret auro;

Getulis abe-
 nis, purpu-
 ram dicit.

Getulisve magis fucaret vellus abenis.

Has adiungere opes avidus, reputansq; laborem
 Si vertat rex ad Pœnos, dare vela per altum
 Imperat, atq; animo iam tum fera bella capeffit.
 Verum vbi peruentum, & portus tenuere carinae,
 Iam trepida fugiens per proxima littora puppe

Ambo, &
 Scipio &
 Hasdrubal
 benigne ac-
 cepti à Sy-
 phace.

Hasdrubal afflictis aderat nona fœdera querens
 Rebus, & ad Tyrios Massylia signa trahebat.
 Audito pariter populorum in regna duorum
 Aduenisse duces, qui tota mole laborent,
 Disceptentq; armis, terrarum vter imperet orbi,
 Celsus mente Syphax acciri in tecta benigne
 Imperat, & tanto regni se tollit honore.

Loquitur Sci-
 piô Syphax

Tum letos voluens oculos aduersa per ora,
 Sic Latium affatur iuuenem, ac prius incipit vltro.
 Quàm te Dardanida pulcherrime mente serena
 Accipio, intueorq; libens, quàmq; ora recordor
 Lætus Scipiadae, renocat tua forma parentem.
 Nam repeto Herculeas Erythrea ad littora Gades
 Quum studio pelagi, & spectandis æstibus vnda
 Venissem magnos vicina ad flumina Betis.

Ductores miro quondam me cernere amore.
 Tum mihi dona viri præda delecta tulere,
 Arma simul, regnôq; meo, tum cognita primum
 Cornipedum frena, atq; arcus, queis cedere nostra
 Non norunt iacula, & veteris tribuere magistros
 Militiæ, qui dispersas sine lege cæternas
 Vestro formarent ritu ad certamina Martis.
 Ast ego quum nostra (in nostris quæ copia regnis)
 Nunc auri ferrem, nunc nunc munera dentis,
 Nil valui precibus, solos sibi cepit uterq;
 Quos cohibebat ebur vaginæ sectilis enses.
 Quare age letus habe nostros intrare penates,
 Ac mea quando habuit Libycum fortuna per undas
 Ductorem, facili quæ dicam percipe mente,
 Et vos qui Tyriæ regitis Carthaginis arces
 Has drebal huc aures, huc quæso aduertite sensus.
 Quanta per Ausonios populos torrentibus armis
 Tempestat ruat, & Latio suprema minetur,
 Utq; bibant Tyrium bis quinos seuæ per annos
 Sicana nunc tellus, nunc littora Ibera cruorem,
 Cui nescire licet? quin ergo tristia tandem
 Considunt bella, & deponitis arma volentes?
 Tu Libya, tu te Ausonia cohibere memento.
 Haud deformis erit vobis ad fœdera versis
 Pacator mediûsq; Syphax. subiungere plura
 Non passus, gentis morem arbitriûmq; Senatus
 Scipio demonstrat: nanq; illum absistere cœpti
 Spe iubet, & patres docet hæc expendere solos.
 Sûadendi modus hic, quôdq; est de parte diei

C.iiij.

Cū res Sci-
 pionū in Hæ-
 spania pro-
 speræ esset,
 Syphax Nu-
 midæ rex
 cum popula-
 Ro. amicitia
 am inuit:
 Et triū ad
 se legatorū
 Vnū apud se
 manere o-
 ptavit, q̄ ru-
 des Noma-
 das rei mi-
 litaris Ro-
 manorū di-
 sciplinā tra-
 deret: quod
 munus Quæ-
 statori ob-
 eundum se-
 scipit.
 Syphax v-
 trorūq; ca-
 lamitates
 perstringēs
 pacē suadet,
 seq; mediū
 pollicetur.

S I L I T A L.

Exaeti super, ad mensas & pocula vertunt.
 Atq; epulis postquam finis, dant corpora somno,
 Et dura in noctem curarum vincula solvunt.
 Iamq; nouum terris pariebat lumine primo
 Egrediens Aurora diem, stabulisq; subibant
 Ad inga solis equi, necdum ipse ascenderat axem,
 Sed prorupturis rutilabant equora flammis.
 Exigit è stratis corpus, vultuq; sereno
 Scipio contendit Massyli ad limina regis.
 Illi mos patrius foetus nutrisse leonum,
 Et catulis rabiem, atq; iras expellere alendo.
 Tum quoq; fulua manu mulcebat colla, iubasq;
 Et fera tractabat ludentum interritus ora.
 Dardanium postquam ductorem accepit adesse,
 Induitur chlamydem, regniq; insigne vetusti
 Gestat laeva decus, cinguntur tempora vitta
 Albente, ac lateri de more astringitur ensis.
 Hinc in tecta vocat, secretisq; adibus hospes
 Sceptringero cum rege, pari sub honore residunt.
 Tum prior his infit terra pacator Iberæ.
 Primam mihi, domitis Pyrenes gentibus, ire
 Ad tua regna fuit properantem & maxima cura
 Osceptri venerande Syphax, nec me equore senus
 Tardauit medio pontus: non ardua regnis
 Quæsumus aut inhonora tuis: coniunge Latinis
 Unanimum pectus, sociisq; accede secundis.
 Non tibi Massylæ gentes, extentaq; tellus
 Syrtibus, & latis proanita potentia campis
 Amplius attulerint decoris, quam Romula virtus.

Scipio qua-
 re aduene-
 rit, ostēdit.

Certa innicta fide, & populi Laurentis honore,
 Cætera quid referam? non ullus scilicet ulli
 Et quis calicolum, qui Dardana læserit arma.
 Audiuit lato Massylus & annuit ore,
 Complexusq; virum, firmemus prospera dixit
 Omina, nec votis superi concordibus absint,
 Cornigerumq; Iouem Tarpeiumq; ore vocemus,
 Et simul extructis cespes surrexerat aris.
 Victimamq; admota stabat subiecta bipenni,
 Cum subito abruptis fugiens altaria taurus
 Exiit vinclis, mugituq; excita late
 Implevit tecta, & fremitu suspiria rauco
 Congeminat, trepida terrorem sparsit in aula.
 Vittamq; maiorum decoramen fronte, sine vlllo
 Delapsa attactu nudauit tempora regis.
 Talia calicolæ casuro tristia regno
 Signa dabant, seniq; aderant graua omina fati.
 Hinc fractum bello regem, solioq; reuulsum
 Tempus erit, cum ducet agens ad templa tonantis,
 Qui tunc orabat socialia fœdera supplex.
 His actis repetit portum, puppemq; secundo
 Dat vento, & notis reddit se Scipio terris.
 Concurrunt auide gentes, variisq; subacta
 Pyrene misit populos, mens omnibus vna
 Concordes regem appellant, regemq; salutant,
 Scilicet hunc summum norunt virtutis honorem.
 Sed postquam miti reiecit munera vultu
 Ausonio non digna viro, patriosq; vicissim
 Edocuit ritus, & Romam nomina regum

C.iii.

Fuga Tauri
 declatio Sy
 phacis ad
 Pænos: casus
 ornamenti ca
 pitis, regni
 excidium por
 tendi poeta
 vult. Duxit
 enim Has
 drubalis fi
 liam vxorem.
 Et postea ca
 ptus, viuis
 ad scipionem
 est ductus.

SILITAL.

scipio ad
militēs.

Monstravit nescire pati, conuersus in vnā
 Quæ restat curam, nullo super hoste relicto,
 Et Latium simul, & vulgum Bætisq; Tagiq;
 Conuocat, ac medio in cætu sic deinde profatur:
 Quando ita calicolum nobis propensa voluntas
 Annuit, extremo Libys vt deiectus ab orbe
 Aut his occideret campis, aut axe relicto
 Hesperio, patrias exul lustraret arenas:
 Iam vestra tumulos terra celebrare meorum
 Est animus, pacemq; dare exposcentibus vmbis.
 Mente fauete pari, atq; aures aduertite vestras,
 Septima cum solis renouabitur orbita celo.
 Quiq; armis ferroq; valent, quiq; arte regendi
 Quadringos pollent currus, queis vincere planta
 Spes est, & studium iaculis impellere ventos
 Assint, & pulchræ certent de laude coronæ.
 Præmia digna dabo, & Tyria spolia inclyta præda,
 Nec quisquam nostri discedet muneris expers.
 Sic donis vulgum, laudumq; cupidine flammât.
 Iamq; dies prædicta aderat, cætuq; sonabat
 Innumero campus, simulatâsq; ordine iusto
 Exequias rector lachrymis ducebat obortis.
 Omnis Iber, omnis Latio sub nomine miles
 Dona ferunt, tumulisq; super flagrantibus addunt.
 Ipse tenens nunc lacte sacro, nunc plena Lyco
 Pocula, odoriferis aspergit floribus aras.
 Tum manes vocat excitos, laudesq; virorum
 Cum fletu cantat, veneratur facta iacentum.
 Inde refert sese circo, & certamina prima

Inchoat, & rapidos cursus proponit equorum.
 Fluctuat equoreo fremitu, rabiéq; fauentum
 Carceribus nondum reſeratis mobile vulgus,
 Atq; fores oculis, & limina ſeruat equorum.
 Iamq; vbi prolato ſonvere repagula ſigno,
 Et toto prima emicuit vix vngula cornu,
 Tollitur in cælum furiali turbine clamor.
 Proniq; ac ſimiles certantibus ore ſequuntur
 Quiſq; ſuos currus, magnâq; volantibus ijdem
 Uoce loquuntur equis, quatitur certamine circus
 Certantum, ac nulli mentem non abſtulit ardor.
 Instant præceptis, & equos clamore gubernant.
 Fuluus arenosa ſurgens tellure ſub auras
 Erigitur globus, atq; operit caligine denſa
 Cornipedumq; vias, aurigarumq; labores.
 Hic ſtudio furit acris equi, furit ille magiſtri,
 Hos patriæ fauor, hos accendit nobile nomen
 Antiqui ſtabuli, ſunt quos ſpes grata fatiget,
 Et noua ferre iugum cernix, ſunt cruda ſenectus
 Quos iuuet, & longo ſonipes ſpectatus in æuo.
 Euolat ante omneis, rapidôq; per aera curſu
 Callaicus Lampon fugit, atq; ingentia tranat
 Exultans ſpatia, & ventos poſt terga relinquit.
 Conclamant, plauſûq; fremunt, votiq; peractam
 Maiorem credunt præcepto limite partem.
 At queis interior cura, & prudentia circi
 Altior, effuſas primo certamine voces
 Damna, & caſſis longe increpitare querelis
 Indispensata laſſantem corpora niſu,

Hoc eſt, Dâ
 to tubæ ſonû
 tu, & egs
 emiſſis.
 Spectantiæ
 exprimit hæ
 bitum.

Lampon eg
 nomē à Cal
 laicis popu
 lis adducti.

In curſu præ
 mos victos
 res fore ſpe
 rant artis
 ignari: at lō
 ge aliter ex

SIL. ITAL.

periti: hi pri-
mum impe-
tum tempe-
radum hor-
tantur.

Pachates se-
cundus equus
ab Ibero re-
gebatur.

Pelori apud
Cinyphios
nutritus, &
freni patien-
tem guber-
nabat Duri-
us, Campha-
sum freni in-
patientem re-
gebatur Atlas

Pelori Har-
pe equa ex
Zephyro co-

Quò nimius, quò Cyrne ruis? (nam Cyrenus agebat)
Verbera dimitte, & reuoca moderatus habenas.
Hec surdas aures, fertur securus equorum,
Nec meminit quantum campi decurrere restet,
Proximus à primo distans, quantum equore currus
Occupat ipse loci tantum: sed proximus ibat
Astur Panchates, patrium frons alba nitebat
Insigne, & patrio pes omnis concolor albo.
Ingentes animi, membra haud procera, decusq;
Corporis exiguum, sed tum sibi fecerat alas
Concitus, atq; ibat campo indignatus habenas.
Crescere sublimem, atq; augeri membra putares.
Cinyphio rector radiabat fronte Peloro.
Camphasus, ipse asper, nec qui cervicis amaret
Applausæ blandos sonitus, clausumq; cruento
Spumeus admorsu gauderet mandere ferrum.
At docilis freni & melior parere Pelorus,
Non vnquam effusum sinuabat denius axem.
Sed leuo interior stringebat tramite metam,
Insignis multa cernice, & plurimus idem
Ludentis per colla iuba (mirabile dictu)
Unus erat leuis, vt Zephyri noua flamina, campis
Vectonum eductum genitrix effuderat Harpe,
Nobilis hunc Durius stimulabat in equore currum.
Camphasus antiquo fidebat Atlante magistro,
Ipsam Etola vago Diomedei condita Tyde
Miserat, exceptum Troiana ab origine equorum
Credebant, quos Æneæ Simoentis ad vndas
Victor Tydides magnis abduxerat ausis.

Iamq; fere medium euecti certamine campum
 In spatia addebant: nisiq; apprehendere primos
 Panchates animosus equos, super altior ire,
 Et precedentem iam iamq; ascendere currum
 Ponè videbatur, curuatisq; vngula prima
 Callaicum quatiens pulsabat calcibus axem.
 At postremus Atlas, sed non & segnior ibat
 Postremo Durio, pacis de more putares
 & quata fronte & concordii currere freno.
 Sensit, & exhaustas, qui proximus ibat, Iberus,
 Callaicas cernit vires, nec vt ante salire
 Precipitem currum, & fumantes verberere cogi
 Assiduo violenter equos, ceu monte procella
 Cum subita ex alto ruit, vsq; ad colla repente
 Cornipedum protentus, & in capita ardua pendens
 Concitat ardentem, quod ferret lora secundus,
 Panchaten, vocésq; addit cum verberere mixtas.
 Té ne Astur certante feret quisq; equore palmam
 Erepto? consurge, vola, perlabere campum.
 Assuetis velox pennis decrescit anhelos
 Pectore consumptus Lampon, nec restat hiant
 Quem ferat ad metas iam spiritus. hæc ubi dicta,
 Tollit se sonipes, ceu tunc è carcere primo
 Corriperet spatium, & nitentem opponere leuos
 Aut equare gradus, Cyrnunt post terga relinquit.
 Confremit & cælum, & percussus vocibus altis
 Spectantum circus, fertur sublime per auras
 Altius attollens cernicem victor ouantem
 Panchates, sociosq; trahit prior ipse iugales.

ceptū prodū
 xerat: Cam
 phasus, ex
 equis quos
 Diomedes
 Aeneæ abf-
 tulerat, ori
 ginē puta-
 batur ha-
 bere.

Hortatur
 Iberus Pan-
 chaten ex
 Asturia ad-
 ductam.

SIL. ITAL.

Nunc ad dex
tram, nunc
ad sinistra
currus fle
tentes, al
ter alterius
iter impedire
sunt conati.

At postremus Atlas, Durius postremus in orbem
 Exercent artes, lenos nunc appetit ille
 Conatus, nunc ille premit, certaq; subire
 Dexter, & alterni, nequicquam fallere tentant.
 Donec confusus primæne flore inuenta
 Obliquum Durius conuersis pronus habenis
 O pposuit currum, atq; euersum propulit axem
 Atlantis senio inualidi, sed iusta querentis,
 Quò ruis? aut qui nam hic rabidi certaminis est mos?
 Et nobis & equis, lethum commune laboras.
 Dúmque ea proclamat, perfractò voluitur axe
 Cernuus, ac pariter fusi (miserabile) campo
 Discordes sternuntur equi: quatit æquore aperto
 Lora suis victor, mediâq; Pelorus arena
 Surgere nitentem fugiens Atlanta reliquit.
 Nec longum Cyrni defessos prendere currus.
 Hunc quoq; cunctantem, & sero moderamina equorum
 Discitentem, rapido præternolat incitus axe,
 Impellit currum clamor vocésq; fauentum.
 Iamq; etiâ dorso atq; humeris trepidantis Iberi
 Ora superposuit sonipes, flatúsque vapore
 Terga premi, & spumis auriga calefcere sentit,
 Incubnit campo Durius, misitq; citatos
 Verbere quadrupedes, nec frustra equare videtur,
 Aut etiam equavit inga præcedentia dexter.
 Attonitus tum spe tanta, genitore Pelore
 Te Zephyro eductum nunc nunc ostendere tempus
 Discant, qui pecudum ducunt ab origine nomen,
 Quantum diuini præcellit seminis ortus.

Victor dona dabis, statnēsq; altaria patri.
 Et ni successu nimio, letōq; pauore
 Proditus elapso foret inter verba flagello,
 Forsan sacraffet Zephyro quas voverat aras.
 Tum vero infelix veluti delapsa corona
 Victoris capiti foret, in se versus ab ira
 Auratam medio discindit pectore vestem,
 Ac lachrymæ simul, & questus ad sidera fusi.
 Nec iam subducto parebat verberare currus.
 Pro stimulis dorso quatiuntur inania lora.
 Interea metis, certus iam laudis agebat
 Sese Panchates, & præmia prima petebat
 Arduus, effusas lenis per colla per armos
 Ventilat aura iubas, tum mollia crura superbi
 Attollens gressus, magno clamore triumphat.
 Par donum solido argento cælata bipennis
 Omnibus, ac vario distantia cætera honore.
 Primus equum volucrem Massyli munera regis
 Haud spernenda tulit, tulit huic virtute secundus
 E Tyria, quæ multa iacet, duo pocula præda.
 Aurifero perfusa Tago villosa leonis
 Terga feri, & cristis horrens Sidonia cassis:
 Tertius inde honor, & postremo munere Atlætis
 Quamuis perfractō senior subsederat axe,
 Attritum donat ductor miseratus & ænum
 Et sortem casus, famulus florente iuuenta
 Huic datur, adiuncto gentilis honore galeri.
 His actis ductor læta ad certamina plantæ
 Inuitat, positisq; accendit pectora donis.

Amisso, in-
 quit, flagel-
 lo, equi pas-
 sere nole-
 bant.

SIL. ITAL.

Hanc primus galeam, hac acies terrebat Iberas
 Hasdrubal: hunc enssem, cui proxima gloria cursu,
 Accipiet, caso pater hunc detraxit Hyemysæ.
 Tertius extremam tauro solabere palmam.
 Cætera contenti discedent turba duobus
 Quisq; ferox iaculis, quæ dat gentile metallum.
 Fulgentes pueri, Tartessos, & Hesperos, ora
 Ostendere simul, vulgi clamore secundo,
 Hos Tyria misere domo patria inclyta Gades.
 Bæticus (hoc dederat puero cognomen ab anne
 Corduba) & haud parco certamine læta fouebat.
 Inde comam rutilus, sed cum fulgore nivali
 Corporis, implevit caneam clamoribus omnem,
 Eurythus, excelsa nutritum colle creatur
 Stetabis, atq; aderant trepidi pietate parentes.
 Tum Lamus, & Sicoris, proles bellacis Iserdæ,
 Et Theron potator aquæ sub nomine Lethes,
 Quæ fluit immemori perstringens gurgite ripas.
 Qui postquam arrecti plantis, & corpora promi
 Pulsantesq; æstu laudum exultantia corda,
 Accipere tuba spatium, exilure per auras
 Ocyus effusis nervo exturbante sagittis.
 Diuersa & studia & clamor, penduntq; fauentes,
 Unguibus atq; suos, vt cuiq; est gratia, anhelis
 Nomine quensq; cient, grex inclytus æquore fertur,
 Nullaq; transmissa vestigia signat arena.
 Omnes primæni flauentiæq; ora decori,
 Omnes ire leues, atq; omnes vincere digni.
 Extulit incumbens medio iam limite gressum

gentile, His
 panum.

Theron, ac
 cola Lethes
 flumij hispa
 pani, quare
 potator æ
 quæ.

(Immemor
 vi) obliuio
 nem indu
 cente.

Eurythus, & primus brenibus sed primus abibat
 Precedens spatijs, instat non segnius acer
 Hesperos, & prima stringit vestigia planta
 Progressæ calcis, satis est huic esse priori,
 Huic sperare sat est fieri se posse priorem.
 Acrinus hoc tendunt gressus, animiq; vigore
 Corpora agunt, auget pueris labor ipse decorem.
 Ecce leni nisu postremoq; agmine cursus
 Postquam sat visum sibi concepisse vigoris,
 Celsus inexhaustas effundit turbine vires
 Non expectato, subitûsq; erumpit ad auras.
 Præuehitur Theron, credas Cyllenida planta
 Et thereo nexis cursu talaribus ire.
 Iamq; hos, iamq; illos populo mirante relinquit,
 Et modo postremus, nunc ordine tertia palma
 Hesperon infestat sua per vestigia pressum.
 Nec iam quem sequitur tantum, sed prima coronæ
 Spes trepidat tantis venientibus Eurythus alis.
 Quartus sorte loci, sed si tres ordine seruent
 Inceptos cursus, nequicquam vana laborans
 Tartessos, fratrem medio Therone premebat.
 Nec patiens ultra tollit sese equore Theron
 Igneus, & plenum præternolat Hesperon iræ.
 Unus erat super, & metæ propioribus ægros
 Vrebat finis stimulis, quascunq; reliquit
 Hinc labor hinc penetrâs pauid in præcordia vires,
 Dum sperare licet, brenia ad conamina vterq;
 Aduocat, æquatur cursus, paritèrque ruebant.
 Et forsan gemina mernissent præmia palma

Quatuor in
 uenim pri-
 mus Eury-
 thus, secun-
 dus Hespero-
 tertius The-
 ron quartus
 Tartessos.
 Restabat vo-
 nus Eury-
 thus à The-
 rone vincē-
 dus. Horum
 vterq; quia
 vicini metæ

erant quod
de exhau-
stis & labo-
re & pauo-
re virib⁹ su-
pererat, ad
victoriã ob-
tinendã ad-
vocabat.

Peruecti simul ad metas, ni terga sequuntus
Theronis, fusam late per lactea colla
Hesperos ingenti tenuisset seuus ab ira
Traxissetq; comam, tardato letus ouãsq;
Eurythus euadit iuvene, atq; in praelia victor
Emicat, & galeæ fert donum insigne coruscæ.
Cætera promisso donata est munere pubes,
Intonsasq; comas viridi redimita corona
Bina tulit patrio quatiens hastilia ferro.

Nunc de Cla-
diatorũ spe-
ctaculo. Vis
de Liniũ
tertiæ De-
ca. lib. viij.

Hinc grauiora virũ certamina, comminus ensis
Districtus, belliq; feri simulacra cientur.
Nec quos culpa tulit, quos crimina noxia vitæ,
Sed virtus animusq; ferox ad laudis amorem,
Decreuere pares ferro, spectacula digna
Martigena vulgo, suetiq; laboris imago.
Hos inter, gemini, quid iam non regibus ausum?
Aut quod iam regni restat scelus? impia Circo

Corbis &
Orsua, fra-
tres de pri-
cipatu disci-
pantes, &
mortẽ i cer-
tamine (vt
Lini. ait) q̄
vt alter al-
terius ipso
subigeretur
præoptates
cũ ab tanta
rabie diri-
mi neq̄ret,
insigne spe-
ctaculo ex-
ercitui præ-

Innumero, fratres, cauea damnante furorem,
Pro sceptro armatis inierunt praelia dextris.
Is genti mos dirus erat, patriũq; petebant
Orbati solum lucis discrimine fratres.
Concurrere animis, quantis conflagere par est
Quos regni furor exagitat, multoq; cruore
Exatiata simul portantes corda sub umbras
Occubere, pari nisu per pectora adactus
Intima descendit mucro: superaddita senis
Ultima vulneribus verba, & conuitia voluens
Dirus in inuitas effugit spiritus auras.
Nec manes pacem passi, nam corpora iuncta

Vna cum raperet flamma rogi impius, ignis
 Dissiluit, cineresq; simul iacuisse negarunt.
 Cætera distincto donata est munere turba,
 Ut virtus & dextra fuit, duxere iuuenços
 Impressis dociles terram proscindere aratris.
 Duxere assuetos lustra exagitare ferarum
 Venatu iuuenes, quos dat Maurusia præda.
 Nec non argenti, nec non insignia vestis
 Captivæ pretia, & sonipes, & crista nitenti
 Insurgens cono, spolia, exuvieq; libyssa.
 Tum iaculo petiere decus spectacula circi
 Postrema, & metæ certarunt vincere finem,
 Quâ Tagus auriferis pallet turbatus arenis,
 Accola Burnus anis maiorum & stemmate clarus,
 Et Glagus, insignis ventos anteire lacerto,
 Et cuius nunquam fugisse hastilia cerni
 Prærapida potuere fuga venator Acontens
 Indibilisq; diu letus bellare, Latinis
 Iam socius, volucresq; vagas deprendere nube
 Assuetus iaculis, idem & bellator Ilerdes
 Cui ludus nullam cursu non tollere damam.
 Laus Burni prima infixit qui spicula metæ
 Est Damum serua, albanteis invertere lanas
 Murice getulo docta. at quem proxima honorant
 Præmia, vicinam metæ qui propulit hastam,
 Acepto letus puero discessit Ilerdes.
 Tertia palma habuit geminos insignis Acontens
 Nec timidos agitare canes latratibus aprum.
 Quos postquam clamor plaususq; probavit honores,

buere, dociles
 mentumq;
 quantum cu
 piditas im
 perij malū
 inter mortæ
 les esset.

SILITAL.

L. Scipio.
P. frater.

Germanus ducis, atq; effulgens Lælius ostro
N omina magna vocant leti manesq; iacentum,
A tq; hastas simul effundunt, celebrare iunabat
Sacratos cineres, atq; hoc decus addere ludis.
I pse etiam mentis testatus gaudia vultu
D uctor, vt equavit meritis pia pectora donis,
E t frater thoraca tulit multiplicis auri,
L ælius asturica rapidos de gente iugales,

Qui cines li
berassent
guerna do-
nabatur co-
rona, ob id
poeta fingit
hastâ à Sci-
pione tortâ
in quercum
excreuisse:
Et id vates
interpretat
tos, ipsū ex-
pulsis ex His-
pania Pœ-
nis, etiâ pa-
triâ ab Hæ-
nibale liber-
vatarum.
Sumptū au-
tē est ex Ro-
muli histo-
ria, cuius ha-
sta ex Pala-
tio in Aken-
tinū tortâ i
cornū ex-
suevit.

Contorquet magnis vittricem viribus hastam
C onsurgens, umbrisq; dari testatus honorem
H asta volans, (mirum dictu) medio incita campo
S ubstitit ante oculos, & terra infixâ cohesit.
T um subite frondes, celsosq; cacumine rami,
E t latam spargens quercus dum nascitur umbram,
A d maiora iubent præsagi tendere vates.
I d monstrare deos, atq; hoc portendere signis,
Q uo super augurio, pulsus de littore cunctis
H esperio Pœnis, vltor patriæq; domusq;
A usoniam repetit fama ducente triumphum.
N ec Latium curis ardet flagrantius vllis,
Q uam iuveni Libyam & summos permittere fasces.
S ed frigus animis, nec bello prospera turba
A ncipiti, senior temeraria cœpta vetabant,
M agnosq; horrebant cauta formidine casus.
E rgo vbi delato Consul sublimis honore
A d patres consulta refert, deturq; potestas
O rat delendæ Carthaginis, altius orsus
H oc grandæna modo Fabius pater ora resoluit:
H and equidem metuisse queam satiatus & au-

Et decoris, cui tam superest, & gloria, & etas,
 Ne credat nos inuidie certamine Consul
 Laudibus obrectare suis, satis incluta nomen
 Gestat fama meum, nec egent tam prospera laude
 Facta noua: verum & patriæ dum vita manebit
 Deesse nefas, animùmque nefas scelerare silendo.
 Bella noua in Libyæ moliris ducere terras?
 Hostis enim deest Ausonia, nec vincere nobis
 Est satis Hannibalem? petitur quæ gloria maior
 Littore Eliseo? stimuli si laudis agunt nos?
 Hanc segetem mete, composuit propioribus ansis
 Dignum te fortuna parem. vult Itala tellus
 Ductoris sæui vult tandem haurire cruorem.
 Quò Martem, aut quò signa trahis? restiguere primùm est
 Ardentem Italiam, tu fessos obuinus hostes
 Deseris, ac septem denudas protinus arces.
 An, quum tu Syrtim ac steriles vastabis arenas,
 Non dira illa lues notis iam mœnibus vrbis
 Assiliet? vacuumque Ionem sine pube sine armis
 Inuadet? quanti est vt cedas, Romamque relinquant
 E merito, ac tanti percussi fulmine belli
 Siccine te, vt nuper Capua est accitus ab alta
 Fuluius, equoreis Libyæ reuocabimus oris?
 Vince domi, & trinis mœrentem funera lustris
 Ausoniam purga bello, tum tende remotos
 In Garamantas iter, Nasamonicosque triumphos
 Molire, angustæ prohibent nunc talia cœpta
 Res Italæ: pater ille tuus qui nomina vestræ
 Addidit hand segnis genti, cum Consul Iberi
 D.ij.

Initium narra-
 tionis Ba-
 by, qua Sci-
 pionis peti-
 tioni resis-
 stet.

Quid. Hanc
 baliam emeri-
 tus & qua-
 si in Italia
 senio conse-
 ctus, magna
 emeret te re-
 liquere Ita-
 liam. Sed an
 nos territi
 poterim te
 reuocare ex
 Libyæ quæ
 admodum Ful-
 uium ex obsi-
 dione Capuæ

S I L I T A L.

T enderet ad ripas, renocato milite primus,
 D escendenti auide superatis alpibus vltro
 O pposuit sese Hannibali, tu Consul abire
 A victore paras hoste, atq; auellere nobis
 S cilicet hoc astu Pœnum? si deinde sedebit
 I mpauidus, nec te in Libyam tuâq; arma sequetur,
 C apta hæc damnabis consulta impronida Roma.
 S ed fac turbatum conuertere signa, tuâq;
 C lassis vela sequi, nempe idem erit Hannibal idem,
 Cuius tu vallum vidisti è mœnibus vrbis.
 H æc Fabius, seniôrq; manus paria ore fremebant.
 T um contra Consul: Cæsis ductoribus olim
 M agnanimis letho gemino, cum tota subisset
 S idonium possessa ingum Tartessia tellus,
 N on Fabio, non queis eadem est sententia cordis,
 Q uoquam ad opem verso (fateor) primoribus annis
 E xcepi nubem belli, solusq; ruenti
 O biecî telo caput, atq; in me omnia verti.
 T um grandæna manus, puero male credita bella,
 A tq; idem hic vates temeraria cœpta canebat.
 D ijs grates laudémq; fero, sub nomine quorum
 G ens Troiana sumus, puer ille, & futilis ætas,
 I mbellesq; anni, necdum maturus ad arma
 S cipio, restituit terras illesus Iberas
 T roingenis, pepulit Pœnos, solisq; secutus
 E xtremas ad Atlanta vias, exegit ab orbe
 H esperio nomen Libyæ, nec rettulit auri
 S igna prius, quàm fumantes circa æquora vidit
 R omano Phœbum soluentem littore currus.

I sto, inquit
 10 Hannibal
 sequatur, is
 nomen erit
 illuc quæ
 a vrbe ruc
 ra vidisti.

oratio Scip
 pionis ad se
 nes qua eos
 accusat qua
 sitardos &
 illo timos
 ne expeditio
 nē in Afri
 cam differo
 no studeres,
 10 eius ho
 tori deni
 tate Africe
 titulus a feri
 batur.

Adsciuit reges idem: nunc vltimus actus
 Restat Carthago nostris labor, hoc sator æni
 Iuppiter æterni monet: Hannibalem ecce senectus
 Intremittit, aut egros simulat mentita timores,
 Ne finem longis tandem peperisse ruinis
 Sit noster titulus: certe iam dextera nobis
 Experta, & robur florentibus auximus annis.
 Ne vero fabricate moras, sed currere sortem
 Hanc sinite, ad veterum delenda opprobria cladum,
 Quam mihi seruauere dei. sat gloria cuncto
 Non vinci pulchra est Fabio, peperitq; sedendo
 Omnia cunctator nobis: nec Mago, nec Hanno,
 Nec Gisgone satus, nec Amilcare, terga dedissent,
 Segnes si clauso traheremus prælia vallo
 Sidonijsne puer vix pubescente iuuenta
 Laurenteis potuit populos, & Troia adire
 Mænia, flauentemq; sacro cum gurgite Tybrim?
 Et potuit Latium longo deposcere bello?
 Nos Libyæ terris transmittere signa pigebit?
 Et Tyrias agitare domos? securæ pericli
 Littora lata patent, & opima pace quieta
 Stat tellus. timeat tandem Carthago, timeri
 Assueta: & nobis, quamuis Oenotria nondum
 Hannibale arua vacent, superesse intelligat arma.
 Illum ego, quem vosmet cauti, consultaq; vestra
 In Latio fecere senem, cui tertia large
 Fundenti nostrum ducuntur lustra cruorem,
 Illum ego, ad incensas trepidantem & sena pauentē
 Aduertam patriæ sedes. an Roma videbit

Notat Fabij
 cūctationē.
 nam si illis
 artibus rem
 Ro. tutatus
 esset, nō ho-
 sce hostes vī
 cere potuiss-
 set.

SILITAL.

(Vestigia) Turpia Agenoreæ muris vestigia dextræ?
 hastas hosti Carthago immunis nostros secura labores
 li manu por A udiēt interea, & portis bellabit apertis?
 te vr̄bis af Tum vero pulset nostras iterum improbus hostis
 fixas dicit. Q. d. prius A riete Sidonio turre, si templa suorum
 mœnia car Non ante audierit Rutulis crepitantia flammis.
 thaginis ex T alibus accensi patres, fatōq; vocante
 uri audiet Hannibal, q̄ Consulis annuerant dictis, faustumq; precati
 ad vr̄bē ite U t foret Ausoniæ, transmittere bella dederunt.
 eū veniat.

HERMANNI BVSCHII PASIPHILI
 argumentum in Librum xvij. & vltimum.

P Ostremo Idæis diuorum mater ab oris
 Aduehitur Romā, Phrygiam, Nasica, Cybelem
 Excipit, & toto censetur ab ordine patrum
 Optimus, ipse alacer Libyam dux Scipio classe
 Nauigat, & Sicula letus discedit ab Etna.
 Castra Ducum aggressus ferro. flammisq; duorum
 Conficit, Hasdrubalis victor Numidæq; Syphacis
 Uerterat ad Pœnos qui fœderis immemor arma.
 At cum post idem vires reparasset, & enses,
 Vincitur, & Latij oneratur colla catenis.
 Hannibalē hinc reuocant patres, sed fulmina vimq;
 Ferre nequit Latij Reſtoris. iura, ingumq;
 Romanum Carthago capit. Dux ipse reuersus
 Alta triumphanti, scandit Capitolia, currū.

ÆLII ITALICI PVNICORVM
Liber Decimusseptimus.

Ostis vt Ansonijs discederet adue-
na terris,

b

Fatidice fuerant oracula prisca Si-
byllæ.

Cælicolũm Phrygia genitricem se-
de petitam,

Læomedontæ sacrandam mœnibus vrbis
Aduectum exciperet numen. qui lectus ab omni
Concilio patrum, præsentis degeret æni
Optimus, heu nomen melius maiusq; triumphis.
Tãmq; petita aderant, Latia portante Cybelen
Puppe, atq; in trepidis, magno accedente senatu,
Obuius accitis properabat Scipio sacris,
Qui genitus patruo ductoris ad Africa bella
Tunc lecti, multa fulgebat imagine anorum.
Isq; vbi longinquo venientia numina ponto
Accipit supplex palmis, Thusciq; sonora
Tybridis adducit sublimis ad ostia puppim.
Fæminæ tum deinde manus subiere per amnem,
Quæ traherent celsam religatis funibus alnum.
Circum arguta canis tinnitibus æra, simulq;
Certabant rauco resonantia tympana pulsu.
Semiuiriq; chori, gemino qui dindyma monte
Casta colunt, qui Dictæo bacchantur in antro,
Quiq; Idea iuga, & lucos nouere silentes.
Hos inter fremitus, ac leto nota tumultu,

Vaticinata
erat sibyl-
la, hoste alie
nigenâ pel-
li Italia, vñ
ciq; posse se
matris deũ
numen Des-
simũte vrba
Phrygiæ Ro-
mã aduectũ
foret, & a
viro quẽ se
natus optis
mũ indicatũ
set, susceptũ
Itaq; scipio
Najica ado-
lescẽs nobili-
tate gentis
clarus, opti-
mus a sena-
tu indicatũ,
vectus i ma-
re, a sacer-
dotibus deã
accepit, &
matronarũ
primoribus
vrbi inferã
dã dedit: in-
ter quas
Claudia sua
castitatis te-
stimonium
præbuit.

D.iiij.

S I L I T A L .

Substitit adductis renuens procedere vinculis
 Sacra ratis, subitissq; vadis immobilis hæsit.
 Tum puppe è media magno clamore sacerdos,
 Parcite pollutis contingere vincula palmis,
 Et procul hinc moneo, procul hinc quæcûq; prophane
 Ferte gradus, nec vos casto miscete labori.

*Quam primò
 Cybeles sa-
 cerdos satis
 monuisset
 deã ab ipu-
 dica trahi
 nolle, ni pu-
 nirentur,
 Claudia fal-
 so impudica
 habita, deã
 precata est,
 vt suæ pud-
 citiæ testis
 esset, & fas-
 cili manu
 nauẽ attra-
 xit.
 Currũ Cybe-
 lis leões tra-
 hebant.*

Dum satis est monuisse, deæ, quòd si qua pudica
 Mente valet, si qua illæsi sibi corporis astat
 Conscia, vel sola subeat pia munera dextra.
 Hic prisca ducens Clausorum ab origine nomen
 Claudia, non æqua populi male credita fama
 In puppim versis, palmisq; oculisq; profatur:
 Cælicolũm genitrix, numen quod numina nobis
 Cuncta creas, cuius proles terramq; fretumq;
 Sideraq; & manes regnorum sorte gubernat,
 Si nostrum nullo violatum est crimine corpus,
 Testis diua veni, & facili me absolue carina.
 Tum secura capit funem, fremitusq; leonum
 Audiri visus subito, & grauiora per auras
 Nulla pulsa manu sonuerunt tympana diuæ.
 Fertur prona ratis, ventos impellere credas,
 Contrãq; aduersas ducentem præuenit vndas.
 Extemplo maior cunctis spes pectora mulcet,
 Finem armis tandem, finemq; venire periclis.
 Ipse alacer Sicula discedens Scipio terra,
 Abscondit late propulsis puppibus æquor,
 Cui numen pelagi placauerat hostia taurus,
 Iactãq; cœruleis innabant fluctibus exta.
 Tunc à sede deũm, purumq; per æthera lapsæ

*Quia sci-
 pio Ione ge*

Armigeræ Iouis ante oculos cœpere volucres
 & quoreas monstrare vias, ac ducere classem.
 Augurium clangor lætum dabat, inde sequenti
 Tantum progressos liquida sub nube volatus,
 Quantum non frustra speculantum lumina seruant,
 Littora Agenoræ tennerunt perfida terræ.
 Nec segnis, tanta in semet veniente procella,
 Africa: terribilem magno sub nomine molem
 Regis opes contra, & Massyla parauerat arma.
 Spēsq; Syphax Libycis vna, & Laurentibus vnus
 Terror erat, campos pariter vallesq; refusas,
 Littoraq; implerat, nullo decorare tapete
 Cornipedem Nomas assuetus, densæq; per auras
 Condebant iaculis stridentibus æthera nubes.
 Immemoris dextræq; datæ, iunetiq; per aras
 Fœderis, & mensas testeis atq; hospita iura
 Fās q; fidemq; simul, prauo mutatus amore
 Ruperat, atq; thoros regni mercede pararat.
 Virgo erat eximia specie, clarôq; parente,
 Hasdrubalis proles, thalamis quam cœpit vt altis
 Ceu face succensus prima, tedaq; iugali
 Vertit opes gener ad Pœnos, Latæq; soluto
 Fœdere amicitie, dotalia transtulit arma.
 Sed non Ansonio curarum extrema Syphacem
 Ductori monuisse fuit, sit fidus, & ietum
 Obseruet fœdus, neu pacis iura resoluat,
 Stet regno, reputet superos, facta hospita seruet:
 Longe coniugia ac longe Tyrios Hymenæos
 Inter Dardanias acies fore: sanguine quippe,

nitus puta-
 batur, & il-
 li aquila se-
 era est, fin-
 git poeta a-
 quilas nani
 gati scipiōi
 viā ostēdisse

Erat Has-
 drubalis Gis-
 gonis filio fi-
 lia nubilis,
 hęc Syphaci
 qui magni
 nois erat,
 vxorem de-
 dit, vt eū si-
 bi populôq;
 Carthaginē
 si cōciliaret.

Verba sci-
 piōis sypha-
 cem monen-
 tis, ne fœd-
 violet, &
 suo in regno
 quietus per

SIL. ITAL.

*māneat: mi
nātiq; si ne
ger, bellū je
illi illaturū,
vt & pro
prio sangui
ne vxoris
sue obsequia
luat. Cū mo
nitis nihil
proficeret
scipio, ferro
de erendū
st: tuit: &
noctū Leliū
eū parte ex
ercitus sy
phacis ca
stra inuade
re, ignēmq;
inijere iu
bet, ipse ad
Hasdruba
lis castra
profectus,
cū castra sy
phacis incē
sa vidisset,
ea quoq; ea
dē arte est
aggressus.
sic bina ca
stra deleta.*

Si renuat, blando nimium faciliq; marito,
 S tatura obsequia, & thalami flagrantis amores.
 Sic latius permixta minis, & cassa movebat
 D uctor, nam surdas coniux obstruxerat aures.
 Ergo asper monitis frustra nitentibus enses
 A duocat, & castas polluti fœderis aras
 T estatus, varia Martem mouet impiger arte.
 Castra leni calamo cannāq; intorta palustri,
 Qualia Maurus amat dispersa mapalia pastor,
 A ggre ditur furtim armorum tutantibus vmbri;
 A c tacita spargit celata incendia nocte.
 I nde vbi collecti rapidam diffundere pestem
 C œperunt ignes, & se per pinguia magno
 P abula ferre sono, clare expatiantur in auras,
 E t frenos volucris propellunt lumine flammæ,
 I t totis inimica lues cum turbine castris,
 A tq; alimenta vorat strepitu Vulcanus anhelō
 A rida, & ex omni manant incendia tecto.
 S entitur plerisq; prius quàm cernitur ignis
 E xcitis somno, multorumq; ora vocantum
 A uxilium inuadunt flammæ, fluit vndiq; victor
 M ulciber, & rapidis amplexibus arma virōsq;
 C orripit, exundat pestis semiustāq; castra
 A rdenti volitant per nubila summa fauilla.
 I psius ingenti regis tentoria saltu
 L ugubre increpitans late circumuolat ardor:
 H ausissetq; virum, trepidus ni clade satelles
 E somno ac stratis rapuisset multa precantem.
 V erum vbi mox innecto sociarant aggere vires

*Post cladem
illā acceptā
castris inu-*

M assylus Tyriusq; duces, accitâq; regno
 Lenierat pubes infauste vulnera noctis,
 Ira, pudôrq; dabant, & coniuix tertius ignis
 Immanes animos, afflatâq; barbarus ora
 Castrorum flammis, & se velamine nullo
 Vix inter trepidas ereptum ex hoste catervas
 Frendebat minitans. sed enim non luce Syphacem,
 Nec claro potuisse die, nec sole tuente,
 A quoquam vinci, iactarat talia vecors.
 Sed iam clauderat flatus, nec plura sinebat
 A tropos, & tumide properantur stamina lingua.
 Namq; vbi prosiluit castris, ceu turbidus amnis
 Qui sylvas ac saxa trahens per denia præceps
 Voluitur, & ripas spumanti gurgite laxat.
 Ante omnes præeetus equo, trahit agmina voce.
 Contra sana manus Rutuli, celsusq; ruebat
 Viso rege procul raptis exercitus armis.
 Ac sibi quisq; videt ne? vides ait agmine primus
 Massylus volitat deposcens prælia rector?
 Fac nostrum hoc mea dextra decus, violavit & aras
 Calicolum, & casti ductoris fœdera rupit.
 Sit satis hunc castris semel effugisse crematis.
 Sic secum taciti, & certatim spicula fundunt.
 Prima in cornipedis sedit spirantibus ignem
 Naribus hasta volans, erexitq; ore cruento
 Quadrupedem elatis pulsantem calcibus auras.
 Corruit asper equus, confixâq; cuspide membra
 Huc illuc iactans, rectorem prodidit hosti.
 Inuadunt, vanâmq; fugam, atq; attollere fessos

Etis cū Has-
 drubale, rē
 gerere Sy-
 phax statu-
 st.

Sic apud Li-
 ni. Scire, in-
 cendio non
 præliocladē
 acceptâ: eū
 bello inferio-
 rem esse quē
 armis vin-
 catur.
 Disturnio-
 re linguee-
 ius iactariā
 fatū nō ad-
 misit.

SIL. ITAL.

A dnitentem artus, reuocato è vulnere telo
 Corripunt: tum vincla viro, manicæq; pudenda
 A dditæ, & exemplum non vnquam fidere letis.
 S ceptriferas arctæ palmas vinxere catena.
 D ucitur ex alto deiectus culmine regni,
 Q ui modo sub pedibus terras, & sceptræ, patensq;
 L ittora ad Oceani sub nutu viderat æquor.
 P rostratis opibus regni, Phœnissa metuntur
 A gmina, & inuisus Marti notusq; fugarum
 V ertit terga citus damnatis Hasdrubal ansis.
 S tabat Carthago truncatis vndiq; membris
 V ni nixâ viro, tantôq; fragore ruentem
 H annibal absenti retinebat nomine molem.
 I d reliquum, fessos opis auxiliq; ciere,
 R erum extrema iubent, huc confugere pauentes,
 P ostquam se superum desertos numine cernunt.
 N ec mora propulsa sulcant vada salsa carina
 Q ui reuocent, patrûmq; ferant mandata monentes,
 N e lentus nullas videas Carthaginis arces.
 T olle moras, patriæq; celer succurre cadenti
 H annibal, & nostris depelle à mœnibus hostem.
 Q uarta aurora ratem Danni deuexerat oras,
 E t fera ductoris turbabant somnia mentem.
 N anq; grauis curis carpit dum nocte quietem,
 C ernere Flamminiû, Gracchûmq;, & cernere Paulum
 V isus erat. simul aduersos mucronibus in se
 D istrictis ruere, atq; Itala depellere terra:
 O mnisq; à Cannis, Thrasimeniq; omnis ab vndis
 I n pontum impellens vmbrarum exercitus ibat.

(Ansis) qb^o
 se scipioni
 opposuit.

Ipse fugam cupiens notas euadere ad alpes
 Querebat, terræq; vlnis amplexus vtriusq;
 Hærebat Latiae, donec vis sœna profundo
 Truderet, & rapidis daret asportare procellis.
 His agrum visis aduenit mandata ferentes
 Legati, patriæq; extrema pericula pandunt.
 Massyla vt ruerint arma, vt ceruice catenas
 Regnator tulerit Libyæ, lethoq; negato.
 Sernetur noua pompa Ioui, Carthago laboret
 Vt trepidi Hasdrubalis (qui rerum agitabat habenas)
 Non vna concussa fuga, se triste profatu
 Vidisse, arderent cum bina in nocte silenti
 Castra, & luceret sceleratis Africa flammis.
 Prærapidum iuuenem minitari, Brutia sernet
 Littora dum Pœnus, detracturum ignibus atris
 Omnia, & excidium extremum Carthagini adesse.
 In quam se referant patriam, suâq; inçlyta facta
 Commemorant, Italæ strages quas fecerit oris.
 Hæc postquam dicta, & casus patuere metusq;
 Effundunt lachrymas: dextramq; vt numen adorât.
 Audiuît toruo obtutu defixus, & ægra
 Expendit tacito cura secum ipse volutans
 An tanti Carthago foret, sic deinde profatur:
 O dirum exitium mortalibus, ò nihil vnquam
 Crescere, nec magnas patiens exurgere laudes
 Inuidia, euersam iam pridem excindere Romam,
 Atq; equasse solo potui, traducere captam
 Seruitum gentem, Latioq; imponere leges.
 Dum sumptus, dumq; arma duci, fessosq; secundis

Dicunt quoq;
 Scipionem mi-
 nitari, dum
 Hânibal in
 Brutis se cõ-
 tinet, se et-
 tiã Cartha-
 ginẽ euersu-
 rum, ne habe-
 at, iã Italia
 pulsus, quò
 se recipiat.

Hânionis in-
 uidiã Hân-
 bal detesta-
 tur: qui, dũ
 fortuna fa-
 ueret sibi au-
 xiliũ sub mi-
 nistrari im-
 pedierit.

SIL. ITAL.

Summisso Tyrone negant recreare maniplos,
 Dumq; etiam Cerere, & victu fraudasse cohortes
 Hannoni placet, induitur tota Africa flammis,
 Pulsat agenoreas Rhetea lancea portas.

Q. d. Cuius
 antea nullā
 rationē ha-
 buistis, hunc
 iam, premē
 tibus malis
 tanq̄ vniū
 patriæ subsi-
 diū implora-
 tis. & taci-
 te eos ingra-
 titudinis ar-
 quit.

Nunc patriæ decus, & patriæ nunc Hannibal vnus
 Subsidiū, nunc in nostra spes vltima dextra.
 Vertantur signa, vt patres statuere, simulq;
 Et patriæ muros, & te seruabimus Hannon.
 Hæc vbi detonuit, celsas è littore puppes
 Propellit, multūmq; gemens mouet æquore classem.
 Non terga est ausus cedentium inuadere quisquam,
 Non renocare virum, cuncti præstare videntur
 Quod sponte abscedat superi, tandemq; resoluat.

Romanoscō
 sētos illæsu
 Hannibalē
 abire, nau-
 tæ cōparat
 qui iā Noto
 ægitatus,
 gaudet æstū
 maris esse se
 datū, nōctiā
 flatūs exo-
 ptiat prospe-
 ros.

Nuda videre sat est: ceu flamina comprimit Auster
 Quum fera, & abscedens reddit mare, nauita parco
 Interea voto non auras poscit amicas
 Contentus caruisse Noto, pacemq; quietam
 Pro facili cursu reputat salis: omnis in altum
 Sidonius visus conuerterat vndiq; miles,
 Ductor defixos Itala tellure tenebat
 Intentus vultus, manantēsq; ora rigabant
 Per tacitum lachrymæ, & suspiria crebra ciebat.
 Haud secus ac patriam pulsus dulceisq; penates
 Liqueret, & tristes exul traheretur in oras.
 Ut vero affusis puppes procedere ventis,
 Et sensim cœpere procul subsidere montes,
 Nullaq; iam Hesperia, & nusquā iam Daunia tellus.
 Hæc secū infrendens, mentisne ego cōpos, & hoc nunc

verba Hæ-
 nibalis sese

Indignus reditu, qui memet finibus unquam
 Amorim Ausoniae? flagrasset subdita tedis
 Carthago, & potius cecidisset nomen Elise.
 Quid tunc, sat compos, qui non ardentia tela
 A Cannis in templa tuli Tarpeia? Iouemq;
 Detraxi solio? sparsissem incendia montes
 Per septem bello vacuos, gentiq; superba
 Iliacum exitium, & proavorum fata dedissem.
 Cur porro haec angant, nunc nunc innuadere ferro
 Quis prohibet? rursumq; ad moenia tendere gressum?
 Ibo, & castrorum relegens monumenta meorum
 Qua via nota mihi est, remeabo Anienis ad undas.
 Flecite in Italiam proras, auertite classem,
 Faxo ut vallata reuocetur Scipio Roma.
 Talibus ardentem furis Neptunus ut alto
 Prospexit, vertiq; rates ad littora vidit,
 Quassans caeruleum genitor caput, equora fundo
 Erruit, & tumidum mouet ultra littora pontum.
 Extemplo ventos, imbresq; è rupe procellas
 Concitat Colias, ac nubibus aethera condit.
 Tum penitus telo molitus regna tridenti
 Intima, ab occasu Tethyn impellit & ortu,
 Ac totum Oceani turbat caput, equora surgunt
 Spumea & illisu scopulus tremit omnis aquarum.
 Primus se attollens Nasamonum sedibus Auster
 Nudauit Syrtim correpta nubibus vnda.
 Insequitur sublime ferens nigrantibus alis
 Abruptum Boreas ponti latus, intonat ater
 Discordi flatu, & partem rapit equoris Eurus.

accensatis, q.
 Italia dimi
 ferit, neq; ex
 recesi canē
 si victoria
 ad urbē se
 contulerit.

Fingit Poe-
 ta Neptunū
 cum Pænus
 rursum iter
 ad Italiam
 flecteret, &
 deo maris
 æstu cōcitaf
 se, ut Hān-
 balē cū toto
 exercitu su-
 oib' obruis-
 set, nisi Ve-
 nus apud
 patrē inter-
 cessisset, o-
 ptās Hān-
 balē à sci-
 piōe, nō su-

SIL. ITAL.

Etibus superari ne ipsum non nisi a deo vincipotuisse Carthago gloriatur.
 Hinc rupti reboare poli, atque hinc crebra micare
 Fulmina, & in classem ruere implacabile calum.
 Consensere ignes, nimbique, & fluctus, & ira
 Ventorum, noctemque freto imposuere tenebrae.
 Ecce intorta Noto veniensque a rupe procella
 Antenna immugit, stridorque immitte rudentum
 Sibilat, ac similem monti, nigrante profundo
 Ductoris frangit super ora trementia fluctum.
 Exclamat voluens oculos caloque fretoque:
 Felix o frater, diuisque aequate cadendo
 Hasdrubal, egregium fortis cui dextera in armis
 Pugnanti peperit lethum, & cui fata dedere
 Ausoniam extremo tellurem apprehendere morsu.
 At mihi Cannarum campis, ubi Paulus & ille
 Egregie occubere animae, dimittere vitam
 Non licitum, vel quum ferrem in Capitolia flamas
 Tarpeij Ionis ad manes descendere teo.
 Talia dum mceret diuersis flatibus aeta
 In geminum ruit vnda latus, puppique sub atris
 & quoris aggeribus tenuit, ceu turbine mersam.
 Mox nigris alta pulsa exundantis arena
 Vorticibus ratis, ethereas remeavit ad auras.
 Et fluctus supra, vento librante, pependit.
 At geminas Notus in scopulos, atque horrida saxa
 Dura sorte rapit (miserandum & triste) biremes.
 Increpuere ictu prore tum murice acuto
 Dissiliens sonuit rupta compage carina.
 Hic varia ante oculos facies natat equore toto
 Arma inter, galeasque virum, cristasque rubentes,

Exclamatio
 Hannibalis,
 quod inerti
 letho occum
 bere debeat,
 & fratris
 fortunam lau
 dat cui pu
 gnando mori
 contigerit.

Florentis Capuæ & gaza, & seposita triumpho
 Laurens præda ducis, tripodes, mensæq; deorum,
 Cultaq; nequicquam miseris simulacra Latinis.
 Quum Venus emoti facie conterrita ponti
 Talibus alloquitur regem maris: hoc satis iræ
 Interea genitor, satis ad maiora minarum.
 Cætera parce precor pelago, ne tollat acerba
 Hoc Carthago decus, nullo superabile bello
 Progenuisse caput, nostrosq; in funera Pœni
 & neadas, vndis totôq; eguisse profundo.
 Sic Venus, & tumidi confidunt gurgite fluctus,
 Obuiâq; aduersis propellunt agmina castris.
 Dux vetus armorum, scitûsq; accendere corda
 Laudibus, ignifero mentes furiabat in iram
 Hortatu, decorisq; vrebat pectora flammis.
 Tu mihi Flamminij portas rorantia cæsi
 Ora ducis, nosco dextram, tu primus in ietus
 Ingentis Pauli ruis, ac defigis in ossa
 Mæcronem, tibi pugnacis gestantur opima
 Marcelli, Gracchûsq; cadens tibi proluit enses.
 Ecce manus, quæ te pulsantem belliger Appi
 Mænia sublimis Capuæ, de culmine muri
 Excelso fusa moribundum propulit hasta.
 Ecce aliud fulmen dextra, quo nobile nomen
 Fulvius, excepit non vnum pectore vulnus.
 Huc prima te siste acie, cui Consul in armis
 Crispinus cecidit, me tu comitare per hostes
 Qui nobis (memini) ad Cannas lætissimus iræ
 Sernili fers ora ducis suffixa verito.

Hæmibal ab
 incute ætate
 i armis ver
 satus, & mi
 lites ad pu
 gnâ horta
 ri peritus,
 sua eniq; de
 cora, vbi ad
 insignè ali
 cnius pugne
 memoriâ mi
 litem venit,
 refert, vt e
 os ad præ
 standâ pa
 triæ operâ
 alacres red
 dat: ne par
 tam antea
 gloriâ iâ in
 ipso sine a
 mitant.

SIL. ITAL.

Cerno flagrantes oculos, vultumq; timendum
 Non ipso minus ense tuum, fortissime Pœnũm
 O iuuenis, qualem vidi cum flumine sæno
 Insignis Trebiæ, complexum ingentibus vlnis
 Mersisti fundo luctantem vana Tribunum.
 At tu qui gelidas Ticini primus ad undas
 Scipiadae patris tinxisti sanguine ferrum,
 Incepta exequere, & nati mihi redde cruorem.
 Horrescãme ipsos veniant si ad prælia diuos,
 Quum steteris prope me? vidi certantia celo
 Quum iuga calcastis, summas volitare per alpes.
 Quum videam quorum ferro manibûsq; capaces
 Arserè Argyripæ campi. num segnior ibis
 Nunc mihi, qui primus torques in mœnia telum
 Dardana? nec nostræ facilis concedere laudi?
 Te vero te te extimulem, qui fulmina contra
 Et nimbos, tonitruûsq;, ac summi numinis iras
 Cum starem, perferre ferox ac vana inebas
 Nubila, & ante ducem Capitolia celsa petebas?
 Quid vos, queis claro deleta est Marte sagunthus
 Exhorter, quos nobilem primordia belli?
 Ut meq;, & vobis dignum, defendite queso
 Præteritas dextræ laudes, diuũ ipse favore,
 Vincendõq; senex patriam post trina labantem
 Lustra, & non visos tam longa etate penates,
 Ac natum, & fidæ iam prudem coningis ora
 Confusus vobis repeto, non altera restat
 Iam Libyæ, nec Dardanijs pugna altera restat.
 Certatus nobis hodie dominum accipit orbis.

L. Fulvius di-
 cit qui apud
 Trebiã cecidi-
 dit.

Natus, Af-
 par: Coninx
 Himilce.

H Annibal hæc: sed non patiens remorantia verba
 A nsonius miles quatiens dux cœperat ora
 S oluere, ad effatus signum, pugnamq; petebat.
 H æc procul aëria spectantem nube sororem
 U t vidit diuim genitor, mæstosq; sub acri
 O btutu vultus, sic ore effatus amico est.
 Q ui te mentis edunt morsus? da noscere coniux,
 N um Pœni casus ducis, & Carthaginis angit
 C ura tuæ, sed enim reputa tecum ipsa furores
 S idonios, gentem contra & fatalia regna
 T encrorum, quis erit queso germana rebellis
 F ractis fœderibus populo modus? ipsa malorum
 N on plus Carthago tulit, exhausitq; laboris,
 Q uam pro Cadmæa tu exercita gente tulisti.
 T urbasti maria, ac terras, inuenemq; ferocem
 I mmisti Latio, tremuerunt mœnia Romæ,
 P érq; bis octonos primus fuit Hannibal annos
 H umani generis: tempus componere gentem,
 A d finem ventum, & claudenda est ianua belli.
 T um supplex Iuno, neq; ego mutare laborans,
 Q uis est fixa dies, pendenti nube resedi.
 N ec renocare acies, bellumq; extendere quero:
 Q uæ donare potes, quoniam mihi gratia languet,
 E t cecidit iam primus amor, nil fila sororum
 A duersus posco. vertat terga Hannibal hosti,
 U t placet, & cineres Latij Carthagine regnent.
 I llud te gemini per mutua pignora amoris
 E t soror & coniux oro tranare pericla.
 M agnanimum patiare ducem, vitæq; remittas.

Loquitur Is
 noni Iupit-
 ter.

SILITAL.

Nève sinās captum Ansonias perferre catenas.
 Stent etiam contusa malis mea mœnia, fracto
 N omine Sidonio, & nostro seruentur honori.

Verba Iouis ad Iunonē, vaticinātis Carthagiis excidiis ter-
 tio bello pu-
 nico futurū:
 quare dicit,
 do spatium
 muris quo
 ad fata si-
 nunt.

Sic Iuno, & breuiter contra sic Iuppiter orsus.
 Do spatium muris (vt vis) Carthaginis alta,
 Stent lachrymis precibꝫ tuis, sed percipe coniux
 Quatenus indulfisse vacet: non longa supersunt
 Fata vrbi, venietqꝫ pari sub nomine ductor,
 Qui nunc seruatas euertat funditus arces.
 & therias quoqꝫ (vti poscis) trahat Hannibal auras
 Ereptus pugnae, miscere hic sidera ponto,
 Et terras implere volet redeuntibus armis.

Noui facta viri belli præcordia: sed lex
 Muneris hæc esto nostri: Saturnia regna
 Ne posthac videat, repetat nève amplius vnquam
 Ansoniam: nunc instanti raptum auehe letho,
 Ne si miscebit latis fera prælia campis,
 Romulei nequeas iuuenis subducere dextra.
 Dum statuit fata omnipotens vrbiqꝫ duciqꝫ,
 Inuadunt acies pugnam, & clamore lacesunt
 Sidera: non alio grauiores tempore vidit
 Aut populos tellus, aut qui paria arma mouerent
 Maiores certare duces, discriminis alta
 In medio merces, quicquid tegit vndiqꝫ celum.
 Ibat Agenoreus præfulgens ductor in ostro,
 Excelsūmqꝫ caput penna nutante leuabat
 Crista rubens, senus magno de nomine terror
 Precedit, Latiōqꝫ micat bene cognitus ensis.
 At contra ardenti radiabat Scipio cocco

Terribilem ostentans clypeum, quo patris & vnâ
 Cælarat patruî spirantes prælia dira

Effigies, flammam ingentem frons alta vomebat.

Sub tanta cunctis vi telorumq; virumq;

In ducibus stabat spes & victoria solis.

Quinetiam subigit fauor vt plerumq; metusve,

Sicipio si Libycis esset generatus in oris

Sceptra ad Agenoreos essent ventura nepotes.

Hannibal Ausonia genitus si sede fuisset,

Hand dubitant terras Itala in ditione futuras.

Contremuere aure, rapido vibrantibus hastis

Turbine, & horrificam traxere per æthera nubem.

Inde ensis, propiorq; acies, & comminus ora

Admota, ac dira flagrantia lumina flamma.

Sternitur in medium contemptrix turba pericli,

Quæ primis se præcipitem tulit obuia telis,

Gentilemq; bibit tellus innisa cruorem.

Feruidus ingenij Masanissa, & feruidus æni

In primas Macedum turmas, immania membra

Infert, & iaculo circumuolat alite campum.

Cærulûs hand aliter cum dimicat incola Thules,

Agmina falcifero circumuenit aræta conino.

Graia phalanx patrio densarat more cateruas,

Innixisq; astat nulli penetrabilis hastis.

Immémor has pæcti post fœdus in arma Philippus

Miserat, & quassam refouebat Agenoris urbem.

Rarescit multo laxatus vulnere miles,

Atq; aperit patulas prostrato corpore late

Inter tela vias, irrumpit mole ruina

Adeo celsus
 Cingit Li-
 ni. corpore
 vultuq; ita
 læto, vt vicis
 se iam cre-
 deres.

Masanissâ
 hostes pro-
 sternentem
 cõparat ijs,
 qui falcato
 curru agmi-
 na circum-
 ueniunt.
 Phalâx vo-
 cabu' i Mas-
 edonion, de
 sam militû
 multitudinâ

S I L I T A L.

Umbonibus
vtere signi-
ficabat.

Pella vrbis
Macedoniae
Alexandri
magni pae-
triae.

Comparat
Hannibalem
serpenti veno-
si effudit.

Ausonius globus, & periuria graia resignat.
 Archemorum Rutulus, Teucrum Norbanus, & ambos
 Mantua labenti genitrix dimiserat aeo.
 Obruncat Samium bellacis dextra Caleni.
 At Clytium Selius, Pelleum & vana tumentem
 Ad nomen patriae Clytium, sed gloria Pelle
 Haud valuit misero defendere Daunia tela.
 Senior his Latios vastabat Bruttia signa
 Laelius increpitans, adeone Oenotria tellus
 Detestanda fuit, quam per maria aspera, perq;
 Insanos Tyrio fugeritis remige fluctus?
 Sed fugisse satis fuerit: Latione cruore
 Insuper externas petitis perfundere terras?
 Haec dicens, Silarum meditantem in praelia, telo
 Praeuenit, hasta volans imo sub gutture sedit,
 Et vite vocisq; vias simul incita clausit.
 Vergilio Caudinus, acerbo Sarris Amano
 Sternitur, accendunt iras, vultusq; virorum
 Armorumq; habitus noti, & vox consona lingua.
 Quos ubi mutantes conspexit Amilcare cretus
 Terga fugae, state, ac nostram ne prodite gentem,
 Vociferans subit, & conuertit praelia dextra.
 Qualis in aestiferis Garamantum facta veneno
 Attollit campis feruenti pastus arena
 Colla Parethonius serpens, lateq; per auras
 Undantem torquet perfundens nubila tabem.
 Continuo infesta portantem cuspide vulnus
 Impedit anteuolans Herium, cui nobile nomen
 Marrucina domus, clarumq; Theate ferebat.

A tqz illi magnum nitenti, & laudibus hostis
 Arrecto, capuli ad finem manus incita fodit,
 Querebatqz miser morienti lumine fratrem,
 Cum iuuenis subit, & letho stimulatus acerbo
 Pleminius seuum mucronem ante ora coruscet,
 Ac fratrem magno minitans clamore reposcit.
 Huic proles Barcæ: germanum reddere vero
 Si placet, haud renuo, maneant modo fœdera nostra
 Hasdrubalem renocare umbris: ego ne aspera ponam
 Vnquam in Romanos odia? aut mansuescere corda
 Nostra sinam? parcâmqz viro, quem terra crearit
 Itala? tum manes inimica sede repellat
 & terna, sociôqz abigat me frater Auerno.
 Sic ait, & chypei propulsum pondere toto
 Lubrica quâ tellus lapsantis sanguine fratris
 Fallebat nixus, prosternit, & occupat ense.
 Extendit labens palmas, Heriûmqz iacentem
 Amplexus, iuncta leniuit morte dolorem.
 Tum Libys inuadit mixtæ certamina turbæ,
 Conuertitqz ruens per longum hostilia terga:
 Ut cum fulminibus permixta tonitrua mundum
 Terrificant, summiqz labat domus alta parentis,
 Omne hominû in terris trepidat genus, ipsaqz oborta
 Lux atrox micat, & presens astare viritim
 Creditur intento percussis Iuppiter igne.
 Parte alia, ceu sola forent discrimina campo
 Quâ miscebat agens truculentus Scipio Martem,
 Aspera pugna nonas varia sub imagine lethi
 Dat formas: hic ense iacet prostratus adactô,

Pellat, iqt,
 me frater à
 se, q, Roma
 nis peperce
 rim.

Comparat
 Hannibalem
 hostes in su-
 gâ coniiciē-
 tē Ioui ful-
 minib? mor-
 tales & to-
 nitru cōter-
 gentem.

SILITAL.

Hic saxo perfracta gemit lachrymabilis ossa,
 Atq; hos (turpe) pauor fusos deiecit in ora,
 Horum aduersa dedit Gradino pectora virtus,
 Ipse super strages ductor Rheteius instat.

Cōparat Sci
 pionē Mar-
 ti.

Qualis apud gelidum currus quatit altior Hebrum,
 Et Geticas soluit feruenti sanguine Mauors
 Latius cede niues, glaciēmq; Aquilonibus auctam
 Perrumpit stridens sub pondere belliger axis,
 Iamq; ardore truci lustrans, fortissima quæq;
 Nomina obit ferro, claris spectata per orbem
 Stragibus occumbit late inter tela inuentus.

Qui muros rapuere tuos, miserāsque nefandi
 Principium belli, fecere Sagunthe ruinas.
 Qui sacros Thrasimene lacus, Phaetontia quiq;
 Polluerant tabo stagna, ac fiducia tanta
 Quos tulit, vt superūm regi soliumq; domosq;
 Irent direptum, maētantur comminus vno

Spoliauerāt
 enim tēplū
 Feronie, &
 Iunonis La-
 tinie ī Bru-
 tijs.

Instar vul-
 gi incendiū
 fugiētis, ter-
 ga Scipioni
 dabant.

Exitio, redduntq; animas, temerata ferebant
 Qui secreta deūm, & primo pressere negatas
 Gressibus humanis alpes, formidinis huius
 Plena acies, properè retro exanimata ruebat.
 Hand secus, ac tectis vrbis vulcania pestis
 Quum sese infudit, rapidusq; incendia flatus
 Ventilat, & volucres spargit per nubila flammæ.

Cum dicitur
 nioris vul-
 gariū militū
 cedis tede-

Attonitum erumpit subita formidine vulgus,
 Latēq; vt capta passim trepidatur in vrbe.
 Verum vbi cunctari tædet dispersa virorum
 Prælia sectantem, & seniori Marte teneri,
 Omnes, in causam belli authorēmq; malorum

Uertere iam vires tandem placet, Hannibal vnus
 Dum restet, non si muris Carthaginis ignis
 Subdatur, caesiq; cadant exercitus omnes,
 Profectum est Latio: contra si concidat vnus
 Nequicquam fore Agenoreis cuncta arma, virisq;
 Illum igitur lustrans circumfert lumina campo,
 Rimaturq; ducem, iuuat in certamina summa
 Ferre gradum, cuperetq; viro concurrere tota
 Spectante Ausonia, celsus clamore feroci
 Pronocat increpitans hostem, & noua praelia poscit.
 Quas postquam audiuit voces conterrita Iuno,
 Ne Libyci ducis impaudas ferrentur ad aures,
 Effigiem informat Latiam, properetq; coruscis
 Attollit cristis, addit chypeumq; iubaq;
 Romulei ducis, atq; humeris imponit honorem
 Fulgentis saguli, dat gressus habitusq; cientis
 Praelia, & audaces addit sine corpore motus.
 Tum par effigies fallacis, imagine vana
 Cornipedis moderanda, cito per deuia passu
 Belligeræ datur ad speciem certaminis umbra.
 Sic Pœni ducis ante oculos exultat, & vltro
 Scipio Iunoni simulatus tela coruscat.
 Ac viso letus rektore ante ora Latino,
 Et tandem propius sperans ingentia Pœnus,
 Quadrupedi citus imponit velocia membra,
 Et iacit aduersam properati turbinis hastam.
 Dat terga, & campo fugiens volat ales imago,
 Transmittitq; acies: tum vero vt victor, & alti

ret, in vnu
 Hannibalem
 omnes vires
 verti placet
 it: q. eo sup
 stite, etiã si
 Carthago i
 censa, exerc
 citus delet
 esset, nihil
 italie pro
 fectum fue
 rit.

Iuno assum
 pta forma
 Scipiõis, hæ
 nibalẽ se i
 sequentem,
 longe ab ex
 ercitu abdu
 cere fingi
 tur.

SIL. ITAL.

I am compos voti, ferrata calce cruentat
 Cornipedem, & largas Pœnus quatit asper habenas.
 Quò fugis oblitus nostris te cedere regnis?
 Nulla tibi Libyca latebra est ò Scipio terra.
 Hæc ait, & stricto sequitur mucrone volantem,
 Donec longinquo frustratum duxit in arua
 Diuersa, spatio procul à certamine pugne.
 Tum fallax subito simulacrum in nubila cessit.
 Fulmineus ductor, quis nam se lumine cæco
 Composuit nobis, inquit, deus? aut latet idem
 Cur monstro? tantùmne obstat mea gloria diuis?
 Sed non auelles vnquam quicumq; secundus
 Cælicolum stas Ausonia, non artibus hostem
 Eripies verum nobis. frena inde citatis
 Conuertit furibundus equis, campumq; petebat,
 Quum subitæ occulto pestis collapsa tremore
 Cornipedis moles ruit, atq; efflanit anhelò
 Pectore, Iunonis curis in nubila vitam.
 Tum vero impatiens, vestra est hæc altera, vestra
 Fraus, inquit, superi, non fallitis, equore mersum
 Texissent scopuli, pelagusq; hausisset, & vnde.
 An'ne huic seruabar letho? mea signa sequenti
 Queis pugne auspicium dedimus, cæduntur, & absens
 Accipio gemitus, vocésq; & verba vocantum
 Hannibalem. quis nostra satis delicta piabit
 Tartareus torrens? simul hæc fundebat, & vnâ
 Spectabat dextram, ac lethi feruebat amore.
 Tum Iuno miserata virum, pastoris in ora

Nō, inquit,
 vlla artes ci-
 pionem mi-
 hi eripies.

Vertitur, ac Syluis subito procedit opacis.
 Atq; his alloquitur versantem in gloria fata,
 Quenam te Syluis accedere causa subegit
 Armatum nostris? num dura ad praelia tendis
 Magnus vbi Ausoniae reliquos domat Hānibal armis?
 Si velox gaudes ire, & compendia grata
 Sunt tibi, vicino in medios te tramite ducam.
 Annuit, atq; onerat promissis pectora largis
 Pastoris, patresq; docet Carthaginis alte
 Magna repensuros, nec se leniora daturum.
 Precipitem, & vasto superantem proxima saltu
 Circumagit Inno, & fallens regione viarum
 Non gratam invito seruat celata salutem.
 Interea Cadmea manus deserta, pauensq;
 Non vllum Hannibalem, nusquam certamina cernit
 Sæui nota ducis, pars ferro occumbere credunt,
 Pars damnasse aciem, & superis cessisse sinistris.
 Ingruit Ausonius, versosq; agit æquore toto
 Rector, iamq; ipse trepidant Carthaginis arces.
 Impletur terrore vago cuncta Africa pulsis
 Agminibus, volucrisq; fuga sine Marte ruentes
 Tendunt attonitos extrema ad littora cursus,
 Ac Tarthesiacas profugi sparguntur in oras.
 Pars Batti petiere domos, pars flumina Lagi.
 Sic vbi vi cæca tandem denictus ad astra
 Euomuit pastos per secula Vesbius ignes,
 Et pelago & terris fusa est Vulcania pestis,
 Videre Eoi monstrum admirabile Seres,

Ad oras His
 panie dicit,
 vbi Tarthes
 sus est, pars
 fugit, pars
 ad Cyrenē,
 nonnulli ad
 Nilum.
 Lac^o enim

SIL. ITAL.

pater Ptole
 mai fuit.
 sicut Seres
 (iquit) ves
 bium Cam-
 panie mon
 te (quis ab
 eis longe di
 stet) arfisse
 intelligit,
 si in suis la
 nigeris ar-
 boribus vi-
 deant cine-
 res, sic lon-
 ge distantes
 nationes,
 Pœnorū cla-
 de ex fugiē-
 tibus intel-
 legerunt.

Lanigeros cinere Ausonio canescere lucos.
 At fessum tumulo tandem regina propinquo
 sistit Inno ducem, facies vnde omnis, & atræ
 Apparent admota oculis vestigia pugne.
 Qualem Gargani campum, Trebiæq; paludem
 Et Tyrrhena vada, & Phaetontis viderat amnem
 Strage virum vndantem, talis (miserabile visu)
 Prostratis facies aperitur dira maniplis.
 Tum superas Inno sedes turbata reuifit.
 Iamq; propinquabant hostes, tumuloq; subibant,
 Cum secum Pœnus: celum licet omne soluta
 In caput hoc compage ruat, terræq; dehiscant,
 Non vlllo Cannas abolebis Iuppiter ano.
 Decedēsq; prius regnis, quàm nomina gentes
 Aut facta Hannibalis sileant, nec deinde relinquo
 Securam te Roma mei, patriæq; superstes
 Ad spes armorum viam tibi: nam modo pugna
 Præcellis, resident hostes: mihi satq; superq;
 Ut me Dardania matres, atq; Itala tellus
 Dum viam, expectent, nec pacem pectore norint.
 Sic rapitur paucis fugientum mixtus, & altos
 Inde petit retro montes, tutasq; latebras.
 Hic finis bello. reserantur protinus arces
 Ausonio iam sponte duci, iura improba adempta,
 Armæq; & incisæ leges, opibusq; superbis
 Vis fracta, & posuit gestatas belua turres.
 Excelsæ tum sena rates spectacula Pœnis
 Flammiferam acceperè facem, subitâq; procella

A rserunt maria, atq; expanit lumina Nereus.
 M ansuri compos decoris per secula rector,
 D enicta referens primus cognomina terræ,
 S ecurus sceptri repetit per cœnula Romam,
 E t patria inuehitur sublimi tecta triumpho.
 A nte Syphax feretro residens, captiua premebat
 L umina, & auratæ seruabant colla catenæ.
 H ic Hanno, clariq; genus Phœnissa inuenta,
 E t Macedum primi, atq; incocti corpora Mauri,
 T um Nomades, notusq; sacro cum lustrat arenas
 H ammoni Garamas, & semper naufraga Syrtis.
 M ox victas tendens Carthago ad sidera palmas
 I bat, & effigies oræ iam lenis Iberæ
 T errarum finis Gades, ac laudibus olim
 T erminus Herculeis Calpe, Bætisq; lauare
 S olis equos dulci consuetus fluminis vnda.
 F rondsūmq; apicem subigens ad sidera mater
 B ellorum fera Pyrene, nec mitis Iberus
 Q uum simul illidit ponto, quos attulit amnes.
 S ed non vlla magis mentesq; oculosq; tenebat,
 Q uam visa Hannibalis campis fugientis imago.
 I pse astans currū, atq; auro decoratus & ostro
 M artia præbebat spectanda Quiritibus ora.
 Q ualis odoratis descendens Liber ab Indis
 E git pampineos frenata tigride currus.
 A ut cum Phlegæis confecta mole gigantum
 I ncessit campis tangens Tirynthius astra.
 S alue inuicte parens non concessure Quirino

Carthago,
 hoc est, ima
 go Cartha
 ginis.

Dicitur hoc
 ad laudē sci
 pionis, quia
 per ea loca
 totā Hispa
 niam ab eo
 subactam
 asserit.
 Octo in 118
 re fluijs
 Iberus la
 bitur.


Hæc verba
 poetæ ad sci
 pionem.

SIL. ITAL. LIB. XVII.

Laudibus, ac meritis non concessure Camillo.
Nec vero, quum te memorat de stirpe deorum,
Prolem Tarpeij mentitur Roma tonantis.

F I N I S.

PARISIIS IN AEDIBVS SIMONIS
COLINAEI ANNO M. D. XXXI,
MENSE NOVEMBRI.



THE [illegible] OF [illegible]

[illegible text]

[illegible text]

[illegible text]

[illegible text]

[illegible text]

[illegible text]


[illegible text]

[illegible text]

[illegible text]

[illegible text]

[illegible text]



2155453

